B

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

23
E
21

Digitized by Google

ANTIQVI LIBRI
MISSARVM
ROMANAE ECCLESIAE
id eſt
ANTIPHONARIVS S. GREGORII PAPAE

COMES AB ALBINO EX CAROLI MAGNI
Imperatoris præcepto emendatus
vnà cum alijs Lectionarijs

ET CAPITVLARE EVANGELIORVM

Ex MSS. Codd. ſiue primùm edita, ſiue emendata ſtudio curâque
Ioſ. M. Cari Presbyteri Theologi.

ROMAE, Ex Typographia Ioſephi Vannacij, MDCXCI.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Illuſtr.mo ac Reuer.mo Domino

IOHANNI CIAMPINO

MAGISTRO· BREVIVM· GRATIAE
ac Literarum Apoſtolicarum
maioris, præſidentiæ
Abbreuiatori,
necnon in vtraque Signatura Referendario.

Ioſ. M. Carus Presbyter,

Salutem non tam tranſituram, quàm æternò manſuram.

Cicero in Lælio.

SI *eſt amicitia nihil aliud, niſi omnium Diuinarum humanarumque rerum cum beneuolentia & charitate ſumma conſenſio*: dubitandum profectò non eſt, quin tecum mihi intercedat neceſsitudo coniunctiſsima, Illuſtriſsime Domine. Conſen-

ſu namque ſummo Diuinarum diſciplina rerum ab Eccleſia olim tradita, ijs etiam ex ſæculari eruditione non omiſsis, quæ ad illam quoque modo conducere poſsint, diù in noſtro more & ſermone verſatur. De tua verò in me beneuolentia charitateq;quid dicam? eò maiorem ſuſpicio; quò ea me minus dignum cenſeo. etenim cùm in me, præter ardentius diſcendi ſtudium, nihil præterea videam quod mihi tuum conciliare poſsit amorem; promptitudinem animi tui collaudem oportet; qua cura maxima eniteris de immerentibus etiam bene mereri. Synceri ſit officij fateri me tuis ſermonibus profeciſſe plurimùm;
tuaque

tuaque valde ſtudijs meis profuiſſe opera, eruditione multa ornata atque referta. ſit & grati animi, vt ſi non quod cupio; id ſaltem tibi exhibeam quod poſsum. Itaque librum hunc Cantionum, Lectionumque veterum ad Miſſas Romani Ritus tibi inſcriptum defero. Exiſtiment alij vt malunt de hiſce laboribus: te certè, cui Patrum vetera inſtituta placuere ſemper, perquam gratiſsimè accepturum planè confido. *Non omnia poſſumus omnes*.
Cicero. Athenas alij petant; cum Athenienſibuſque (vt * Scriptura narrat) ad nihil aliud vacent, niſi aut dicere, aut audire aliquid noui: Platonem alij, Ariſtotelemue diurna manu

* Actor. 17. 21.

verſent atque nocturna. mihi ſanè præſtante Deo vehementer placet, Hieroſolymis verſari; in diuinis Scripturis die meditari ac nocte; doctrinis varijs & peregrinis non abduci; profanas vocum nouitates deuitare; ſecus pedes Chriſti Domini, ſuorumque Apoſtolorum nutriri; atque in ſcriptis Patrum qui Apoſtolico ſpiritu fuere repleti, omnem ætatem terere. Hæc mea officia: ad hæc vita mea aſpirat: vtinam facta reſponderint. Cæterum tu Vir Illuſtriſsime perge vt cœpiſti: quique à puero in Romana es nutritus Eccleſia, eiuſdem fidem diſciplinamque ſectare, quam B. Petri Succeſſores tradidere.

Impri-

Digitized by Google

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtro.

Stephanus Ioſeph Menattus Epiſcopus Cyrenen. Viceſg.

OPus cui titulus *Antiqui Libri Miſſarum Romanæ Eccleſiæ &c.* editum ex mss. codd. à Rm. adm. D. Ioſepho Maria Caro Presbytero Theologo, & mihi à Reuerendiſſimo P. Thoma Maria Ferrario Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtro commiſſum; virga cenſoria non indiget, ſed laudes promeretur quamplurimas: cùm plurimum delectare, ac iuuare poſſit ſacrarum rerum ſtudijs addictos. Inter hos adnumerandus ipſemet in ſacra eruditione excellentiſſimus author, qui calamum ſæpè exercuit in eiuſmodi tractatibus è vetuſtatis tenebris in publicam lucem, & venerabilis eruditionis emolumentum eruendis. Sacroſanctis autem Fidei Catholicæ dogmatibus, probiſque moribus, ita adamuſſim reſpondet, ſicut ſacra quæ continet omninò conſonant. Quapropter & dignum typis, & digniſſimum lectione, ac ſtudio perenni cenſeo, nedum enim profectui ſed & *ſolatio habemus ſanctos libros* 1. Machab. 12. Ex Conuentu noſtro S. Mariæ de Victoria Romæ 12. Decembris 1690.

Fr. Blaſius à Purificatione Carmelita Diſcalceatus Sacræ Theologiæ Profeſſor ac ſui Ordinis Generalis Hiſtoricus.

Imprimatur,

Fr. Thomas Maria Ferrari Ord. Præd. Sac. Ap. Pal. Magiſter.

S. AVGV-

Digitized by Google

S. AVGVSTINVS

Libro ij. ad inquiſitiones Ianuarij,

ſeu epiſt. LV. num. 34. alias CXIX. cap. 18.

VNa ſaluberrima REGVLA retinenda: vt quæ non ſunt contra Fidem neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicumque inſtitui videmus, vel inſtituta cognoſcimus; non ſolùm non improbemus, ſed etiam laudando & imitando ſectemur: ſi aliquorum infirmitas non ità impedit, vt amplius detrimentum ſit.. ſi enim eo modo impediat, vt maiora ſtudioſorum lucra ſperanda ſint, quàm calumniatorum detrimenta metuenda; ſine dubitatione faciendum eſt, maximè id quod etiam de SCRIPTVRIS defendi poteſt; ſicut de Hymnis & Pſalmis canendis: cùm & IPSIVS DOMINI & APOSTOLORVM habeamus DOCVMENTA & EXEMPLA & PRAECEPTA. De hac re tam vtili ad MOVENDVM PIE' ANIMVM, & ACCENDENDVM DIVINAE DILECTIONIS AFFECTVM, varia conſuetudo eſt: & pleraque in Africa Eccleſiæ membra pigriora ſunt; ita vt Donatiſtæ nos reprehendant, quòd ſobriè pſallimus in Eccleſia, Diuina Cantica Prophetarum: cùm ipſi ebrietates ſuas ad canticum pſalmorum humano ingenio compoſitorum, quaſi ad tubas exhortationis inflamment. Quando autem non eſt tempus, cùm in Eccleſia Fratres congregantur, SANCTA CANTANDI; niſi cùm LEGITVR, aut DISPVTATVR, aut ANTISTES clara voce DEPRECATVR, aut COMMVNIS ORATIO voce Diaconi indicitur? Alijs verò particulis temporum QVID MELIVS à congregatis Chriſtianis fiat, QVID VTILIVS, QVID SANCTIVS, omninò non video.

LECTORI.

Digitized by Google

LECTORI.

MISSALE *plenarium*, inquit SS.Pontifex Leo IV.homilia
de cura Paſtorali, *& Lectionarium & Antiphonarium vna-*
a 1.Ti- *quaque Eccleſia habeat*. Hi ſunt libri quibus iuxta Apo-
moth. ſtolicam doctrinam, *a obſecrationes,orationes,poſtulationes,*
2.1. *gratiarũ actiones,b pſalmi,hymni & cantica ſpiritualia.c Le-*
b Ephe. *ctio Scripturarum,d Propheticus ſermo,e doctrina Apoſtolorum,*& ipſius Ieſu
5.19. Chriſti Dñi & Dei noſtri *f Euangelium* breui comprehendũtur.Hi iam
c 1.Timoth. vſque à priſcis ducti temporibus,& ex vetere illa diſciplina Patrum ad
4.13. nos vſque tranſmiſsi,etiam nunc,accretionibus licet vel demptionibus
d 2.Petr. aliquantulùm commutati,retinentur in ſolemnitate Miſſarum. Arbi-
1.19. tratus eſt autem & meritò vir doctiſſimus Iacobus Pamelius,de Eccle-
e Act. ſiaſticis ſe traditionibus ac diſciplina meriturum optimè; ſi vetuſtiori-
2.42. f Marc. bus eiuſmodi rerum codicibus inueſtigatis,inde germaniora,antiquio-
16.15. ri æuo proximiora, ipſiſque autoribus conformiora in apertum inſti-
tuta protuliſſet. Itaque huic rei operam nauauit egregiè,ijs præſertim libris,quos Liturgici Latini titulo donauit.Tantum virum conſequentes veſtigijs,noſtra in id etiam ſtudia contulimus:vetuſtoſque mss.codices ſcrutati, illinc nouam hanc Antiphonarij Miſſarum ac Lectionarij editionem curauimus.Di his porro præfari copioſè ſuperuacaneum putamus; cùm & Pamelius de ijſdem diſſeruerit ſatis, cæterique qui de rebus ſacris pleniùs tractauerunt.

Itaque primo loco Antiphonarium Miſſæ damus: quod fortè ijs libris comprehendebatur, quos Paulus Papa Pippino in Galliam miſit,vt ſcribit epiſt. 25.cod.Carolini.*Direximus excellentiſſimæ præcellentiæ veſtræ & libros quantos reperire potuimus,ideſt,Antiphonale & Reſponſale* &c. Porro de noſtro hoc Miſſæ Antiphonario, S.Gregorio Magno ab antiquis codd. & ſcriptoribus adtributum, Lectorem admonitum volumus, quòd licet officia feriarum commixta in mss. codd. eſſent cum officijs feſtorum; tamen nos hic ea diſcreuiſſe eo ordine quem in modernis libris retinemus.idque vel nulla aut exigua fieri iactura antiquioris moris perdiſcendi arbitrati ſumus:quam tamen qualemcumque reparamus adiectis ad finem eiuſdem Antiphonarij collationi-

bus vetuſti cod. Carnutenſis Eccleſiæ vnà cum integro Gradali Modoetiæ ſeruato. Rurſus nouerit Lector quæ huiuſmodi vncis [ ] in huius operis ſunt incluſa contextu, ea à nobis addita maioris claritatis gratia; quò faciliùs internoſcere poſſet quid ſupplendum ex vſu vetere, præſertim in repetitionibus quæ iuxta inſtituentium mentem fiebant variè, vel alternantibus choris vt in Antiphonis; vel cantore præcinente & choro reſpondente vt in Reſponſorijs.

Quod attinet ad Lectionarium, præter eos codices quibus vſi ſumus, ſi cumulatius alios Lector exquirat, conſulat librum Comitis tom. 2. Liturgici Pamelij; ſciatque fragmentum veteris Capitularis Euangeliorum, ac integrum Comitis librum abundãter tamen interpolatum, V. C. Stephanum Baluzium edidiſſe in notis ad Capitularia Regum Francorum tom. 2. colum. 1156. & 1309.

DISQVISITIO

Antiquiorum rituum cantuum Miſſæ.

De Antiphona ad Introitum Miſſæ.

CAntus, quem ad exordium Miſſæ vſurpat Eccleſia, *Introitus* vſitatè vocatur. *Liber Sacramentorum de circulo anni à S. Gregorio Papa Romano editus qualiter Miſſa Romana celebratur*, ita pręſcribit. *In primis dicitur INTROITVS, qualis fuerit ſtatutis temporibus; ſiue diebus feſtis ſeu quotidianis*. Papias. *Introitus* [Miſſæ] *dicitur quòd per eum introimus ad eius officium*. Anonymi vetus *Expoſitio totius Miſſæ ex concordia Scripturarum Diuinarum*, quæ exſtat in Ord. Rom. ms. Vallicellano not. D. 5. *Introitus Miſſæ quare dicitur? Reſpon. Eo quòd per eum introitur ad eius officium*. Minus vſitatè, rectè tamen concentus hic *Inuitatorium* vocatur in vetuſto ordine Romano quinto loco à V. C. Io. Mabillonio edito: rectè inquam; nam *ideo*, ait Amalarius lib. iij. cap. 5. *Cantorum dulcis vox huic operi* [decantandi Introitus] *dedita eſt; vt ſua dulcedine idonea ſit hortari populum ad confitendum Dño*.

Appellatur autem *Antiphona*; quò genus oſtendatur modusque modulationis quibus ſit concinenda. Hinc planè *Antiphonam ad Introitum* paſſim vocant & Antiphonaria mss. Miſſarũ, Ordines Romani vetuſti, ſcriptoreſque Eccleſiaſtici antiqui: quorum hoc loco teſtimonia deſcri-

Digitized by Google

deſcribere ſuperfluum eſt. Porro *Antiphona* ſic enim legendum non *Atiphona* apud Heſychium dicitur *Enantiophona*; id quod vocum oppoſitionem denotat. Hinc Antiphona vox reciproca vel aduerſa intelligitur, eo modo quo lib. II. Eſdræ cap. iv. 10. 11. græcè *Anthomologeſis* accipitur pro ea reciproca laudis cõfeſſione, quàm ſæpiùs canenti choro Leuitarum cœtus plebis ſuccinebat dicens, *Quoniam in æternum miſericordia eius.* Vulgatus Albinus lib. de diuinis officijs. *Primo omnium dicitur Antiphona ad Introitum. Antiphona ex Græco interpretatur, Vox reciproca in Latinum: duobus alternatim pſallentibus* [choris] *ordine commutato ſiue de vno ad vnum: quod genus pſallendi Græci inueniſſe traduntur. quæ ideo ad Introitum dicitur quia per hanc introimus ad officium diuinum; ſicuti per introitum oſtij ad ſecreta domus.*

Antiphona ad Introitum ante S. Cæleſtini Papæ tempora non decantabatur ad Miſſam. Vetus namque ordo Miſſarum in Occidente à Lectionibus incipiebat, vt Eccleſiaſticorum Rituum antiqui & recentiores ſcriptores obſeruant. quorum teſtimonijs addendũ ſanè eſt aliud S. Auguſtini lib. xxij. de ciuitate Dei cap. 8. num. 22. vbi ritum explicat Miſſę quam die ſancto Paſchatis celebrauit his verbis: *Venit & Paſcha: atque ipſo die Dominico MANE, cùm iam frequens populus præſens eſſet ... inde ad me curritur vbi ſedebam iam proceſſurus .. PROCEDIMVS ad populum: plena erat Eccleſia: perſonabat vocibus gaudiorum, Deo gratias, Deo laudes* [pro miraculo ſcilicet ſanitatis cuidam iuueni collatæ] *nemine tacente, hinc atque inde clamantium. SALVTAVI populum .... facto tandem ſilentio, SCRIPTVRARVM diuinarum ſunt lecta ſolemnia. vbi autem ventum eſt ad mei SERMONIS locum, dixi pauca pro tempore* &c. quibus verbis ſi eodem Auguſtino alibi non ſemel teſtante, Pſalmum Reſponſorium adiunxeris; totum fermè ordinem primæ partis Miſſæ deſcriptum habebis. Sanè cùm miraculum cuius cauſa iſta narrantur, anno Domini 425. contigerit; & in eo nulla fiat mentio cantus ad Introitum Miſſæ: hinc benè colligas ad eiuſdem Introitus pſalmodiam reuocari non poſſe *morem* illum *qui* (vt idem Auguſtinus ſcribit lib. 2. Retract. cap. 11.) *eſſe apud Carthaginem cœperat, vt hymni ad altare dicerentur de Pſalmorum libro ſiue ante Oblationem, ſiue cùm diſtribueretur populo quod fuiſſet oblatum.* nam mos ille iam tum cœperat apud Carthaginem cùm Auguſtinus librum ſcribebat contra Hilarium circa annum 400. Porro ex narratione præfata anni 425. nihil eiuſmodi concentus ad Introitum Miſſæ dicitur. vnde conſequens fit vt hymni illi de libro Pſalmorum minimè pertinere poſsint ad cantum adhibitum ad Introitum Miſſæ: niſi aliquis fortè eum mo-

Digitized by Google

rem cantandi pſalmos ante Oblationem, intelligendum quidem de cantu ad Introitum Miſſæ, ſed Carthagine tantummodo non verò Hippone vſitatum dixerit: id quod vt non refellimus; adſtruere tamen nō valemus. Cæterum de Eccleſia Romana; S. Cæleſtinus primus hunc Antiphonæ concentum ad Miſſæ introitum inſtituit: mutuatus id ritus Antiphonæ à B. Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi; qui idē modulationis genus ab Orientalibus dudum acceperat. Vetus Catalogus Romanorum Pontificum exhibitus tom. 1. menſis Aprilis eruditiſſimorum Henſchenij & Papebrochij. *Hic fecit vt pſalmi centum quinquaginta deberent ante* Sacrificium *pſalli: quod ANTE non fiebat, niſi tantùm Epiſtola* Pauli *Apoſtoli & ſanctum Euangelium; & ſic Miſſa celebrabantur.* Liber Pontificalis eadem teſtatur his verbis: *Conſtituit* [Cæleſtinus] *vt pſalmi Dauid* 150. *ante ſacrificium pſallerentur Antiphonatim ex omnibus*, ſiue (vt cod. ms. Palatinus habet tomo cit. pag. 544.) *vt Antiphona ante Sacrificium caneretur*. Hæc de nomine inſtitutioneque Antiphonæ ad Introitum breuiter ac ſtrictim dicta ſufficiant: ad reliqua aliquanto obſcuriora pergamus, ritus ſcilicet particulares, quos in eiuſdem Antiphonæ concentu antiquiora tempora adhibuerunt; quæ ſanè inſtitutum hoc, inſtituentiumque mentem propius attigerunt.

Decantabatur hæc Antiphona à Cantoribus ſiue Pſalmiſtis. Sic certè Orientalibus in trium Antiphonorum concentu quæ in exordio Miſſæ eorum ritu dicuntur, vſu veniebat antiquitus. Liturgia S. Baſilij ex vetuſtis codicibus latinæ tralationis deſcripta. *Et cantent CANTORES, tres vel quatuor verſus Pſalmi; Bonum eſt confiteri Domino.* & rurſus. *Et cantant CANTORES in AMBONE tres vel quatuor verſus pſalmi, Dominus regnauit, decorem indutus eſt: cum Alleluia & Gloria.* & infra. *Et cantant CANTORES, Venite exultemus Domino, cum Antiphona, Saluos fac nos Fili Dei qui ſurrexiſti à mortuis, cantantes tibi Alleluia.* in vno exemplari Liturgiæ S. Io. Chryſoſtomi apud Goar pag. 101. tria Miſſæ Antiphona à *populo*; in alijs codd. pag. 66. & 67. à *Choro*; & p. 90. à *Cantoribus* cantanda dicuntur. Cantorum nomine *Pſalmiſtas* intellige, vt Græcus textus clariùs monſtrat apud Goar in Euchologio pag. 180. Pſalmiſtarum porro certus eſt Clericorum Ordo apud Græcos, vſitatus item olim apud Latinos (apud quos Theologi & Canoniſtæ de iiſdem concertationes longas inſtituunt.) diſt. 21. cap. 1. *Cleros.* ex Iſidoro. *Pſalmiſtæ à pſalmis canendis vocati .... iſti canunt vt excitent ad compunctionem animos audientium ..... Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte muſica; ſicut ea docti homines latinè*

tinè dicere potuerunt; Præcentor *& Succentor: Præcentor ſcilicet qui vocem præmittit in cantu; Succentor autem qui ſubſequenter canendo reſpondet. Concentor autem dicitur quia conſonat: qui autem non conſonat nec concinit, nec Cantor nec Concentor erit*. diſt. xxv. cap. 1. *Perlectis*. ex eodem Iſidoro. *Ad Pſalmiſtam pertinet officium canendi, dicere Benedictiones, Laudes, Sacrificium* (ita appellantur quædam cantilenæ ritus Mozarabum, quas Gloſſa cùm minùs notæ eſſent, non rectè intellexit & perperam explicauit) *Reſponſoria & quidquid pertinet ad canendi peritiam*. Amalarius l.iij.c.5. *Septem gradus ſunt Ordinatorum: octauus Cantorum; nonus & decimus auditorum vtriuſque ſexus*. Porro cùm Antiphonorum conceutum *Choro* tribuunt editiones aliæ Liturgiarum Baſilij & Chryſoſtomi, perindè eſt: *Chorus enim*, inquit Iſidorus l.1. de Eccl. officijs cap.3. *propriè multitudo canentium eſt*. Hinc apud rerum eccleſiaſticarum ſcriptores latinos, Cantoribus vel Choro indifferenter tribuitur officium iſtud decantandæ antiphonæ ad Introitum, vt apud Amalariũ loco citato, & Rabanũ lib.1.c.33. de Inſtitutione Clericorum. Verùm Romana Eccleſia iam tum olim habebat particularem Scholam ſiue collegium Cantorum: in quorum numerum (Diaconis, multoque magis Presbyteris, excluſis, vt ex decreto patet Synodi Romanæ S. Gregorij Papæ cap. *In ſancta Romana*. diſt. 92.) ſoli Subdiaconi adſcitis Clericis inferiorum graduum coaptabantur. Huius Scholæ præcipui Cantores ſeptem erant Subdiaconi; vide Card. Baronium anno 1057. quorũ primus, *Pimicerius* vel *Prior ſcholæ*; ſecundus, *Secundicerius* dicebatur; tum tertius, & quartus ſcholæ qui & *Archiparaphoniſta* vocabatur: in eorum autem adiumentum in modulationis officio, *Paraphoniſtæ* alijque pueri cantores adiungebantur. plura dici poſſent de hac vetere Schola eiuſque diſciplina: quorum non eſt nunc narrandi locus.

Horum Cantorum indumenta, communia erant cæteris Clericis in Eccleſiaſticis officijs deſeruientibus, alba nimirum linea talaris & planeta ſeu caſula. Amalarius lib.1.cap.15. & Ord. Rom. infra laudandus.

Habitus porro corporis quo ſecum inuicem Antiphonam Introitus Cantores decantabant, erat vt ſtantes, & in binas claſſes ſeu choros diſcreti, obuerſis ſibi inuicem vultibus, alij alijs cantando reſponderent. Ord. Rom. I. editus à Mabillonio, n.8. *Tunc illi* [Cantores] *eleuantes ſe, per ordinem vadunt ante altare; & ſtatuuntur per ordinem acies duæ tantùm: Paraphoniſtæ quidem hinc inde à foris; infantes ab vtroque latere infra per ordinem*. Ord. Rom. II. n.3. *Tunc ſtatuuntur*

Digitized by Google

tuuntur duæ acies in Choro per ordinem ab vtroque latere:& mox incipit Prior ſcholæ Antiphonam ad Introitum . Durandus lib. 5. c. 2. n. 30. *Clerici Antiphonas cantantes,non vertunt vultus ad altare ; ſed ſe ad inuicem verſis vultibus reſpiciunt* . Videndus etiam Caſſianus lib. 3. cap. 8. de inſtitutis renunciantium,de ſtatu cantantium Antiphonas.

Locus vbi decantabatur Antiphona ad Introitum, erat,quem Chorum appellabant ; is ſcilicet qui prope altare inter Sanctuarium & reliquam Eccleſiæ aulam ſitus eſt . Hunc peribolo marmoreo ad hominis altitudinem circumcinctum videre adhuc licet in Titulo S. Clementis : cuius etiam veſtigia alibi apparent , dum veterum templorum pauimenta ad vnius gradus menſuram in quadrum editiora exſtant ante Sanctuarium.ſic item Rauennæ Chorus erat peribolo comprehenſus in eccleſia Metropolitana. vt refert Fabri lib. quem inſcribit *Le ſagre memorie di Rauenna antica* . Loca citata Ordinis Romani idipſum confirmant; licet ſubobſcuriùs primus Ordo deſcribat diuerſa Cantorum , Paraphoniſtarum & infantium loca : quæ ſic explicanda putauerim . Cantores ante Altare ſed extra Sanctuarium ſiue Presbyterium , in eo loco quem vocauimus Chorum , diuidebantur in duas claſſes , ita tamen vt intra Chorum ipſum conſiſterent. mox Paraphoniſtæ item bifariam hinc illincque Cantorum claſſes recta linea ſubſequebantur , ſed extra Chorum : tũ pueri Paraphoniſtas ipſos conſequebantur infra in vtroque latere. fateor tamen nec mihi plane ſatisfacere in eiuſmodi explicatione : quamobrem aliorum expoſitionem potius optarem . Orientales in Ambone Antiphona modulãtur:qui Ambo latiùs apud ipſos accipitur quàm apud Latinos . illi namque & pro gradu ſiue ſuggeſto Lectionum accipiunt, & pro ſitu etiam adiacentis loci : Latini verò vſitatius Ambonis vocabulo ſolum gradatum ſuggeſtum intelligunt vt ex Ritualibus patet .

Quorſũ verò Antiphona ad Miſſę Introitũ inſtituta fuerit,ſic pulchrè declarat ms.quidã cod. *Quoniam animus ad multa diuiſus,tumultibus curarum ſæcularium perturbatur; & non ſtatim vt Eccleſiam ingredimur,omnium mundi huius ſollicitudinum poſſumus obliuiſci: quò purius & attentius puriorem atque attentiorem orationem ad Dominum fundere videamur : quòd Antiphona ad Introitum decantatur & ſuaui modulatione interpoſita ; necnon & Kyrie eleiſon , ideſt Domine miſerere , & Chriſte eleiſon , id eſt Chriſte miſerere,fidelibus ac prolixioribus vocibus conclamato* [lego conclamatur,] *lectio Prophetica vel Apoſtolica & Euangelica recitatur ; præparatio eſt & excitatio animorum: vt animus populi à* mun-

mundanis cogitationibus, bis omnibus paulatim anulſus, ad cæleſtia cogitanda ac deſideranda trahatur: quatenus eo tempore quo à Sacerdote ſalutatus admonetur, vt Surſum habeat cor; veriſſimè valeat reſpondere, Habemus ad Dominum &c. Ita in vetere expoſitione Miſſæ Romanæ quæ incipit: *Quoties contra ſe diuerſarum*.

Antiphonam ad Introitum incipiebat Primicerius, ſiue Prior ſcholæ Cantorum;ſtatimque eleuabat planetam cum ſinu. Ord.Rom. I.n.8. *Mox incipit Prior ſcholæ Antiphonam ad Introitum*. Ord. Rom. II.n.3. *Incipit Prior ſcholæ Cantorum Antiphonam ad Introitum: Subdiaconi verò de SCHOLA leuant planetas cum ſinu.* Paraphoniſtę fortaſſis & pueri Cantores planetis non vtebantur; ſed tantummodo in albis tunicis lineis & ſuccincti ſemper manebant. Porro eleuare planetam cum ſinu,vt arbitror,idem eſt ac retrahere planetam ſupra vtrumque brachium exertis manibus; ita tamen vt ante pectus ſinus eiuſdem planetæ conuolutus remaneat: eſt enim ſermo de planeta vetere, indumento amplo rotundo, vndique clauſo, inſtar hodiernæ cappæ Romanæ amplæ & rotundæ, quam Cardinales & Canonici geſtare ſolent. Ord.Rom.I.n.51.ſatis id explicare videtur ex oppoſito modo eleuandæ planetæ in ſcapulas. *Igitur Diaconus* [lege *Diaconi*] *quando* [Pontifex] *dixerit, Per omnia ſęcula ſæculorum, poſt Gloria in excelſis Deo, leuant planetas in ſcapulas.... Similiter leuant & Subdiaconi ſed cum ſinu. Subdiaconus verò de Schola* [id eſt Prior ſcholę Cantorum]*ſtatìm vbi impoſuerit Antiphonam ad Introitum, leuat planetam cum ſinu.*

Cæterùm quod ad modum attinet decantandæ Antiphonæ Introitus, res eſt aliquantum difficilis explicatu. Apud Græcos vt habet Goar pag.104. Euchologij ita deſcribitur.

Antiphonum primum [*ad Miſſam.*]

Exclamatio [*vnius*] *Chori*. Bonum eſt confiteri Domino: & pſallere nomini tuo Altiſſime. *hoc idem in altera Chori parte canitur.* Precibus ſanctiſſimæ Deiparæ, Saluator ſalua nos. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Precibus Deiparæ, Saluator ſalua nos. Quoniam rectus Dominus Deus noſter: & nunc eſt in iuſtitia vultus eius. Precibus Deiparæ, Saluator ſalua nos.

Antiphonum ſecundum.

Dominus regnauit; decorem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinem & præcinxit ſe. Etenim firmauit orbem terræ; qui non cōmouebitur. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Precibus

San-

Digitized by Google

Sanctorum ſalua nos. Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto: nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum.

Antiphonum tertium.

Venite exultemus Domino: iubilemus Deo Salutari noſtro. Salua nos Fili Dei vnigenite, qui in Sanctis es mirabilis, canentes tibi Alleluia. Præoccupemus faciem eius in confeſſione; & in pſalmis iubilemus ei. Salua nos Fili Dei *& reliqua*. Quoniam Deus magnus Dominus & Rex magnus ſuper omnem terram. Salua nos *& reliqua*. Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ; & altitudines montium ipſe conſpicit. Salua nos *&c.* Quoniam ipſius eſt mare; & ipſe fecit illud: & aridam fundauerunt manus eius. Salua nos *& reliqua*. Gloria Patri & Filio *&c.* Et nunc & ſemper *&c. Canuntur hæc ab [vtroque] Choro.*

Apud Latinos certum eſt integram ipſam Antiphonam decantari ſemper ſolitam, non eius verò dumtaxat exordium. id ſignificant Ordd. vetuſti cùm abſolutè cantandum dicunt Introitum ante Pſalmum. quem etiam morem omnes Eccleſię retinent ſine vllo diſcrimine prorſus ſiue feſti duplicis vel ſemiduplicis, ſiue feriæ. Verùm hic locus dubitationē habet, an ſemel olim cantari conſueuerit hęc Antiphona, an verò bis; ſemel ſcilicet ab vna claſſe ſiue choro Cantorum, & iterum ab altero choro antequā Pſalmus inchoaretur. & hoc ſanè modo antiquitus actitatū puto: aliter enim ratio antiphoni cantus non conſiſteret, inaniterque à duabus Cantorum claſſibus Antiphonam dicendam dixiſſent antiqui; ſi alternus cantus vnius chori choro alteri viciſſim nō ſuccederet. Certum eſt Reſponſorium quoduis ante primum verſum bis cōſueuiſſe cantari, vt Amalarius apertè ſcribit in lib. de Ord. Antiphon. cap. 18. cuius teſtimonio ſi Rabani verba coniunxeris, quibus lib. 1. de inſtitut. Clericor. cap. 33. teſtatur Reſponſorium & Antiphonā idem pene eſſe, ac ſolùm differre quòd in Reſponſorijs vnus Cantor verſiculos dicat, in Antiphonis verò eoſdem vna chori pars tota decantet; profectò conſequens arbitraberis & Antiphonam bis olim dici ſolere ante verſum, ſicuti bis item dicebatur Reſponſorium ante verſum. Alia in hanc ſententiam dicta ſunt in præfatione ad lib. Antiphonarium & Reſponſorialem R. E. editum Romæ 1686. quæ hic iteranda non ſunt. Cæterùm ſi hæc Introitus congeminatio ante Pſalmum minus placeat; id certè cantus huius antiphoni inſtitutio poſtulat, vt alternè perſoluatur: id quod minimè fiet, niſi Antiphona ſaltē ipſa ad Introitum bipartita canatur; vt prior videlicet pars ab vno choro cantetur, pars verò altera à choro altero perficiatur.

Digitized by Google

tur. Eiuſmodi partitionis antiphonæ ad Introitum veſtigium exſtat in conſuetudinibus antiquioribus Cluniacenſium lib.1. cap.8. *In Dominicis diebus* [inquiunt] *ad maiorem Miſſam Introitus poſt Verſum DIMIDIVS ſolet recantari, poſt Gloria Patri, totus.* Guillelmus Durandus lib.4.c.5.n.3. *Quædam Eccleſiæ dicunt Introitum primò perfectè* [ſcil. ante Pſalmum,] *ſecundò imperfectè* [vid. ante Gloria Patri,] *tertiò perfectè* [poſt Gloria Patri.]

Sequitur Antiphonam Pſalmus; de quo in ms. libro Baſilicæ Vaticanæ hæc ritè notanda leguntur. *Eſt ſciendum quòd ſemper quando primus verſus pſalmi ſumitur pro Introitu; Verſus Introiti, eſt ille verſus qui immediatè aut quaſi immediatè ſequitur primum verſum Pſalmi: vt verbi gratia Introitus ſit, Deus in adiutorium; Verſus erit, Auertantur retrorſum. aſſignato igitur Introitu non oportet aſſignari Verſum Introitus. Item ſemper quando aliquis verſus infra Pſalmum ſumitur pro Introitu; Verſus Introitus erit primus verſus Pſalmi: ex quo ſequitur quòd verſus Introitus dat intelligere vnde ſumitur Introitus; vt verbi gratia ſi Introitus ſit, Mihi autem nimis; Verſus Introitus erit, primus verſus pſalmi, ſcilicet Domine probaſti.* Pſalmus non dicebatur olim totus, ſed ex parte; nimirum eatenus protrahebatur, quoad Pontifex Priori ſcholæ innueret vt *Gloria Patri* diceret. Et antiquitus quidē dicebatur ab ea Chori parte quæ Introitū inchoauerat, altera parte poſt verſum ſinguloſque verſus, ſi plures dicerentur, Antiphonam Introitus viciſſim recinente. Vetus Miſſa ex cod. Ratoldi apud Menardum in lib. Sacram. S. Gregorij, pag.262. *Annuente Epiſcopo incipiatur Pſalmus à Cantore cum Introitu RECIPROCANTE.... hoc expleto... incboet Cantor Gloria Patri.* Vetus Expoſitio Miſſæ ms. in Ord. Rom. Vallicellano de qua ſupra. *Interrog. Verſus quare cantatur?* ℟. *Eo quòd per eum reuertimur ad Introitum. Interrog. Gloria cur cantatur?* ℟. *Vt oſtendatur habere Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, æqualem coæternam maieſtatem in principio & nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum, id eſt, in præterito, in præſenti, & futuro tempore.* Ord. Rom. I. n.26. *Item * Gloria diuiditur* [à Pſalmo ſcilicet cœpto interpoſita Antiphonæ ad Introitum repetitione] *ſed tantum feſtis diebus. Ad repetendum verò ſiue feſtis diebus ſeu quotidianis ſemper incipitur tantùm ſemel.* Sic enim diſtinguit cod. ms. quibus verbis ſubindicat compluries cœptam dictamque antiphonam Introitus ante *Verſum ad repetendum*; cùm poſt eum ſemel tantùm dicendam ſcribat. Guillelmus Durandus lib.4.cap.5.n.3. *In diebus profeſtis bis Introitus cantatur.... in quibuſdam verò Eccleſijs, & præcipuis feſtiuitatibus triplicatur.* Hunc mo-

* Poteſt etiam alio ſenſu accipi hęc diuiſio *Gloria Patri*, ſcilicet à *Sicut erat*. vide Præfationem lib. Reſponſorialis &c. Romæ editi p.32.& 38.

††† rem

rem adhuc retinent Lugdunenſes Clerici, Canonici Præmonſtratenſes & Carmelitæ: in quorum Miſſali edito 1574. præſcribitur vt Introitus *in feſtis duplicibus, & totum duplicibus poſt Pſalmum & poſt Gloria Patri repetatur;ſicque ter dicatur*. In lib.2.c.4.de antiquis ritibus Monachorum Edmundi Martene hæc referuntur ex Vdalrico in antiquis Cluniacenſis monaſterij conſuetudinibus. *In Dominicis diebus ad maiorem Miſſam Introitus poſt Verſum dimidius ſolet recantari; poſt Gloria Patri, totus.* & ms. conſuetudines. *In diebus Dominicis & in minoribus feſtiuitatibus, ad maiorem Miſſam Introitus poſt Verſum dimidius recantatur: in mediocribus autem quę vel in albis vel in cappis ſunt, & in quinque præcipuis Dominicis, & in Vigilijs quinque pręcipuarum feſtiuitatum, totus recantatur: & in maioribus verò aliquando Verſus dicitur, & poſt ſingulos, Introitus totus repetetur, & ſemper poſt Gloria*. Cæremoniale Caſalis Benedict. c.18. *Qui quidem Introitus bis tantùm dicitur, præterquam in ſummis & duplicibus maioribus in quibus triplicatur*. Rationem reddunt conſ. Grand. c.129. *In præcipuis feſtiuitatibus ter cantatur Introitus, propter tres leges, ſcilicet naturalem, Moſaycam & legem Euangelicam gratiæ; quia in vnaquaque Deus habet præcones ſuos: quod ſignificat ter repetitum officium*.

Sequitur Pſalmum & repetitionem Antiphonæ *Gloria Patri* & *Sicut erat* &c. quod præcinente Primicerio Cantorum chorus canit. Ord. Rom.I. n.8. *Pontifex . . . reſpiciens ad Priorem Scholæ,annuit ei vt dicat Gloriam; & Prior Scolæ inclinat ſe Pontifici, & imponit . . . . nam Diaconi ſurgunt quando dicitur, Sicut erat in principio*. Ord. Rom.II. n.5.Pontifex *reſpiciens ad Priorem Scholę,annuit ei vt dicat Gloria Patri; & Prior Scholæ inclinans ſe Pontifici, dat gloriam Trinitati*. Ord. Rom.III.n.8.Pontifex *reſpiciens ad Priorem Scholæ, innuit ei vt debeat Gloriam dicere; qui ſe inclinans Pontifici, imponit hymnum quo datur Gloria Sanctæ Trinitati*. Ord.Rom.V. n.6. Epiſcopus *annuat Cantori vt Gloria dicat.* Ord.Rom.VI. n. 4. *CHORO Gloria Patri canente* &c.

Dicto *Gloria Patri* (quod fortè Græcorum more vterque Chorus vna voce concinebat) quò demùm antiphonus cantus vti cœperat alternus,alternus item deſineret, Verſus vnus ex eodem fermè Pſalmo ante *Gloria* inchoato, à priore procul dubio Choro addebatur. Quem *Verſum Prophetalem* appellat Ord. Rom.II.4. ad quem vſque ſtabat inclinatus Pontifex. Egloga Amalarij num.6. *Cantor dat ſanctæ Trinitati gloriam . . . quando dicit, Sicut erat . . . . quando dicitur PROPHETALIS VERSUS, Epiſcopus vadit ad altare*. Eo Verſiculo abſoluto, recantabatur vltimò Antiphona Introitus à ſecundo

do Choro. Hanc vltimam Introitus repetitionem, *repetitionem Verſus* appellat Ord. Rom. I. num. 8. propterea quòd fieret hæc repetitio poſt Verſum, quem Antiphonaria & Ordd. Rom. ms. *ad repetendum*, ſiue *ad reſpondendum* vocant. idem Ord. Rom. num. 26. *Item candelabra tenentur in manibus vſque dum ad repetitionem* [vltimam Introitus] *incipiunt* [Cantores.] *poſtea deponuntur in pauimentum* . . . *Item Gloria diuiditur* [à Pſalmo ſcilicet per repetitionem Introitus] *ſed tantùm feſtis diebus. Ad REPETENDVM verò ſiue feſtis diebus, ſeu quotidianis ſemper incipitur tantùm ſemel*, & recanitur Introitus. ibidem n. 9. *Schola verò FINITA ANTIPHONA, imponit Kyrie eleiſon*. Amalarius l. 3. c. 5. *Cantores dicunt, Sicut erat in principio & nunc & ſemper & reliqua . . . . Dein . . . . Cantores vt ad memoriam reducant Chriſti nouiſſimam humiliationem, dicunt VERSVM de Pſalterio*.

Vt vetus ratio concinendæ Antiphonæ ad Introitum à binis Cantorum claſſibus ſiue choris, hinc illincque ſecum inuicem reſpicientium atque reſpondentium, celeriter percipiatur & expeditè, haud ſuperuacaneum putamus vnam hìc integram exempli gratia Antiphonam cum ſuis repetitionibus deſcribere ex Miſſa Vigiliarum Natalis Domini.

Primicerius Cantorum ſiue Præcentor incipit primo Choro proſequente. *Dominus dixit ad me; Filius meus es tu: ego hodie genui te.*

Secundus Chorus idem reſpondet. *Dominus dixit ad me; Filius meus es tu: ego hodie genui te.*

Vel alio modo.

Primicerius incipit primo Choro proſequente. *Dominus dixit ad me; Filius meus es tu.* vſque ad dimidiam ſcilicet partem.

Secundus Chorus reſpondet reliquam partem. *Ego hodie genui te.*

Primus Chorus pſal. 2. *Quare fremuerunt gentes? & populi meditati ſunt inania?*

Secundus Chorus antiphonam intercinendo reſpondet. *Dominus dixit ad me; Filius meus es tu: ego hodie genui te.*

Et eo modo alij Pſalmi verſiculi cum intercalari Antiphona.

Deinde vterque Chorus Primicerio inchoante ad Pontificis ſiue Sacerdotis nutum. *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto; Sicut erat in principio & nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Primus Chorus ex textu & in tono pſalmi inchoati ℣. ad vltimò repetendum. *Poſtula à me; & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.*

Secundus Chorus vltimo reſpondet antiphonam. *Dominus dixit ad me; Filius meus es tu: ego hodie genui te.*

De Litania Kyrie eleyſon.

ANtiphonam ad Introitum excipit cantus *Kyrie eleiſon*. lib. Sacram. S.Gregorij. *In primis dicitur Introitus... deinde Kyrie eleiſon.*

Dicebatur autem hæc deprecatio *Kyrie eleiſon* à Clericis; idque à populo etiam reſpondebatur: totidemque vicibus etiam *Chriſte eleiſon* dicebatur. S.Gregorius lib.7.Regiſtri ep. 64. *Kyrie eleiſon autem nos neq; diximus, neque dicimus ſicut à Græcis dicitur: quia in Græcis ſimul omnes dicunt; apud nos autem à CLERICIS DICITVR, & à POPVLO RESPONDETVR: & totidem vicibus etiam, Chriſte eleiſon dicitur; quod apud Græcos nullo modo dicitur. In quotidianis autem Miſſis alia quæ dici ſolent, tacemus; tantummodo* Kyrie eleiſon, *& Chriſte eleiſon dicimus: vt in his deprecationis vocibus paulò diutius occupemur.*

In Ordd. Rom. nulla fit expreſſa mentio populi Clericis reſpondentis in hoc cantu. ſed nihil vetat id ſubaudias vt in plerìſque aliàs: vel arbitreris obſoletum eum morem tum temporis, quo vulgati ſunt Ordd.Rom.vnde mss.exempla in præſentiarum habemus.

Tandiu autem iterabatur *Kyrie eleiſon* quoad Pontifex Priori ſcholæ Cantorum innueret, vt Litaniam in alteram formulam ſc. in *Chriſte eleiſon* commutaret. Ord. Rom. I. num. 9. *Schola verò, finita Antiphona, imponit Kyrie eleiſon. Prior verò Scholæ cuſtodit ad Pontificem, vt ei annuat ſi vult mutare numerum Letaniæ: & inclinat ſe Pontifici.*Ord.Rom.V.num.6.*Ipſe verò Pontifex Cantori annuat, quando EXCELSIORI VOCE Kyrie eleiſon ſiue Chriſte eleiſon dici debeat.* Verùm Amalarij æuo iam certo numero vti hodie agimus, *Kyrie eleiſon* & *Chriſte eleiſon* decantabatur: inquit enim lib.3. cap.6. *Ac ideo Cantores dicant Kyrie eleiſon, Domine Pater miſerere; Chriſte eleiſon, miſerere Qui nos redemiſti ſanguine tuo; & iterum, Kyrie eleiſon, Domine Spiritus Sancte miſerere.*

De Hymno Angelico Miſſæ.

ORd.Rom.I.9. *Schola verò finita Antiphona, imponit* Kyrie eleiſon... *quando verò finierint, dirigens ſe Pontifex contra populum incipit*, Gloria in excelſis Deo: *& ſtatim regyrat ſe ad Orientem vſque dum finiatur.* Ord. Rom. II. 6. *Litania finita incipit ſolus Pontifex clara voce hymnum* Gloria in excelſis Deo, *ſi tempus fuerit: deinde verò TOTVS reſpondet Chorus*, Et in terra pax hominibus.

De

De Reſponſorio Gradali Miſſæ.

IN antiquioribus Eccleſiæ moribus numerandus eſt Pſalmus Reſponſorius ſiue Reſponſorium Pſalmi; quod vſitatiùs vſurpatur in Miſſarum ſolemnijs poſt Lectiones veteris nouique Teſtamenti, ante Lectionem tamen Euangelij: quo de hic pluribus diſſerere ſuperfluum arbitramur; cùm etſi non abundè ſatis tamen de eo actum ſit in præfatione Antiphonarij & Reſponſorialis Eccl. Rom. editi in hac vrbe anno 1686.

S.Iohannis Chryſoſtomi ætate perdurabat mos antiquus Pſalmi reſponſorij: homilia namque in Pſal.145. habita Dominica Palmarum, *Egrediamur*, inquit, *& nos: & pro ramis palmarum, voluntatem animi florentem exhibeamus: & clamemus quemadmodum hodie hypepsàllomen* [hoc eſt Pſalmo ſuccinuimus ſiue reſpondimus,] *Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita . . . Cecinit aliquando Dauid in pſalmis; & nos vna cum Dauid hodie: ille citharam habuit ex inanimatis neruis; Eccleſia citharam habet ex animatis neruis intentam. Linguæ noſtræ, nerui citharæ ſunt, diuerſum quidem ſonum, ſed concordem pietatem emittentes: nam & fœminæ & viri, & ſenes & iuuenes, diſcernuntur quidem ſecundùm ætatem; non diſcernuntur tamen ſecundùm rationem modulationis hymnorum*. Subſequenti æuo diſtruncatus eſt in Oriente integer Pſalmus Reſponſorius, relictis tantummodo duobus verſiculis ex aliquo fermè Pſalmo excerptis, quos *Procimenon* Liturgiæ græcæ appellare ſolent. quod vocabulum vetus latinus interpres Liturgiæ S.Baſilij ad ſenſum oculos conuertens, rectiſſimè *Reſponſum* tranſtulit. Minimè verò negotium alicui faceſſat quòd ante Epiſtolas S.Pauli id cantus fiat apud Græcos.nam id diſcriminis fuiſſe videtur Græcos inter & Latinos, quòd illi Reſponſorium Pſalmum ante libros omnes noui Teſtamenti, vt apertè teſtantur Conſtitutiones vetuſtiſſimæ Eccleſiæ quæ Apoſtolicæ vocantur lib. 2. cap. 57. hi verò ante ſolam Euangelicam lectionem Pſalmum reſponderint, vt ex Latinis Patribus conſtat.

Contracto in Oriente reſponſorio integri Pſalmi cantu in duos Pſalmi Verſiculos,coarctari & Romæ conſimiliter cœpit in binos verſiculos totus reſponſorius Pſalmus; cuius tamen retinuere vocabulum duo iſti verſiculi, *Reſponſorius Gradalis* poſtea dicti. Quo verò tempore id in Eccleſia Romana contigerit, ignoramus: id ſanè ſcimus S.Leonis Papę temporibus nondum obſoluiſſe reſponſorium

pſal-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Pſalmum, quem ipſe ſubindicat ſerm. 2. in anniuerſario die aſſumptionis ſuæ ad ſummi Pontificij munus. Rurſus S. Gregorij Magni liber Sacramentorum eumdem iam obſoletum demonſtrat; cùm in ordine præpoſito *qualiter Miſſa Romana celebratur* hæc habeat in ms. cod. *Deinde ſequitur Apoſtolus. Item Gradalis ſiue Alleluia.* Antiphonarij Miſſales eiuſdem S. Gregorij id etiam comprobant, Gradales tantummodo Reſponſorios, non integros pſalmos exhibentes. Porro Berno Augienſis Abbas lib. de quibuſdam rebus ad Miſſam ſpectantibus cap. 7. *Gradualia*, inquit, *ſicut non ſolùm in noſtris libris habetur inſertum, ſed etiam vt in quodam Ordine ſecundùm S. GELASII Papæ authoritatem repperi pratitulatum.* Hinc, niſi titulus Ordinis præfati mentiebatur, colligere poſſumus S. Gelaſij Papæ tempore iam vſitata fuiſſe Gradalia; quorum forte autor idem fuerit. Ordini à Bernone laudato conſentit & liber Sacramentorum Eccl. Rom. qui Gelaſianus codex eſſe videtur: nam in eo expreſſa exſtat mentio bini Reſponſorij poſt Lectiones Feriæ vj. Paraſceues.

Cantus itaque qui peragitur in Miſſa Romana poſt Lectiones ſacræ Scripturæ ante Euangelij recitationem, *Reſponſorius Gradalis*, ſiue *Reſponſorium Gradale* appellatur: cui denominationi adſtruendæ quæ infra referuntur autoritates ſufficient; adeo vt neceſſe non ſit alias hic cumulare.

Reſponſoria autem, vt ſcribit Iſidorus lib. 1. cap. 8. de Eccleſ. officijs, *ab Italis longo ante tempore ſunt reperta: & vocata hoc nomine, quòd vno canente, chorus conſonando reſpondeat.* Rabanus de Inſtitutione Clericorum lib. 1. cap. 33. *Poſt hanc ergo* [Lectionem] *Cantor dicit Reſponſorium; vt ad compunctionem prouocet, & lenes animos audientium faciat. Reſponſorius ergo cantus inde dicitur, quòd alio deſinente, id alter reſpondeat.*

Dicuntur hæc Reſponſoria Miſſæ *Gradalia* ſiue *Gradualia* à loco vbi ſunt decantanda à gradibus ſcilicet Ambonis ſiue editioris ſuggeſti. Rabanus loco citato, *Reſponſorium iſtud*, inquit, *quidam Gradale vocant, eo quòd iuxta gradus pulpiti cantatur.*

Canuntur hæc Reſponſoria Gradalia ad Miſſas per totum anni curſum, exceptis tantummodo diebus Paſchalibus: de quo ritu præter Antiphonaria S. Gregorij conſulendus Amalarius lib. 1. cap. 35. An verò dicenda ſint in ieiunio Pentecoſtes, vide Bernonem loco citato & Micrologum cap. 28.

Nunc ritus per circumſtantias ſingulas perſcrutemur veteris moris in Reſponſorio Gradali cantando.

Can-

Digitized by Google

Cantor vnus Reſponſorium Gradale præcinebat. Iſidorus lib. 1. de Eccl. Officijs. cap. 8. Reſponſoria *vocata hoc nomine, quòd VNO canente, Chorus conſonando reſpondeat. ante autem id SOLVS quiſque agebat: nunc vnus interdum, interdum duo vel tres communiter canunt, choro in plurimis reſpondente.* Eccleſia Romana diù veterem hunc morem conſtanter retinuit, vt vnus Cantor non plures Reſponſorium præcinerent. Ord. Rom. I. n. 7. *Serui Domini mei talis Subdiaconus Regionarius leget Apoſtolum: & TALIS de Schola* [Cantorum] *cantabit, & poſtea non licet alterum mutare in loco Lectoris vel CANTORIS.* num. 10. *Poſtquam legerit* [Epiſtolam Subdiaconus,] *CANTOR cum Cantatorio aſcendit & dicit Reſponſum.* num. 26. *Item de Reſponſorio Graduali; AB INCIPIENTE VSQVE AD FINEM cantatur; & Verſus ſimiliter.* Ord. Rom. III. n. 7. *Subdiaconus Regionarius referens ad Pontificem qui debeant legere aut cantare ...... & pronunciat talem Subdiaconum Regionarium Epiſtolam legere, & TALEM Reſponſorium, & talem Alleluia.* Amalarius lib. 3. cap. 11. ſemper Cantorem ſingulari numero vocat qui Grad. Reſponſorium præcinit. Poſt ſæculum X. cœpit in Eccleſia Romana mos vetuſtus aliquantum immutari; vt nimirum non vnus ſed duo Cantores Gradale Reſponſorium præcinerent. Rituale Benedicti Canonici. n. 20. *Cantores verò incipiunt Gradale & Alleluia: & Primicerius cum Schola Reſponſorium.* & num. 40. *Duo Cantores incipiunt Gradale, Chriſtus factus eſt pro nobis obediens: Primicerius cum Schola reſpondet. & illi duo Cantores reiterant Gradale.*

Cæterùm in Romana Eccleſia eiuſmodi Reſponſoria à Cantoribus maioribus Scholæ fuiſſe cantata veteres Ordd. Rom. ſupracitati indicant. In alijs porro Eccleſijs ea præcinebant Pſalmiſtæ, vt dicit Iſidorus cap. *Perlectis.* diſt. 25. idque muneris pueris attribuit Sychardus Cremonenſis Epiſcopus in ſuo Mitrali ms. Fœminis verò etiam ſanctimonialibus id genus modulationis iam olim interdictum legimus à Zacharia Papa in epiſt. ad Pippinum maiorem domus quæ eſt 5. Codicis Carolini editi tom. 3. hiſt. Francorum Ducheſne. *Quintum Capitulum* [ait] *de Monachis, id eſt Ancillis Dei: de quibus flagitatum eſt, ſi liceat eas ad Miſſarum ſolemnia, aut Sabbato Sancto publicè Lectiones legere & ad Miſſas pſallere aut Alleluia vel Reſponſorium. De his in libro Decretorum beati Gelaſij Papæ cap. xxiij. deſtinatum eſt: quòd nefas ſit fœminas ſacris Altaribus miniſtrare, vel aliquid ex his quæ virorum ſunt officijs deputata, præſumere. Nihilominus impatienter audiuimus tantum diuinarum rerum ſubijſſe deſpectum, vt fœminæ ſacris Altaribus*

bus miniſtrare firmentur; cunctaque, quæ non niſi virorum famulatui deputata, ſexum cui non competit, exhibere. niſi quòd omnium delictorum, quæ ſingulatim perſtrinximus, noxiorum reatus eos reſpicit Sacerdotes, *qui vel iſta committunt; vel committentes minimè publicando, prauis exceſſibus ſe fauere ſignificant.*

Cantor autem Reſponſorium Gradale non inchoabat ſolum, verùm & totum ad finem vſque ſolus præcinebat. Ord. Rom. I. num. 26. *Item de Reſponſorio Graduali, ab INCIPIENTE VSQVE AD FINEM cantatur:* Amal. lib. 3. cap. 11. & Rabanus lib. 1. de Inſtitutione Clericorum cap. 33. tradunt in Reſponſorijs *ID ab altero reſponderi*, quod ab alio fuerit cantatum: aliquid autem reſponderi, omnino poſtulat vt idipſum ſit antea dictum. Sed res pluribus non indiget; cùm diſertè Amalarius tradat veterem modum cantandi Reſponſorij, hiſce Gradalibus non exceptis, quo ad ſuam vſque ætatem Romana firmiſſimè retinebat Eccleſia: ita enim ſcribit in lib. de ordine Antiphonarij c. 18. *Non enim ſancta Romana, & noſtra regio vno ordine canunt Reſponſorios & Verſus. Apud eam PRAECENTOR in primo ordine FINIT Reſponſorium. Succentores verò eodem modo reſpondent. Dein Præcentor canit Verſum. finito Verſu, ſuccentores verò SECVNDO INCIPIVNT reſponſorium A CAPITE, & VSQVE AD FINEM perducunt. Deinde* Præcentor *canit* Gloriam Patri* &c.

* In ℟. Gradali non dicitur *Gloria Patri*, quia id nec dicebatur antiquitus Romæ in alijs ℟℟. Officij. vide Amal. cap. 1. & 18.

Ab eo tamen more deſciuit poſtea Eccleſia Romana: nam ſubſequenti æuo cœpit in ea etiam ab vno vel duobus Cantoribus inchoari tantummodo Reſponſorium Gradale, choro Cantorum illud ad finem vſque proſequente. Ord. Rom. II. n. 7. *Cantor cum Cantorio ſine aliqua neceſſitate aſcendit..... & ſolus inchoat Reſponſorium: & cuncti in Choro reſpondent.* Vide Rituale Benedicti Canonici n. 20. & 40. *Expoſitio Miſſæ ex concordia Scripturarum diuinarum*, quæ exſtat ms. in Ord. Rom. Vallicellano. *Reſponſorium ad Chriſti vocationem qua Apoſtolos vocauit, pertinet. & ideo ſolus in Lectorio incipit Cantor; quia ſolos Chriſtus Apoſtolos vocauit: & cuncti in Choro reſpondent; quia reſponderunt Apoſtoli & obedierunt Chriſto clamanti. & ipſe*[Cantor] *ſolus poſt inchoationem Reſponſorij, ſuum* [leg. *Verſum*] *decantat: quia ſolus Chriſtus pernoctans, poſtquam vocauit diſcipulos, orabat.* Item alia *Expoſitio totius Miſſę ex concordia ſcripturarum Diuinarum*, ex eodem ms. Ord. Rom. *Interrog. Reſponſum quare dicitur?* ℟. *A reſpondendo; eo quòd vni inchoanti vnitur; vt laudem vniuerſus referat populus Domini.* Vbi obiter obſerua ad decimum ſęculum quo ſcriptus eſt pręfatus Ordo,

do, perduraſſe veterem ritum, vt vnus ſolus Cantor Reſponſorium Gradale præcineret. Etſi *in Reſponſorijs*, vt ſcribit Amalarius l. 4. c. 3. *ſolerent VOCEM ALTIVS LEVARE QVAM in pſalmis & hymnis*, attamen cùm primùm à Cantore præcinebatur ℟. preſſiore potius voce cantabatur, eo quòd Cantor adhuc neſciret quomodo finiretur Verſus, acuta ne voce an inclinata. hinc poſt cantatum Verſum, cùm repetebatur Reſponſorium, ea cauſa ſublata, alta id voce cantabatur. Amalar. l. 3. c. 11. *Verſus timore non eſt auſus* [Cantor] *altè leuare Reſponſorium, neſcit quomodo finiat Verſum..... In repetitione Reſponſorij* [Cantor] *exaltat vocem fiducialiter, iam non timens Verſum.* Sychardus Cremonenſis Epiſcopus in ſuo Mitrali ms. *Iſta cantantium alij ſunt Cantores; qui cantus in Choro voce magna diſtribuunt: qui ſunt rectores Eccleſiæ, qui Deum laudant; & alios verbo & exemplo ad laudandum inuitant. Alij ſunt pueri qui Graduale in Gradibus cantant..... qui dum Graduale inchoant, alios ad compunctionem inuitant: dum Verſus concinunt..... dum rurſus Graduale incipiunt..... Quod* [Graduale] *primùm non alta voce eleuant, Verſum poſtmodum cantaturi: in repetitione verò iam non timentes Verſum* [eleuant vocem.]

Cantato toto Reſponſorio ab vno Cantore, Schola vel chorus Cantorum illud reſpondebat ſiue repetebat conſimiliter totum. Amalar. l. 3. c. 11. *Cantores qui reſpondent primo canenti.* & infra. *Qui reſpondent primo Cantori.* Quid autem reſponderent, idem Amalarius ibidem oſtendit, *ID* ſcilicet quod alius ante cecinerat. *Quos inde Reſponſorios cantus vocant; quòd alio deſinente, ID alter RESPONDEAT.* & lib. de ordine Antiphonarij cap. 18. *Apud eam* [Eccleſiã Romanã] *Præcentor in primo ordine finit Reſponſorium: Succentores verò eodem modo reſpondent.* Vulgatus Albinus cap. de celebratione Miſſæ. *Poſtmodum cantatur Reſponſorium, dictum quòd A CAPITE repetatur.*

Repetito Reſponſorio Gradali à Schola ſiue choro Cantorum, idem Cantor qui illud præcinuerat, Verſum, ſiue vnum ſiue plures ſolus canebat. Ord. Rom. 1. n. 26. *Item de Reſponſorio Graduali ab incipiente vſque ad finem cantatur, & VERSVS SIMILITER.* Ord. Rom. II. n. 7. *Et idem* [Cantor] *ſolus Verſum Reſponſorij cantat.* Amal. loco citato. *Poſtea Verſus ſequitur: in Verſu neceſſe eſt vt ſuas cogitationes* [Cantor] *ad ſe retrahat.* idem lib. de ord. Antiphon. cap. 18. *Dein Præcentor canit Verſum.* Cæterum cùm duo Cantores adhiberi cœperunt ad Reſponſ. Grad. cantandum, iidem illius Verſus pariter concinebant, ſeu vt poſtea fieri cœpit, inchoabant.

Poſt Verſum ſtatim Schola Cantorum illud ſecundò repetebat.

Digitized by Google

Amal. l. 3. cap. 11. *Ac poſtea Verſus ſequitur..... Hoc facit ille qui Verſum cantat.. In repetitione Reſponſorij exaltat vocem fiducialiter, iam non timens Verſum.* Idem cap. 18. de ord. Antiphon. *Finito Verſu, Succentores verò SECVNDO incipiunt Reſponſorium à capite, & vſque ad finem perducunt.* Sychardus in Mitrali de Cantoribus in Miſſa loquens. *Dum Verſus concinunt ... dum RVRSVS Graduale incipiunt ... quòd primùm non alta voce eleuant, Verſum poſtmodū cantaturi: in repetitione verò iam non timentes Verſum &c.* Conſuetudines Cluniacenſes l. 1. cap. 8. *de maiore miſſa Dominicis diebus*, inquiunt. *Graduale à duobus albatis cātatur: itaut Verſu finito, à principio repetatur. item Alleluia à duobus.* eodem lib. 1. cap. 7. de Miſſis defunctorum. *Finito Verſu, Graduale à principio repetatur.* mss. Conſuetudines apud D. Edmundum Martene lib. 11. cap. 4. num. 25. de Antiquis ritibus Monachorum ſic habent. *Reſponſorium à duobus albatis canitur in Dominicis & in maioribus feſtis..... itaut Verſu finito, ſemper à principio repetatur.*

Porro ſequenti æuo feſtis diebus prætermitti cœpit hæc repetitio poſt Verſum; propterea quòd ijs diebus alius ſequeretur cantus *Alleluia* vel Tractus. nam in ijs Miſſis in quibus *Alleluia* vel Tractus non dicebatur, obſeruatus diù fuit vetus mos eiuſmodi repetitionis: ob eam (vt reor) cauſam, ne cantus iſte, vnius vel duorum cantorum voce, ſed concentu pleniore concluderetur. Rituale Benedicti Canonici n. 35. *Per totam Quadrageſimam reiteratur Gradale infra hebdomadam, niſi fuerit aliquis Tractus.* & num. 40. *Duo Cantores incipiunt Gradale: Chriſtus factus eſt pro nobis obediens. Primicerius cum Schola reſpondet. & illi duo Cantores reiterant Gradale.* Durandi tempore prorſus obſoleuerat mos antiquus repetendi Reſponſorij in generaliore vſu. Præmonſtratenſes tamen & Carmelitæ adhuc in ſuis Miſſalibus repetitionem Gradalis præſcribunt, cùm poſt illud nec *Alleluia* ſequitur nec Tractus.*

* Vide infra pag. xxxvij.

Quòd ſi Reſponſorium Gradale plures Verſus haberet, poſt ſingulos Verſus ab vno eodemque Cantore cantatos, Reſponſorium ipſum repetebatur. indicia eius rei comperimus manifeſtò in antiquis Ritualibus: nam in Reſponſorio feriæ IV. maioris hebdomadæ, *Domine exaudi orationem meam*: quod quinque Verſus habet; eſtque in vetuſtis Codd. & apud Amalarium l. 1. c. 12. non *Tractus* appellatum, ſed *Reſponſorium*: in hoc, inquam, Reſponſorio repetitiones eiuſmodi fieri conſueuiſſe legimus in conſuetudinibus Corbeienſis Monaſterij apud Martene l. 3. cap. 12. n. 32. *Feria quarta ſequenti cantabunt duo Monachi Tractum* [immo verò *Reſponſorium* magis] *ad magnam*

gnam

gnam Miſſam: Domine exaudi. mox vt cantauerint primum verſum, conuentus repetet eumdem verſum & cantabunt: & poſt, prædicti duo Monachi cantabunt alium Verſum*; & conuentus repetet Tractum* [lege *Reſponſorium*] *in medio ſcilicet, Et clamor meus. & ſic vſque in finem dictus Tractus*[lege *Reſponſoriũ*]*cantabitur. & poſt, prædicti duo Monachi iterum incipient principium primi verſus de dicto Tractu* [Reſponſorio;] *& conuentus cantabit eumdem verſum.* Et in Ordinario Caſinenſi. *Ad Miſſam vnus frater indutus alba linea, cantet Tractum* [Reſponſorium,] *Domine exaudi.& poſt omnes* Verſus *eius,*[*ad*]*vnũ* Verſum *repetatur in choro, Domine exaudi; & ad alium, Et clamor meus.* Eiuſmodi repetitionis rationem innuunt conſuetudines Sancti Germani à Pratis, nimirum quia Tractus *eſt loco Reſponſorÿ*: ſed verius dixiſſent, quia verè eſt *Reſponſorium*. Item feria VI Paraſceue in Rituali Corbeienſi. *Tres Presbyteri dicent Tractum* [lege *Reſponſorium* ex vetuſtis Antiphonarijs, libro Sacramen. Gelaſiano & Amalario] *Domine audiui: quem verſum repetet conuentus in principio & in fine: & in alijs* Verſibus*, repetet in vno medietatem, in alio totum verſum.* Conſuet. Cluniacenſes. l. 1. cap. 13. *Tractus* [Reſponſorium] *Domine audiui, à Cantoribus inchoatus, ita cantatur, vt poſt ſingulos* Verſus *à primo verſu repetatur, nunc integro, nunc dimidio.*

Præcentor Reſponſorij Gradalis quia ſolus decantabat, depoſita caſula ſiue planeta, remanebat in ſola alba. *Miniſtri*, inquit Amal. l. 1. cap. 15. *caſula ſe exuunt quando lectoris ſiue CANTORIS officium aſſumunt.... Albam ſine caſula portat Lector ſeu CANTOR in SINGVLARI officio.* Hinc in antiquis Ritualibus præſcribitur vt Albati Cantores, ſiue alba induti cantent Reſponſoria Gradalia.

Cantor Reſponſorij aſcendebat cum Cantatorio, id eſt, libro Gradali, etiamſi opus illi non eſſet vt legeret. Ord. Rom. I. n. 10. *Poſtquam* [Subdiaconus Epiſtolam] *legerit, Cantor cum Cantatorio aſcendit; & dicit Reſponſum.* Ord. Rom. II. n. 7. *Cantor cum Cantorio ſine aliqua neceſſitate aſcendit.* Amalarius l. 3. cap. 16. *Cantor ſine aliqua neceſſitate legendi, tenet tabulas in manibus..... tabulæ quas Cantor in manu tenet, ſolent fieri de oſſe..... quapropter tenentur in manu.* Has tabulas pro tegumento fuiſſe arbitror libri Gradalis: nam idem Amalarius in Præfatione lib. Antiphononarij: *Notandũ eſt* [inquit] *volumen quod nos vocamus* Antiphonarium*, tria habere nomina apud Romanos. quod dicimus Gradale, illi vocant CANTATORIVM: quia adhuc iuxta morem antiquum apud illos in aliquibus Eccleſijs in vno volumine continetur.* Quod igitur Cantatorium appellauit Ordo Rom. hoc *Ta-*

bularum vocabulo expreſſit Amalarius.

Locus in quo Præcentor ſtabat Reſponſorium Gradale pręcinens, erat gradus Ambonis ſeu ſuggeſti; quod pulpitum etiam appellabant. Porro cùm Eccleſia duplicem haberet Ambonem,vnũ in Auſtrali parte pro Euangelio,& alterum in Aquilonari pro Epiſtola; certum eſt in eo Ambone Gradale fuiſſe pręcentum,qui Epiſtolæ deſtinatus erat,ſed fortè in prioribus gradibus aſcenſus, vt obſeruamus in veteri Titulo S.Clementis: vbi in Ambone Aquilonari supernũ exſtat pulpitum ad recipiendũ codicẽ Epiſtolarum aptũ, in quo qui legeret,ad altare contueretur & Occidentem, ad quem ſpectant eiuſdem Eccleſiæ poſtica: & hic ſanè locus erat pro Epiſtola legenda, quam verſo ad altare vultu Subdiaconus ſemper recitabat. Porro in eodẽ ipſo Ambone ſtatim in prioribus gradibus alterum pulpitum marmoreum viſitur, ad ſuſtinendũ quemcumque grandem codicem aptiſſimum: & hoc quidem è regione eſt alterius pulpiti ſuperioris: nõ ſolum autem inferius eſt,verum etiam contra quàm alterum, portam Eccleſiæ versùs ſitum eſt & Orientem. in eoque fortaſſe recitabantur Lectiones in nocturnis officijs, & cantabatur Gradale à Cantore; vt obuerteret nimirum vultum Orienti, ſicut expreſſe de *Alleluia* Orientem versùs cantando teſtatur Durandus l. 4. c. 20. n. 8. Vbi verò vnicus exſtabat Ambo Auſtralis pro Euangelio, in eodem Ambone quidem, ſed inferiore in gradu Gradale Reſponſorium cantabatur. Ord. Rom. I. num.10. *Poſtquam* [Subdiaconus Epiſtolam] *legerit, Cantor cum Cantatorio aſcendit,& dicit Reſponſum*: Ord. Rom. II. num. 7. *Poſtquam legerit, Cantor cum Cantorio ſine aliqua neceſſitate aſcendit non ſuperius, ſed ſtat in eodem loco vbi & Lector*[Lectionum;]*& ſolus inchoat Reſponſorium ..... Ipſe iterum* Alleluia *dicit ſtans in eodem gradu*, [vbi ſteterat Præcentor Reſponſorij,] *id eſt inferiore*, Ord. Rom. VI. num. 5. *Finita vero Lectione,illis qui Gradualem &* Alleluia *cantaturi ſunt, iuxta Pulpitum in inferiori gradu ſtandum eſt*. Amal. l. 3. cap. 17. *de aſcenſu in pulpitum*, ait. *Lector & Cantor in gradum aſcendunt*. eiuſdem Amalarij Egloga n.14.*Non aſcendit ſuperius* [in Ambone] *qui Reſponſorium cantat quàm qui Lectionem legit; ſed ſtat in eodem loco*. Vetus ms. Expoſitio totius Miſſæ ex concordia Scripturarum Diuinarum. *Vbi Euangelium legitur,Epiſtola legi non debet,ſed in ſuperiori gradu:quia Iohannis prædicatio ad Euangelij altitudinem aſcendere non potuit .... nec in eodem gradu Reſponſorium vel* Alleluia *cantari debet, quo recitatur Euangelium Chriſti* &c.

Damus iam tandem hic exemplum quò expeditiùs agnoſcatur quem-

quemadmodum iuxta veterem ritum decantari ſoleret Gradale Reſponſorium, ex Miſſa Feriæ IV. maioris Hebdomadæ.

Cantor vnus ſtans in gradu Ambonis inferiore, depoſita caſula, ſola alba indutus, non excelſa voce præcinit ℞. Grad. *Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.*

Schola ſiue chorus Cantorum ſtantium cum ſuis caſulis eleuatis cum ſinu, repetit idem ℞. *Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.*

Cantor ille de gradu canit ℣. *I. Ne auertas faciem tuam à me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.*

Schola ſiue chorus ℞. Grad. reſpondet. *Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.*

Cantor idem ℣. *II. In quacumque die inuocauero te, velociter exaudi me.*

Schola ſiue chorus ℞. Grad. reſpondet. *Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.*

Cantor idem ℣. *III. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei; & oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt.*

Schola ſiue chorus ℞. Grad. reſpondet. *Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.*

Cantor idem ℣. *IV. Percuſſus ſum ſicut fœnum: & aruit cor meum; quia oblitus ſum manducare panem meum.*

Schola ſiue chorus ℞. Grad. reſpondet. *Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.*

Cantor idem ℣. *VI. Tu exſurgens Domine, miſereberis Sion; quia venit tempus miſerendi eius.*

Schola ſiue chorus ℞. Grad. reſpondet. *Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.* * * Vide infra pag. xxxvij.

De hymno Alleluia *Miſſæ*.

VT *Alleluia* in Eccleſia Romana *diceretur*, ſcribit S. Gregorius epiſt. 64. lib. 7. *de Hieroſolymorum Eccleſia, ex B. Hieronymi traditione, tempore beatæ memoriæ Damaſi Papæ traditur tractũ.* Sozomenus lib. ix. c. 39. hiſtoriæ Tripartitæ ſemel in anno, die ipſo Paſchæ *Alleluia* Romæ cantari ſolitum teſtatur: eius tamen dicta Card. Baron. ad diem 5. Aprilis pluribus S. Hieronymi teſtimonijs refellit. Sed cuncta ſibi inuicem facile conciliari poſſe crediderim: ſi ſemel quidem die Paſchatis, certo publico ſtatoque ritu ita Romæ cantatum *Alleluia* dicatur; vt tamen præter eum diem ex B. Hieronymi traditione quiſque ſuo arbitratu

ſtatu vt mallet, *Alleluia* cantaret. Cæterum ſæculo VI. iam ad Miſſas cantabatur *Alleluia* Romæ non ſolo Paſchatis die, ſed per totam conſequentium dierum Quinquageſimam Paſchalem: obijciebatur namque B. Gregorio Papę (vt ipſe refert loco citato) quòd *Alleluia dici ad Miſſas EXTRA PENTECOSTES TEMPORA fecerit*: minimè verò quòd per totam Pentecoſten id fieri inſtituerit.

Alleluia ad cantum pertinet reſponſorium. *Hoc* [inquit Caſſiodorus in titulum pſalmi CIV.] *Eccleſijs votiuum: hoc ſanctis feſtiuitatibus decenter accommodum. Hinc ornatur lingua CANTORVM: iſtud AVLA Domini læta RESPONDET: & tanquam inſatiabile bonum TROPIS ſemper variantibus innouatur*. Hinc diſcimus 1. ad Cantores pertinere vt præcināt *Alleluia*. 2. idipſum reſponſum ab Aula, ſiue toto Eccleſiæ cœtu; vt etiam indicat Sozomenus loco citato. totius autem cœtus loco, ſola Schola Cantorum poſtea reſpondere cœpit. 3. vſurpatos iam olim in eius cantu *Tropos*, ſeu *Neumata*, hoc eſt varias notas muſicas, quæ benè multæ reperiuntur in antiquis codd. in vltima ſyllaba vocis *AlleluiA*: cuius poſtremæ ſyllabæ longam decantationem, cum nihil interea exprimeretur præter vnicam litteram, *Iubilum* vel *Sequentiam* noſtri appellauere maiores.

Itaque ritus hymni *Alleluia* ijdem ſunt, ac qui Reſponſorij Gradalis. Vnus Cantor *Alleluia* canebat ſine caſula ſiue planeta ſtans in gradu Ambonis, conuerſus ad Orientem. tum Schola ſiue chorus Cantorum ſtatim illud repetebat. Mox Cantor Verſum vnum, quandoque duos vt Dominica II. Aduentus, & die Paſchatis ſolus cantabat: & poſt ſingulos quoſque verſus, ſemper Schola ſiue Chorus *Alleluia* recinebat. Hinc fit vt vnicum Alleluia ter ſaltem diceretur ſemper. id quod olim actitatum puto, etiamſi duo dicerentur Alleluia vt Paſchali tempore. Victor Vticenſis Epiſcopus de perſecutione Vuandalica lib. 1. *Quodam tempore Paſchalis ſolemnitas agebatur: & dum in quodam loco qui Regia vocitatur, ob diei* Paſchalis *honorem noſtri ſibimet clauſam Eccleſiam reſerarent, comperiunt Arriani .... & tunc fortè audiente & canente populo Dei, Lector VNVS PVLPITO ſiſtens Alleluiaticum melos canebat. quo tempore ſagitta in gutture iaculatus, cadente de manibus Codice, mortuus poſt cecidit ipſe*. Ord. Rom. II. 7. *Cantor qui inchoat Alleluia ipſe ſolus cantat* Verſum *de Alleluia: ipſe iterum* [*iterum*, hic accipio pro *autem*] *Alleluia dicit ſtans in eodem gradu, id eſt, inferiore. Sequitur IVBILATIO, quam SEQVENTIAM vocant*. Ord. Rom. III. 7. *Subdiaconus Regionarius referens ad Pontificem .... & pronunciat .... talem Reſponſorium, & TALEM Alleluia cantare*. Ord.

Rom.

Digitized by Google

Rom. VI. 5. *Illis qui Gradualem & Alleluia cantaturi ſunt, iuxta Pulpitum in inferiori Gradu ſtandum eſt.* Amal. lib.3. cap. 13. *Alleluia quod cantatur per feſtos dies in recordatione æternæ lætitiæ . . . . . illi ſunt recti Verſus, per quos REVERTIMVR ad Alleluia.* & cap. 16. *Hac IVBILATIO, quam Cantores SEQVENTIAM vocant, ſtatum illum ad mentem noſtram ducit; quando non erit neceſſaria locutio verborum, ſed ſola cogitatione mens menti monſtrabit, quod retinet in ſe.* Quibus verbis neuma vltimæ ſyllabæ *AlleluiA* exprimit. Idem cap. 15. *Albam ſine caſula portat Lector ſeu Cantor in ſingulari officio,* id eſt, cùm ſolus quid cantat. Vetus ms. Expoſitio Miſſæ ex concordia Scripturarum diuinarum. *Alleluia quidem, quod eſt laus Dei, cantamus vt Chriſtum imitemur, qui . . . . & ipſis* [72. diſcipulis] *reuerſis, Alleluia, id eſt, laudem Deo Patri decantauit; dicens; Confiteor tibi* Pater [Domine] *cæli & terræ . . . Confiteor enim nihil aliud eſt in hoc loco, niſi, Gratias & laudes ago tibi* Pater. *eius autem VERSVM cantamus, ipſum æmulantes, qui SOLVS dicebat, Nemo ſcit quid ſit Filius niſi* Pater . . . . *Alleluia poſt Verſum canimus, ipſum ſequentes qui rurſum* Alleluia *dicit, dum ait; Venite ad me omnes qui laboratis . . . . Nec in eodem gradu Reſponſorium vel* Alleluia *cantari debet, quo recitatur Euangelium Chriſti &c.* Rupertus Abbas lib. 1. de diuinis officijs cap. 34. *Cantor* [Reſponſorij Gradalis] *ad Gradum ſæpiùs conſiſtit: & inferior eo ſtare conſueuit qui ſubſequens* Alleluia *concinit.* & cap. 35. *Canitur ergo* Alleluia *poſt Graduale, canticum lætitiæ poſt luctum pænitentiæ: & ſummopere nitentes exprimere magnitudinem conſolationis quæ repoſita eſt illis qui nunc lugent, iubilamus magis quàm canimus: vnamque breuem digni ſermonis SYLLABAM in plures NEVMAS, vel Neumatum diſtinctiones protrahimus: vt iucundo auditu mens attonita repleatur; & rapiatur illuc, vbi ſancti exſultabunt in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis.* Gullielmus Durandus lib. 4. cap. 20. num. 6. *Eſt* Alleluia *modicum in ſermone, & multum in pneuma . . . . Pneuma ſeu Iubilus qui fit in fine, exprimit gaudium & amorem credentium. . quid ſit Pneuma dicitur in proemio quintæ partis . . .* Porro quod *Alleluia interpoſito* Verſu *repetitur, & ſic bis in Miſſa dicitur* [ſcilicet à choro toto, illud ipſum prius præcinente Cantore,] *deſignat æternæ vitæ gaudium . . . . Verſus quoque dicitur à reuertendo, eo quòd per eum reuertimur ad* Alleluia . . . . *per hoc verò quòd* Alleluia *cum pneuma repetitur . . . . In nonnullis Eccleſijs* Alleluia *cantatur à pueris; Graduale à magnis . . . . Alij ſunt perfecti viri, qui in alijs Eccleſijs* Alleluia *vel Tractus in Pulpitis concinunt . . . . Deberet etiam* Alleluia [in] *gradibus & versùs ORIENTEM decantari: & quoniam vitam contemplatiuam ſignificat, debet legi in altiori loco quàm Reſponſorium quod actiuam deſignat. Rurſus*

ſus in quibuſdam Eccleſijs cantans Alleluia, *ſumit aliquid in manu* &c. tabulas ſcilicet, vt arbitror, oſſeas; de quibus Amal. vt ſupra diximus.

Cæterùm ne quis cum in antiquis codd. mss. vnicum *Alleluia* cum ſuo Verſu animaduerterit, putet ſemel dumtaxat olim in Miſſa cantatum; nouerit propterea vnicum haberi *Alleluia*, quia idipſum iiſdemque muſicis notis & ſemel & iterum & tertiò etiam recaneretur; nec planè Verſiculum adiunctum haberet, niſi repetendum eſſet: Verſiculi eiuſmodi nimirum ob hanc ſolam cauſam Reſponſorijs, Antiphoniſque adiungebantur; quò intercalatione quadam cantus facta, melius aptiuſque fieri poſſent Reſponſiones alternæ. Hinc generatim dici poſſe iuxta ritum veterem arbitramur, vt quotieſcumque Verſum habeat *Alleluia*, repeti ipſum debeat, etiam in Litania maiore vel Sabbato ſancto: de quo vetus Ordinarium Canonicorum Reg. S. Laudi Rotomagenſis editum cum opuſculo Io. Abrincenſis Epiſcopi, hæc expreſsè præſcribit. *Alleluia Præcentor, & qui cum eo chorum regunt, in Pulpito ſolemniter imponant: & cantato Verſu Confitemini, iterum Alleluia repetant.* Ord. Rom. I. 26. *Alleluia ſimili modo* [id eſt ab incipiente vſque in finem cantatur, itemque ſuus Verſus:] *in quotidianis verò diebus ſi voluerint, tantùm prima* [vice] *dicitur*: id eſt ſemel à Cantore dicitur, repetiturque à Choro *Alleluia*; prætermiſſo Verſu, ſi noluerint *Alleluia* iterum atque iterum repetere. id quod ſimilis locutio oſtendit de Reſponſorio Gradali, *Hæc dies quam fecit Dominus*: qua vtuntur Ordd. Rom. cùm dicunt vt illud *prima* tantũ dicatur in horis Canonicis Paſchalis hebdomadæ; in quibus etiam nunc dicimus ℟. *Hæc dies.* quod quia *prima* ſolùm vice ſine repetitione dicimus, ideò Verſiculum adiunctum omittimus: quòd repetitione ceſſante, & id ceſſet quod ſolius repetitionis cauſa adhibetur, Verſiculus ſcilicet.

Exemplum cantus reſponſorij *Alleluia* ex Miſſa Paſchatis.

Cantor in alba, ſine planeta in gradu Ambonis ſtans ad Orientem conuerſus, ſolus præcinit *Alleluia*, omiſſo neumate.

Schola ſeu chorus Cantorum idem reſpondet *AlleluiA A A A* [cum neumate.]

Cantor idem ſolus canit ℣. *I. Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus.*
Schola reſpondet idem *AlleluiA A A A* cum neumate.
Cantor idem ℣. *II. Epulemur in azymis ſinceritatis & veritatis.*
Schola reſpondet idem *AlleluiA A A A* cum neumate.

De Tractu Miſſæ.

DE Tractus vocabulo multa commentati ſunt Eccleſiaſtici Scriptores: breuius veriuſque dicendum arbitramur, propterea Cantum hunc *Tractum* appellatum, quòd continuata ſerie modulationis vnius

Digitized by Google

vnius Cantoris, non interrupta reſponſionibus aliorum intercinentium perageretur. Sic enim *tractim canere* dicitur Cantor; quemadmodum Latini *tractim dicere*, *tractim tangere*, *tractim ſuſurrare* &c. accipiunt; trahendo ſcilicet in longum, ſine intermiſſione, non interrumpendo ſeriem orationis, aut percuſſionis, vel ſuſurri. Amal. l.3. cap.12. *Quid ſit inter Reſponſorium & Tractum*. ita ſcribit. *Hoc differt inter Reſponſorium cui Chorus RESPONDET, & TRACTVM cui nemo* [ſcilicet reſpondet.] *Reuertendum eſt ad volucres, ſcilicet columbas & turtures, quæ ſignificant Reſponſorium & Tractum. ... Hoc ſanè inter turturis & columbæ ſignificantiam diſtat; quòd columba, quæ gregatim conuerſari* &c. *conſueuit ..... Turtur verò quæ ſingularitate gaudet .... Moyſes quaſi Tractum decantat tribulationis; qui SOLVS aſcendit ad Dominum .... Daniel Tractum lætitiæ cantat; quoniam SOLVS fugientibus ſocijs inter Angelos remanet. SOLVS Ezechiel* &c.

Tractus dicebatur ab vno ſolo Cantore totus: qui Cantor alius erat à Cantore Reſponſorij Gradalis. Ord. Rom. III. n. 9. *Cantor cum Cantorio aſcendit; & Reſponſorium dicit: ac deinde per ALIVM CANTOREM Alleluia, ſi tempus fuerit, ſiue Tractus concinitur.* Cantica Vigiliarum Paſchæ, *Tractus* mss. codicũ conſenſu appellata, niſi ab vno eodemque Cantore non cantabantur. Ord. Rom. I. n.40. *Legitur Lectio græcè, Factum eſt in vigilia matutina. & ab IPSO cantatur canticum hoc græcè, Cantemus Domino. poſt hæc aſcendit alius & legit ſupradictam lectionem latinè; & canticum cantat ſupraſcriptum latinè ... Poſt hoc legitur Lectio græcè, Apprehendent ſeptem mulieres. & ab IPSO cantatur canticum græcè, Vinea. Deinde aſcendit alius legere ſupraſcriptam latinè; Canticum latinè cantat ſupraſcriptum ..... Poſt hoc cantatur pſalmus, Sicut ceruus, græcè: & ALIVS ipſum pſalmum latinè.* Eodem modo cantatum arbitror Canticum ſiue Benedictiones trium Puerorum in Sabbatis Quatuor temporum; ab eodem ſcilicet qui Lectionem Danielis legerat, commutata ſolùm voce à pronunciatione Lectionis in ſonum vt dicebant antiqui, ſiue in tonum cantici. Hinc in Miſſali Lugdunenſi alijſque antiquioris Ritus eiuſmodi Benedictiones in textu ipſo Lectionis nunc vſque leguntur. Cæterùm Cantor Tractus præterquam quòd caſulam ſolus cantaturus deponebat; eum in pulpito canebat, vt apertè ſcribit Sychardus Cremonenſis Epiſcopus in ſuo ms. Mitrali.

Exemplum Tractus Miſſæ Vigiliarum Paſchæ.

Vnus Cantor in alba ſine planeta ſtans in Ambonis gradu, ſo-

† † † † †   lus

lus *tractim*, nemine intercinente, totũ ab exordio ad finem vſque canit.

Laudate Dominum omnes gentes: & conlaudate eum omnes populi: Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius; & veritas Domini manet in æternum.

De Symbolo Miſſæ.

ORd.Rom.VI.7. *Sin autem Epiſcopus prædicare noluerit, alta voce incipiat canere,* Credo in vnum Deum. *& ita OMNIS Chorus incipiens,* Patrem omnipotentem, *ad finem vſque perducat.*

De Offertorio.

LIber ms. Sacramentorum Sancti Gregorij Papæ: *Poſtmodùm legitur Euangelium, deinde* [apud Pamelium additur *cantatur*] *Offertorium*. Offertorium cantabatur cum ſuis Verſibus dicto à Pontifice *Oremus*. Eatenus autem decantabatur, quoad acceptis populi oblationibus, dicenda eſſet Oratio Secreta: ſilebant namque Cantores ante orationem illam, immo antè hæc Sacerdotis verba, *Orate fratres*. Ordo Rom. II. 9. *Deinde ſalutat Epiſcopus populum dicens, Dominus vobiſcum: poſtea dicit Oremus. Tunc canitur Offertorium cum Verſibus.... Interim Cantores cantant Offertorium cum Verſibus; & populus dat oblationes ſuas, id eſt, panem & vinum.... Epiſcopus redit in ſedem.... & ille* [Archidiaconus] *reſalutato eo* [Pontifice,] *& cantantibus adhuc Cantoribus, accedit ad altare.... Tunc ſurgens Pontifex à ſede; & cantantibus adhuc Cantoribus deſcendit ad altare: & orat, & ſalutat altare.... poſt oblationem ponitur incenſum ſuper altare: & Pontifex inclinans ſe paululum ad altare, reſpicit Scholam, & annuit vt SILEANT: & conuertit ſe ad populum dicens, ORATE.*

Cantus iſte Offertorij antiphonus erat non reſponſorius; cantabatur namque à choro. Ord. Rom. VI. 9. *Tunc*[Pontifice]*innuente Offertorium cantetur à CHORO.* nec ſanè denunciatus ante Miſſam Pontifici legitur in Ord.Rom. qui Offertorium cantaturus eſſet; ſicuti ſingulares denunciabantur Cantores alij tum Reſponſorij Gradalis tum *Alleluia*, aut Lectores. Cùm itaque à Choro cantaretur, haberetque plures verſiculos; quos in Antiphonario in ſingulis Miſſis exhibitos videmus, quiq; pro ſolis repetitionibus ſolebant apponi: rectè colligimus Antiphonæ ritu, vt in Introitu Miſſæ, Offertorium conſueuiſſe cantari. Quòd ſi populi oblatio breuior eſſet, bis ſaltem cantabatur Offertorium Verſu interpoſito. Ord. Rom. I. n.26. *De*

Offer-

Digitized by Google

Offertorio (hunc enim in mſ. incipit ſententia) *ſeu & Verſu ipſius, duabus vicibus ad vnam Miſſam domno Papa cantatur.*

Exemplum Offertorij Vigiliæ Natalis Domini.

Primus Cantorum chorus Primicerio inchoante. *Tollite portas principes veſtras; & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.*

Secundus chorus idem recinit. *Tollite portas principes veſtras; & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.*

Vel aliter.

Primus chorus. *Tollite portas principes veſtras; & eleuamini portæ æternales.* vſque ad partem dimidiam.

Secundus Chorus ſequentia reſpondet. *Et introibit Rex gloriæ.*

Primus chorus ℣. I. *Domini eſt terra & plenitudo eius; orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in ea.*

Secundus chorus Offer. *Tollite portas* &c. vel, *Et introibit Rex gloriæ.*

Primus chorus ℣. II. *Ipſe ſuper maria fundauit eam; & ſuper flumina præparauit eam.*

Secundus chorus Offer. *Tollite portas* &c. vel, *Et introibit Rex gloriæ.*

De hymno Sanctus.

Liber Pontificalis in S.Sixto I.Papa. *Conſtituit vt Miſſarum Actionem Sacerdote incipiente, POPVLVS hymnum decantaret,* Sanctus Sanctus Sanctus *Dominus Deus* Sabaoth &c. Capitularia Regum Francorum lib.1. cap.66. *Ipſe Sacerdos cum ſanctis Angelis & POPVLIS Dei COMMVNI VOCE,* Sanctus Sanctus Sanctus *decantet.* Capitula Herardi Archiepiſcopi Turonenſis edita anno 858.num.16. *Secreta Presbyteri NON INCHOENT ANTEQVAM* Sanctus *FINIATVR: ſed CVM POPVLO* Sanctus *cantent.*

De Agnus Dei.

Liber Pontificalis in Sergio Papa I. *Hic ſtatuit vt tempore CONFRACTIONIS Dominici Corporis, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miſerere nobis, à CLERO & POPVLO decantetur.*

De Antiphona ad Communionem.

HAEC Antiphona conſimili modo cantabatur ac ea quæ ad Introitum: vtraque cum Pſalmo, vtraque cum *Gloria Patri* & *Sicut erat*, vtraque cum Verſu *ad repetendum* ſiue *reſpondendum* in fine. Quare quæ de Introitu diximus, eadem ad hanc Communionis Anti-

tiphonam ſunt aptanda. Ord. Rom. I. num. 20. *Mox vt Pontifex cœperit in Senatorio communicare, ſtatim Schola incipit Antiphonam ad Communionem PER VICES cum Subdiaconibus: & pſallunt* [Pſalmum ſcilicet,] *vſque dum communicato omni populo, annuat Pontifex vt dicant Gloria Patri: & tunc repetito Verſu quieſcunt.* & n. 21. *Ille verò* [Pontifex] *contemplans populum, ſi iam communicati ſint, & annuit ei* [Subdiacono Regionario] *& ille . . . aſpicit ad Primum Scholæ, faciens crucem in fronte ſua, annuit ei dicere Gloriam : & ille* [Prior Scholæ] *reſalutato, dicit Gloria, Sicut erat, & VERSVM. FINITA autem ANTIPHONA* &c. Ord. Rom. III. 18. *Cum cœperit Pontifex Clerum ſiue populum communicare, Schola incipit Antiphonam ad Communionem pſallere: ac deinde nutu Pontificis, Gloria Patri, Sicut erat in principio & nunc & ſemper, Subdiacono faciente crucem in fronte; vt ex hoc ſigno intelligat Prior Scholæ, quando poſt Communionem debeat Gloriam Sanctæ Trinitati dicere, paratus etiam VERSVM REPETITIONIS ſubiungere Finita Antiphona quæ REPETITVR ad REPETITIONIS VERSVM, Pontifex ad altare dat Orationem ad Complendum.*

Exemplum concentus Antiphonæ ad Communionem noctis Natalis Domini.

Primus Cantorum chorus Primicerio inchoante. *In ſplendoribus Sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te.*

Secundus chorus reſpondet eamdem Antiphonam. *In ſplendoribus Sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te.*

Primus chorus Pſalmum * vnde excerpta eſt Antiphona, inchoat. *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis.*

Secundus chorus reſpondet Antiphonam. *In ſplendoribus Sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te.*

Et ſic reliquus Pſalmus à primo choro, ad ſingulos verſus Antiphonam intercinente ſecundo choro, vſque ad finem Communionis populi. qua finita Chorus fortè vterque dicit *Gloria Patri* &c. *Sicut erat in principio* &c.

Tum primus chorus ℣. ad repetendum. *Tecum principium in die virtutis tuæ* &c.

Secundus chorus vltimò reſpondet Antiphonam. *In ſplendoribus Sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te.*

* Si Antiphona Communionis nō eſt deſumpta ex Pſalmis; idem ferè Pſalmus in ea reſumitur, qui inchoatus fuerit ad Introitum.

Addenda

Addenda ad pag.xxvj.poſt lin.29.

Si Reſponſorium Grad. vnum vt ferè ſemper, haberet Verſum; tunc repetito Gradali à choro poſt Verſum, Cantor omiſſo *Gloria Patri*, iuxta antiquiorem ritum, ſecundo totum ſolus illud iterabat: ipſumq;poſtea tertiò à choro toto reſpondebatur. Amalarius l.3.c.13. *In repetitione Reſponſorij exaltat vocem* [Cantor] *fiducialiter, iam non timens Verſum.* Idem lib.de Ordine Antiphonarij cap.1. de nocturnalibus Officijs. *Surgit Cantor à ſede; & exaltat vocem in Reſponſorio . . . Priſcis temporibus non cantabatur Gloria poſt Verſum, ſed REPETEBATVR Reſponſorius . . . . A modernis verò Apoſtolicis additus eſt hymnus Gloria Patri & Filio &* Spiritui *Sancto, poſt Verſum.* & cap.18. *Non enim ſancta Romana & noſtra regio vno ordine canunt Reſponſorios & Verſus. Apud eam* [Eccleſiam Romanam] *Pracentor in primo ordine finit Reſponſorium. Succentores verò EODEM MODO reſpondent. Dein Pracentor canit Verſum. Finito Verſu, Succentores verò SECVNDO incipiunt Reſponſorium à capite, & vſque ad finem perducunt . . . Poſtremò Pracentor incipit Reſponſorium A CAPITE; & perducit illum AD FINEM. Quo finito Succentores TERTIO repetunt Reſponſorium A CAPITE; & perducunt illum vſque AD FINEM. Idcirco quoniam SVCCENTORES TER canunt Reſponſorium* &c.

Addenda ad pag.xxix.poſt lin.28.

Exemplum Reſponſorij Gradalis cum vnico Verſu ex Miſſa Natiu. S. Io. Baptiſtæ.

Cantor vnus ſolus præcinit. *Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre, ſanctificaui te.*

Schola ſiue chorus Cantorum idem reſpondet. *Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre, ſanctificaui te.*

Cantor idem ℣. *Miſit Dominus manum ſuam; & tetegit os meum: & dixit mihi.*

Schola ſiue chorus Cantorum Reſp. Gradale ſecundò reſpondet. *Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre, ſanctificaui te.*

Cantor idem altiore voce repetit Reſp. Grad. *Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre, ſanctificaui te.*

Tandem Schola ſeu chorus Cantorum tertiò & vltimò idem Reſponſorium Grad. reſpondet. *Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre, ſanctificaui te.*

Index

Digitized by Google

Index eorum quæ hoc opere comprehenduntur.

In parte priore.

I. ANtiphonarius S.Gregorij Papæ, diſtributus in officia tum ſecundùm anni curſum, tum de Natalitijs Sanctorum, demum de diuerſis cauſis: in quo charactere minore exprimuntur quę poſt octauum planè ſæculum addita exiſtimantur. *pag.* 1.

II. Appendix continens excerpta ex codd. mss. ad Antiphonarium pertinentia. *pag.* 243.

III. Liber Gradalis integer S.Gregorij Papæ, ſeruatus Modoetiæ in inſigni Baſilica S.Io. Baptiſtæ: vnde exemplum tranſmiſit V. C. Petrus Paulus Boſcha eiuſdem Baſilicæ Archipresbyter. Codex iſte,cum Feria vj. Paraſceue habeat Tractum, *Eripe me Domine*,quem *nuperrimè compilatum* dicunt Ordo Rom. ab Hittorpio vulgatus,& lib.de diuinis officijs ſub nomine Albini prætermittatque Tractum,* *Qui habitat*, quem ſolum agnouit Amalarius lib. 1. cap.13. poſt eumdem Amalarium ſcriptus quam rectiſſimè cenſeri poteſt. *pag.* 257.

* Tractum *Qui habitat* in Paraſceue,tanquam germanum Gregorianum retinuit Eccl. Rom. ad XII. ſæculū ipſum, ex mss. codd. Baſilic. S Petri & S. Mariæ Maioris.

IV. Antiphonarius S. Gregorij ex Eccleſia Carnutenſi: qui & ipſe etiam Feria vj. Paraſceue Tractum habet, *Eripe me Domine*. vnde idem iudicium de eo ferri poteſt, quod de ſuperiore. Eius autem collationes cum editione Pamelij reuerendiſſimus domnus Arnaldus de Loo Prior S Petri Carnutēſis

Ordi-

Ordinis S.Benedicti deſcripſit, curantibus hìc reuerendiſſimo domno Claudio Stephanotio Congregationis S.Mauri Procuratore Generali, Pariſijs verò domno Io. Mabillonio ex eadem Congregatione viro doctiſſimo, ſuiſque ſcriptis clariſſimo. *pag.*267.

V. Antiphonarij Caſinenſis litteris Longobardicis ſcripti Collationes cum edito à Pamelio,notatæ à R. domno Eraſmo Gattola à Caieta. *pag.*294.

VI. Litaniæ veteres Canonicorum (quantum coniectura aſſequimur) Baſilicæ Vaticanæ S. Petri, ſæculo circiter duodecimo vſitatę. ex eiuſdem Baſilicæ codice ms. membranaceo. *pag.*297.

In parte altera.

I. COmes ab Albino ex Caroli Magni Imperatoris præcepto emendatus. ex antiquiſſimo codice Carnutenſis Eccleſiæ : vnde vna cum conſequente Appendice apographum miſit præfatus domnus Arnaldus de Loo. *pag.*1.

II. Appendix antiqua eiuſdem libri Comitis.ex eodem cod.Carnutenſis Eccleſiæ. *pag.*20.

III. Lectionarius liber Lectionum quę ad Miſſas Romani Ritus leguntur:ex antiquis mss. codd. collectus, prout pagina 26.indicatur. *pag.*27.

IV. Indiculus antiquarum Lectionum S. Pauli Apoſtoli ad Miſſas,ad vſum (vt videtur) Eccleſiæ Mediolanenſis.ex cod.ſel.me.Reginæ Suecię, annos ab

hinc

hinc mille ſcriptō. *pag.* 137.

V. Vetuſtiſſimum Capitulare Euangelicarum Lectionum ad Miſſam, ex multis codd. pleriſque vetuſtiſſimis editum vt pagina 140. notatur.

Indiculus codd. qui ad hanc Libri Antiphonarij Sancti Gregorij Papæ editionem adiumento fuerunt: quorum ſæpè in margine fit mentio expreſſione litterarum vt ſequitur.

A. Angelicæ Bibliothecæ ad Sanctum Auguſtinum in Vrbe Antiphonarius membranaceus, qui cùm in principio Paſchalem computum exhibeat ab anno MXXXIX. circa eumdem annum ſcriptus iure cenſeri poteſt. is codex mutilus eſt circa medium; & ad calcem farraginem longam continet Troporum & Sequentiarum pro feſtiuitatibus certiſque anni diebus: quam, cùm ad autheuticos vetuſtioreſque ritus minimè pertineat, edere pretium curę viſum non eſt. Cæterum codex iſte quamquam nonnulla habeat additamenta decimi vel XI. ſæculi, quæ facilè eſt ab antiquioribus inſtitutis diſcernere; id certè commodi habet, vt inde plura ex Gelaſiano Ritu ediſcamus: quæ enim Feria VI. Paraſceue, ac Sabbato Sancto præſcribuntur, Gelaſianum ritum ſequiori æuo adaptatum referunt; vt quiſque iudicauerit, qui ibidē ſcripta contulerit cum germanioribus Sancti Gregorij Papæ Sacramentarijs mss. (ad quę quammaximè accedit editio Pamelij) ac cum Codice Gelaſiani Ritus, atque ijs quæ apud Morinum deſcribuntur in Appendice lib. de Pœnitentia pag. 54.

B. Gradalis liber Modoetianus Baſilicæ S. Io. Baptiſtæ: quem integrum etiam edimus, vt ſupra diximus.

C. Carnutenſis Eccleſiæ Antiphonarius: cuius etiam exemplum cum editione Pamelij collatum totum damus.

G. Monaſterij Sancti Galli in Heluetijs Antiphonaria mss. quorum collationes cum Pamelio abundè amanterque vt alias ſemper, eruditiſſimus ac reuerendiſſimus dominus Hermannus Shenk tranſmiſit.

L. Lugdunenſis Eccleſiæ Miſſale editum, quod quamplurima retinet ex vetuſtiore ritu Eccleſiæ Romanæ: quem olim ſemel acceptum, conſtanter retinet, prætermiſſis compluribus, licet non omnibus, recentiorum temporum mutationibus.

M. Miſſale Oratorij Vallicellani membranaceum B. VIII. ſignatum, ex Gelaſiano & Gregoriano cod. conflatum; vndecimo vt ſerius, decimo vt citius ſæculo ſcriptum.

O. Eiuſdem Oratorij Antiphonarius Miſſæ membranaceus not. C. 52. ſæculi XI. vel XII.

R. Reginæ Sueciæ Sacramentarium Sancti Gregorij Papæ membranaceum ex antiquioribus codd. mss. in quo ſecūda ſed antiqua manu ad Miſſas in margine exornata notantur Antiphonarum Introitus, Gradalia, Offertoria &c.

S. Sirleti Cardinalis perennis memoriæ Miſſale membranaceum: quod olim benigniſſime communicauit fel. record. Franciſcus Barberinus Epiſcopus Card. Oſtienſis; cuius memoria in benedictione ſit.

V. Vaticanæ Baſilicæ plures codd. mss. qui in eiuſdem archiuo ſeruantur.

IN DEI

Digitized by Google

1.P. 1 # IN DEI NOMINE

INCIPIT. ANTIPHONARIVS ORDINATVS A. S. GREGORIO per circulum Anni.

2.G. [al.] *Incipiunt Officia per totum Anni circulum in die cantanda.*

[*Cod. G.*]

GREGORIVS Præſul meritis & nomine dignus,
Vnde genus ducit, Summum conſcendit Honorem:
Quem vitæ ſplendore, ſuæ mentiſque ſagaci
Ingenio potiùs compſit; quàm comptus ab illo eſt.
Ipſe Patrum monimenta ſequens, renouauit & auxit
Carmina, in Officijs retinet quæ circulus anni:
Quæ Clerus dulci Domino modulamine ſoluat,
Myſtica dùm vitæ ſupplex libamina tractat.
Suauiter hæc proprias ſeruat dulcedo nitelas;
Si quod voce ſonat, fido mens pectore geſtet:
Nec clamor tantùm Domini ſublimis ad aures;
Quantùm vox humilis placido de corde propinquat.
Hæc iuuenum ſectetur amor, maturior æuo
Laudibus his inſtans; æternas tendat ad Horas.

[*Cod. A.*]

Gregorius Præſul Papæ meritis & nomine dignus,
Vnde genus ducit, Summum conſcendit Honorem:
Renouauit munimenta Patrumque priorum
Tunc compoſuit hunc libellum muſicæ artis
Scholæ Cantorum anni circuli.

3. A. 3. *Notum ſit omnibus; vt quicumq; Aduentum Domini veraciter vult celebrare, caueat nec ante v.Kal. Decembris inchoet; nec poſt* III.*Non. Decembris tranſeat: ſed in his ſeptem diebus, vbi dies Dominicus aduenerit, ibi ſine dubio Aduentum Domini celebrare valebit.*

A DOMI-

Digitized by Google

Anti-phon. 1. a DOMINICA. PRIMA

de Aduentu Domini.

1.A.G. 1 *Statio ad S. Andream Apoſtolum*

poſt Præſepe.

2.V. 2 [al.] *Ad S. Mariam Maiorem*

ad Præſepe.

Antiphona ad Introitum.

3. te Dñe.*P.* AD te 3. leuaui animã meam Deus meus: in te confido non erubeſcam: neque 4. irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant, non confundentur.

4. Irrideat me inimicus meus.*P*

[Ad te leuaui.]

Tonus VIII. oia. euouae.

5. Gloria. ſeculorũ Amen. *Pſ.* 24. Vias tuas Dñe 6. demonſtra mihi & ſemitas tuas edoce me.

6. Notas fac. *M.*

Ad te leuaui.

[Gloria Patri. Ad te leuaui.]

℣. *ad repetendum.* Dirige me in veritate tua; [& doce me: quia tu es Deus Salutaris meus; & te ſuſtinui tota die.]

Ad te leuaui.

Al. ℣ *ad repet.* Qui non vis mortẽ peccatoris, ſed vitam ſemper inquiris, exaudi precem meam: quia.

Ad te leuaui.

℣. Scimus quia non reliquit eum Pater; quia voce clamauit, & dixit.

Ad te leuaui.

Reſponſorium Gradale

[*Pſalm. XXIV.*]

VNiuerſi qui te exſpectant nõ confundentur 7. Domine.....

7. Dñe. *om.P.*

[Vniuerſi.]

℣. Vias tuas Domine notas fac mihi: & ſemitas tuas edoce me.

[Vniuerſi.]

ALleluia ..... [*Repet.* Alleluia.]

℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & Salutare tuum da nobis. [*Rep.* Alleluia.]

Al. Alleluia. ℣. Virtutes cælorum mouebuntur: & tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum poteſtate magna & maieſtate.

Al. Alleluia. ℣ Excita Domine potentiam tuã: & veni vt ſaluos facias nos.

Antiphona ad Offerenda.

AD te Dñe leuaui animam meam: Deus meus in te cõfido: non erubeſcam; neque irrideant me inimici mei: Etenim vniuerſi qui te exſpectant, non confundentur.

[Ad te Domine leuaui.]

℣. *I.* Dirige me in veritate tua; & doce me: quia tu es Deus Salutaris meus; & te ſuſtinui tota die.

Etenim vniuerſi.

℣. *II.* Reſpice in me; & miſerere mei Domine: cuſtodi animam meam; & eripe me: non cõfundar; quoniam inuocaui te. 8. 8. te Deũ. *O*

Etenim vniuerſi.

Antiphona ad Communionem.

DOminus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructũ ſuum.

[Dominus dabit.]

Ton. I. oia. euouae.

Pſ. 84. Benedixiſti Domine terram tuã: auertiſti captiuitatem Iacob. [Dominus dabit.]

[Gloria Patri. Dñs dabit.]

℣. ad

a. G. *Dominica IIII. dẽ Aduentu Domini.*

[℣.] *ad repetendum*. Oſtende nobis Domine [miſericordiam tuam: & Salutare tuum da nobis. [Dñs dabit benignitatem.]

---

a *DOMINICA SECVNDA de Aduentu Domini.*

Statio ad Hieruſalem.

Antiphona ad Introitum.

POpulus Sion, ecce Dominus veniet ad ſaluandas gentes: & auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ in lætitia cordis veſtri. [Populus Sion.]

Ton. VII. oia euouae.

Pſ. 79. Qui regis Iſrael, intende; qui deducis velut ouẽ, Ioſeph. [Populus Sion.]

[Gloria. Populus Sion.]

℣. *ad repetendum*. Excita Domine [potentiam tuam: & veni vt ſaluos facias nos.]

Populus Sion.

Al. ℣. *ad repet.* Cõſolamini conſolamini popule meus, dicit Deus veſter.

Reſponſorium Gradale [Pſalmi XLIX.]

EX Sion ſpecies decoris eius: Deus 1. manifeſtè veniet ······ [Ex Sion.]

1. manifeſtus. P.

℣. Congregate 2. illi Sanctos eius, qui ordinauerunt teſtamentum eius ſuper ſacrificia ········ [Ex Sion.]

2. illic. M.O.

ALleluia. [*Repet.* Allel.]

℣. *I.* Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.

Antiphon.

[*Repet.* Alleluia.].

℣. *II.* Stantes erant pedes noſtri in atrijs 3. Ieruſalem.

3. tuis. P.G.

[*Repet.* Alleluia.]

Al. Alleluia. ℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & Salutare tuum da nobis.

Al. Alleluia. ℣ Virtutes cæli mouebuntur: & tunc videbunt Filium hominis, venientem in nubibus cæli cum poteſtate magna & maieſtate

Al. Alleluia. ℣. Rex noſter adueniet Chriſtus; quem Iohannes prædicauit Agnũ eſſe venturum.

[*Antiphona ad*] *Offerenda*.

DEus tu conuertens viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & Salutare tuum da nobis.

[Deus tu conuertens.]

℣. *I.* Benedixiſti Domine terram tuam; auertiſti captiuitatem Iacob: remiſiſti iniquitatem plebi tuæ.

Oſtende.

℣. *II.* Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi: veritas de terra orta eſt; & iuſtitia de cælo proſpexit.

Oſtende.

Antiphona ad Communionem.

HIeruſalem ſurge; & ſta in excelſo: & vide iucunditatem quæ veniet tibi à Deo 4. tuo. 4. tuo om. O.

[Hieruſalem ſurge.]

Ton. I I. oia. euouae.

Pſ. 79. Qui regis Iſrael *&c.*

G. *Dominica III. ante Aduentum Domini.*

Digitized by Google

Antiphon. [Hieruſalem ſurge]
[Gloria. Hieruſalem ſurge.]
[℣. *ad repet.* Excita Domine. *vt ſupra.* Hieruſalem ſurge.]

---

a *DOMINICA. TERTIA de Aduentu Domini.*
Statio ad S. Petrum.
Antiphona ad Introitum.

GAudete in Domino ſemper; iterum dico, Gaudete: modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: Dominus prope eſt. Nihil ſolliciti ſitis: ſed in omni, oratione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.

[Gaudete in Domino.]

Ton. I. oia. euouae.

Pſ. 84. Benedixiſti Domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob.

Gaudete.

[Gloria. Gaudete.]

℣. *ad repetendum.* Oſtende nobis Domine miſericordiam tuã: [& Salutare tuum da nobis.]

Gaudete.

Al. ℣. *ad repet.* Et pax Dei quæ exſuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras.

℣. Lætentur Angelica turba cælorum: ſimulque Eccleſiæ chorus, & omnis turba populorum pariter. Gaudete.

Reſponſorium Gradale
[*Pſalmi LXXIX.*]

QVi ſedes Domine ſuper Cherubim, excita potentiam tuam; & veni.

[Qui ſedes.]

℣. Qui regis Iſrael, intende; qui deducis velut ouem, Ioſeph ......

[Qui ſedes.]

ALleluia. [Allel.]

℣. Excita Domine potentiam tuam: & veni vt ſaluos facias nos.

[Alleluia.]

Al. Alleluia. ℣. Leuate capita veſtra; quia adpropinquat redemptio veſtra.

Al. Alleluia. ℣. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.

[*Antiphona ad*] *Offerenda.*

BEnedixiſti Domine terram tuam; auertiſti captiuitatem Iacob: Remiſiſti iniquitatem plebi tuæ.

[Benedixiſti.]

℣. *I.* Operuiſti omnia peccata 1 eorum: mitigaſti omnem iram tuam. 1. noſtra. A. M.

Remiſiſti.

℣. *II.* Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & Salutare tuum da nobis.

Remiſiſti.

Antiph. ad Communionem.

DIcite, Puſillanimes confortamini; & nolite timere: ecce Deus noſter veniet; & ſaluabit nos.

[Dicite, Puſillanimes.]

Ton. VII. oia. euouae.

Pſ. 84. *vt ſupra.* Benedixiſti &c.

[Dicite. Gloria. Dicite.]

[℣. *ad*

---

a. G. *Dominica II. ante Aduentum Domini.*

Digitized by Google

[℣. *ad repet.* Oſtende nobis Domine *&c.* Dicite.]

FERIA. QVARTA

1. *Collecta ad S. Hadrianum.*

2. [al.]*ad S. Petrum ad Vincula in Eudoxia.*

a. *Antiphona ad Introitum Collectæ.*

1. Ordo Rô. M.S. S.Galli. 2. V. & Benedictus Canonicus ſub Innocêtio II.

EXſurge Domine; adiuua nos: & libera nos propter nomen tuum.

[Exſurge.]

Ton....euouae.

*Pſ.*43. Deus auribus noſtris audiuimus; patres noſtri annunciauerunt nobis.

[Exſurge.]

Gloria Patri. [Exſurge.]

℣. *ad repetendum*. Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.

Exſurge.

Al. Antiphona.

EXaudi nos Domine; quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum reſpice nos Domine.

Ton. VII. oia. euouae. *Antiphon.*

*Pſ.*68. Saluũ me fac Deus; quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.

[Exaudi nos.]

[Gloria Patri. Exaudi nos.]

℣. *Ad repetendum*. Intende animæ [meæ; & libera eam: propter inimicos meos eripe me.]

[Exaudi nos.]

b. *Antiphonæ per viam [proceſſionis.]* b.

DEprecamur te Domine in omni miſericordia tua; vt auferatur furor tuus & ira tua à ciuitate iſta, & de domo ſancta tua: quoniam peccauimus.

Multa ſunt, Domine, peccata noſtra: tibi peccauimus, Patientia Iſrael: libera nos Domine in tempore anguſtiæ noſtræ.

Parce Domine; parce populo tuo, quem redemiſti Chriſte ſanguine tuo: vt non in æternum iraſcaris nobis.

[3. *Item & aliæ Antiphonæ pro quacumque tribulatione vt in fine Antiphonarij.*] 3. Ordo Rom. M.S.

4. *Vt autem propè Eccleſiam vbi ſit* 4. Ordo Rom. M.S.

---

a. Alterutra harum Antiphonarũ ad Introitum Collectæ in Sabbatis Quatuor Temporum cantanda præſcribitur in Ord. Rom. MS. ſub Othone I Imperatore. nec dubium quin etiam in duabus ieiuniorum præcedentibus ferijs eædem cantari conſueuerint: maximè cùm Antiphonæ iſtæ ſint ferè communes ad Introitum Collectæ, vt infra patebit.

b. Hæ Antiphonæ extant in Cod.A. inter Antiphonas *de Miſericordia.* Porrò has tres Antiphonas ex S. Gregorij Magni inſtitutione in Quatuor Temporum ieiunijs in Eccleſia Romana decantari in proceſſionibus ad Stationes teſtatur Petrus Mallius in ſuo opuſculo ad Alexandrum Tertium.

Digitized by Google

Antiphon. *ſit Statio, venerint, faciant Litaniam.*

c *Incipit Litania Romana.*

Kyrie eleiſon. *ter.*
Chriſte audi nos. *ter.*
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancte Michael, ora.
S. Gabriel, ora.
S. Raphael, ora.
S. Iohannes, ora.
S. Petre, ora.
S. Paule, ora.
S. Andrea, ora.
S. Iacobe, ora.
S. Iohannes, ora.
S. Thoma, ora.
[S. Iacobe,] ora.
S. Philippe, ora.
S. Bartholomæe, ora.
S. Matthæe, ora.
S. Simon, ora.
S. Thaddæe, ora.
S. Matthia, ora.
S. Barnaba, ora.
S. Marce, ora.
S. Luca, ora.
S. Stephane, ora.
S. Line, ora.
S. Clete, ora.
S. Clemens, ora.
S. Xyſte, ora.
S. Corneli, ora.
S. Cypriane, ora.
S. Chryſogone, ora.
S. Laurenti, ora.
S. Vincenti, ora.
S. Anaſtaſi, ora.
S. Fabiane, ora.
S. Sebaſtiane, ora.
S. Tiburti, ora.
S. Valeriane, ora.
S. Georgi, ora.
S. Ignati, ora.
S. Alexander, ora.
* S. Cucufas, ora.
S. Geruaſi, ora.
S. Protaſi, ora.
S. Celſe, ora.
S. Hippolyte, ora.
S. Dionyſi, ora.
S. Ruſtice, ora.
S. Eleutheri, ora.
S. Saturnine, ora.
S. Polycarpe, ora.
S. Timothee, ora.
S. Coſma, ora.
S. Damiane, ora.
* S. Maurici, ora.
* S. Gereon cum ſocijs tuis, orate.
S. Criſpine, ora.
S. Criſpiniane, ora.
S. Chriſtophore, ora.

S. Hi-

---

* Extat hæc Litania ſub expreſſo hìc titulo in vetuſtiſſimo S. Gregorij Magni Sacramentario MS. Reginæ Suetiæ, ſecunda quidē ſed ſatis antiqua manu ei adiuncta. quam proculdubio aliqua Galliarum Eccleſia eo tempore accepit à Romana, quo Imperium adhuc apud Francos erat, vt ex Rogationibus apparet: aliquorumque Sanctorum nominibus interpolauit, aſteriſco hic ſignatis, quorum nimirum Romæ ſpecialis olim cultus fuiſſe non legitur.

S. Hilari, ora.
S. Martine, ora.
S. Auguſtine, ora.
S. Gregori, ora.
S. Hieronyme, ora.
S. Siueſter, ora.
S. Benedicte, ora.
S. Ambroſi, ora.
S. Apollinaris, ora.
S. Maximine, ora.
* S. Remegi, ora.
* S. Vedaſte, ora.
* S. Marcelle, ora.
* S. Germane, ora.
* S. Medarde, ora.
* S. Sulpici, ora.
* S. Lupe, ora.
* S. Eligi, ora.
* S. Albine, ora.
* S. Audoene, ora.
Sancta Felicitas, ora.
S. Perpetua, ora.
S. Agatha, ora.
S. Agnes, ora.
S. Lucia, ora.
S. Cecilia, ora.
S. Anaſtaſia, ora.
S. Petronilla, ora.
S. Scholaſtica, ora.
S. Suſanna, ora.
S. Priſca, ora.
S. Praxedis, ora.
* S. Brigida, ora.
* S. Afra, ora.
S. Iuliana, ora.
* S. Eulalia, ora.
* S. Leocadia, ora.
S. Eugenia, ora.
S. Euphemia, ora.

* S. Genoueſa, ora. *Antiphon.*
S. Thecla, ora.
S. Columba, ora.
S. Helena, ora.
* S. Aldegundis, ora.
* S. Antonina, ora.
S. Chriſtina, ora.
Omnes Sancti, orate pro nobis.
Propitius eſto, Parce nobis Dñe.
Propitius eſto, Libera nos Dñe.
Ab omni malo, libera.
Ab hoſte malo, libera.
A periculo mortis, libera.
Per Crucem tuam, libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt pacem nobis dones, te rog.
Vt ſanitatem nobis dones, te rog.
Vt fructum terræ nobis dones, te.
Vt aëris temperiem nobis dones, Te rogamus.
Vt domnum Apoſtolicum *ill.* in ſancta religione conſeruare digneris, te rog.
Vt domnum Imperatorẽ & Exercitũ Francorum conſeruare digneris, te rog.
Vt cunctum populum Chriſtianũ, pretioſo Sanguine tuo redemptum, conſeruare digneris, te.
Vt iram tuam ab eo auferre digneris, te rog.
Fili Dei, te rog.
Agnus Dei qui tollis peccata Mundi, Miſerere nobis.
Chriſte audi nos,
Kyrie eleiſon.

Statio

Antiphon.

Statio ad S. Mariam.

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

ROrate cæli deſuper;& nubes pluant iuſtum : aperiatur terra; & germinet Saluatorem.

[Rorate.]

Ton. I. oia. euouae.

Pſ. 18. Cæli enarrant gloriam Dei : & opera manuum eius annunciat firmamentum.

[Rorate.]

[Gloria. Rorate]

℣. *ad repetendum.* Cæli lætentur & arua vberrima,ſiue & omnis lingua fortiter clamet & dicat. Rorate.

1. Ord. Rom. M.SS. BenedictusCanonicus, & Orationales S. Petri.

1. [*Quando fit Collecta, ad Miſsã non cantatur* Kyrie, *quia Subdiaconus Regionarius dixit in Litania.*]

I. Reſponſorium Gradale

[*poſt I. Lectionem*]

TOllite portas principes veſtras ; & eleuamini portæ æternales:& introibit Rex gloriæ.

[Tollite portas.]

℣. Quis aſcendet in montem Domini ? aut, quis ſtabit in loco ſancto eius ? innocens manibus & mundo corde.

[Tollite portas.]

II. Reſponſ. Gradale

[*Pſalmi CXIV.*

poſt II. Lectionem.]

PRope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum; omnibus qui inuocant eum in veritate.

[Prope eſt.]

℣. Laudem Domini loquetur os meum:& benedicat omnis caro nomen ſanctum eius.

[Prope eſt.]

Antiphona ad Offerenda.

COnfortamini,& iam nolite timere;ecce enim Deus noſter retribuet iudicium : ipſe veniet; & ſaluos nos faciet.

[Confortamini]

℣. *I.* Tunc aperientur oculi cæcorum;& aures ſurdorum audient: tunc aſcẽdet claudus 2. quaſi ceruus;& clara erit lingua mutorum.

Ipſe veniet.

℣. *II.* Audite itaq;domus 3. Dauid: Num puſillũ vobis certamen præſtare hominibus ? quoniam 4. Dominus præſtat certamẽ: propterea dabit 5. vobis Dominus ſignum: ecce Virgo in vtero 6. accipiet & pariet Filium; & vocabitur nomen eius Emmanuel.

2. ſicut *P.G.*
3. Iacob *P.G.*
4. *for.* Dominopræſtatis. *Vide Biblia LXX. cũ ſcholijs.*
5. Dñs vobis. *P.G.*
6 concipiet. *P.M.G*
7. in me fiet hoc? *C.*

Ipſe veniet.

Alia.

Aue Maria gratia plena:Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

℣ *I.* Quomodo 7. fiet in me hoc,quæ virum non cognoſco ? Spiritus Domini ſuperueniet [in te ; & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.]

℣. *II.* Ideoque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.

Antiphona ad Commun.

ECce Virgo concipiet & pariet Filium:& vocabitur nomen eius Emmanuel.

Ecce Virgo.

Ton. I. oia. euouae.

Pſ. 18. *vt ſupra.* Cæli enarrant gloriam Dei : & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Ecce Virgo.

[Gloria. Ecce Virgo.]

℣. *ad repetendum.* In ſole poſuit

fuit tabernaculum ſuum: & ipſe tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Ecce Virgo.

FERIA SEXTA

1 [*Collecta ad S. Marcum.*] 1. M.S V.

[*Antiphona ad Introitum Collectæ, & aliæ per viam proceſſionis, ac Litania, vt ſupra Feria IV.*]

Statio ad Apoſtolos.

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

2. es tu. C. PRope 2 eſto Dñe: & omnes viæ tuæ veritas: initio cognoui de teſtimonijs tuis; quia in æternum tu es.

[Prope eſto.]

Ton. IIII. oia. euouae.

Pſ. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

Prope eſto.

[Gloria. Prope eſto.]

℣. *ad repetendum.* Iuſtificationes [tuas cuſtodiam; non me derelinquas vſquequaque.]

Al. ℣. *ad repet.* Benè eſt prophetatum noſtrum deſideratum: & nos fortiter gaudendo dicamus.

Prope eſto.

[*Quando fit Collecta, ad Miſſam non cantatur* Kyrie; *quia Subdiaconus Regionarius dixit in Litania.*]

Reſponſorium Gradale

[*Pſalmi LXXXIV.*]

OStende nobis Domine miſericordiam tuam: & Salutare tuum da nobis.

[Oſtende.]

℣. Benedixiſti Domine terram tuam: auertiſti captiuitatē Iacob. *Antiphon.*

[Oſtende.]

[*Antiph. ad*] *Offerenda.*

3 DEus tu conuertens. 3. C. P. G.

℣. *I.* Benedixiſti.

℣. *II.* Miſericordia. [*Req. ſupra in Dominica II. de Aduentu.*]

Alia.

4 AVdi Iſrael; ecce venio Ego Dominus: & abſoluo peccata 5 plebis tuæ. 4. A. O. 5. plebi A.

℣. Iſrael ſi me audieris, non erit in te deus recens; neque adorabis deum alienum. Ego Dominus.

Alia.

6 Ad te Domine leuaui. ℣. *I.* Dirige. 6. M.

℣. *II.* Reſpice in me. [*Req. ſupra Dominica prima de Aduentu.*]

Antiphona ad Communionem.

ECce Dominus veniet, & omnes Sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna.

[Ecce Dominus.]

Ton. VI. oia. euouae.

Pſ. 118. *vt ſupra.* Beati immaculati [in via, qui ambulant in lege Domini.]

[Ecce Dominus.]

[Gloria. Ecce Dominus.]

[℣. *ad repet.* Iuſtificationes tuas *&c. vt ſupra.* Ecce Dñs.]

SABBATO

in XII. Lectiones.

7 *Collecta ad S. Mariam in Tranſpadina* [leg. *Tranſpontina.*] 7. MS. S. Petri

[*Antiphona ad Introitum Collecta, & aliæ per viā proceſſionis, ac Litania vt ſupra Feria IV.*]

[Sciant gentes.]

Tractus.

COmmouiſti Domine terram; & conturbaſti eam.

Sana contritiones eius; quia mota eſt.....

Digitized by Google

Anti-phon. Vt fugiant à facie arcus; vt liberentur electi tui.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

PErfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt nõ moueantur veſtigia mea: inclina aurem tuam; & exaudi verba mea: Mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te Domine.

[Perfice greſſus meos.]

℣. *I.* Exaudi Domine iuſtitiam
1. deprecationi meæ. *M.* meam: intende 1 deprecationem meam: auribus percipe orationem meam.

Mirifica.

℣. *II.* Cuſtodi me Domine vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum
2. eripe animã meã ab impio. *M.* tuarũ protege me: 2 eripe me Domine ab impio.

Mirifica.

℣. *III.* Ego autem cũ iuſtitia apparebo in conſpectu tuo: ſatiabor dum manifeſtabitur gloria tua.

Mirifica.

Antiphona ad Communionem.

INtroibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

[Introibo.]

Ton. VIII. oia euouae.

Pſal. Iudica me Deus: & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo & doloſo eripe me.

[Introibo. Gloria. Introibo.]

DOMINICA in Quinquageſima.

Ad S. Petrum.

Antiphona ad Introitum.

ESto mihi in Deum protectorem & in locum refugij, vt ſaluum me facias: quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu; & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me.

[Eſto mihi.]

Ton. VI. oia euouae.

Pſal. 30. In te Domine ſperaui; non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me. 3. 3. &eripe me. *P.*

Eſto mihi. 4 4. *Ad repeten.* In tua iuſtitia *M.*

[Gloria. Eſto mihi.]

Reſponſorium Gradale [*Pſalm. LXXVI.*]

TV es 5 Deus qui facis mirabilia ſolus: notam feciſti in gentibus virtutem tuam. 5. *Pſ.* 5. Dñs. *P.*

[Tu es Deus.]

℣. Liberaſti in brachio tuo populum tuum, filios Iſrael & Ioſeph.

[Tu es Deus.]

Tractus.

IVbilate Domino omnis terra: ſeruite Domino in lætitia.

Intrate in conſpectu eius in exſultatione: ſcitote quòd Dominus ipſe eſt Deus.

Ipſe

Ipſe fecit nos ; & non ipſi nos : nos autem populus eius & oues paſcuæ eius.

[*Antiphona ad*] *Offeren*.

BEnedictus es Dñe;doce me juſtificationes tuas : benedictus es Domine;doce me juſtificationes tuas : in labijs meis pronunciaui
a omnia judicia oris tui. a

[Benedictus es Dñe.]

℣. *I*. Beati immaculati in via,qui ambulant in lege Domini : beati qui ſcrutantur teſtimonia eius; in toto corde exquirunt eum. Aufer à plebe tua opprobrium & contemptum : quia mandata tua non ſumus obliti Domine.

[In labijs.]

℣. *II*. In via teſtimoniorũ tuorũ 1 delectatus ſum ſicut in omnibus diuitijs. 1. delectabar. *A*.

[In labijs.]

℣. Viam iniquitatis Domine amoue à me ; *iterum*, viam iniquitatis Domine amoue à me ; & de lege tua miſerere mei : viam veritatis elegi ; iudicia tua ,*iterum*, iudicia tua non ſum oblitus : viam mandatorum tuorum cucurri dum dilatares cor meum.

In labijs.

Antiphona ad Communionem. *Antiphon.*

MAnducauerunt & ſaturati ſunt nimis ; & deſideriũ eorum attulit eis Dominus:non ſunt fraudati à deſiderio ſuo.

[Manducauerunt.]

Ton. I. oia euouae.

Pſ. 77. Adtendite populus meus legem meam : inclinate aurem veſtra in verba oris mei.

[Manducauerunt. Gloria. Manducauerunt.]

FERIA. QVARTA
Caput Ieiunij. 2. In capite ieiunij. *G*.

[*M*.] *Collecta ad* S. *Sauinam* [leg. S. *Anaſtaſiam*.]
[*A*.] *Collecta Populi ad* S. *Adrianum*.

Antiphona ad Introitum
Collecta.

EXaudi nos Domine; quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum reſpice nos Domine.

[Exaudi nos.]

E 2 *Ton.*

---

a *In M. hæc continuata ſequũtur*. In via teſtimoniorũ tuorũ delectatus ſum,ſicut in omnibus diuitijs. aufer à plebe tua opprobriũ & contemptũ; quia mandata tua non ſumus obliti Dñe. ℣. *I*. Beati immaculati in via,qui ambulant in lege Domini : beati qui ſcrutantur teſtimonia eius ; in toto corde exquirunt eum. Aufer. ℣. *II*. Viam iniquitatis · · · dum dilataris cor meum. Aufer.

Digitized by Google

Anti-phon. *Ton. VII. oia euouae.*

Pſal. 68. Saluum me fac Deus; quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.

[Exaudi nos.]

[Gloria. Exaudi nos.]

℣. *ad repeten.* Intende animæ meæ & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

[Exaudi nos.]

Alia Antiph. [*ad Collectam.*]

EXſurge Domine; adiuua nos: & libera nos propter nomen tuum.

[Exſurge.]

Ton. ······ *oia. euouae.*

Pſ.43. Deus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annunciauerunt nobis.

[Exſurge. Gloria. Exſurge.]

℣. *ad repeten.* Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.

[Exſurge.]

Alia Antiph. [*ad Collectam.*]

PRopitius eſto Domine peccatis noſtris propter nomen tuum: ne quando dicant gentes; Vbi eſt Deus eorum?

[Propitius eſto.]

Pſ. 78. Deus venerunt gentes [in hæreditatem tuam: coinquinauerũt templum ſanctum tuum.]

[Propitius eſto.

Gloria. Propitius eſto.

Antiphona per viam [*proceſſionis.*]

1. plorabant. P. IVxta veſtibulum & altare 1 plorabunt Sacerdotes & Leuitæ miniſtri Domini; 2 & dicent; Parce Domine, parce populo tuo: & ne diſſipes ora 3 clamantium ad te Domine. 2. dicentes. P. 3. canentiũ ad te. &c. A.

Antiphona. Immutemur habitu in cinere & cilicio, jeiunemus & ploremus ante Dominum: quia multùm miſericors eſt dimittere peccata noſtra Deus noſter.

[*Vt autem prope Eccleſiam vbi ſit Statio venerint, faciant Litaniam, quam require ſupra pag. 6.*]

(*A.*) *Statio ad* S. *Petrum*.

[*leg. ad* S. *Sabinam.*]

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

MIſereris omnium Domine: & nihil odiſti eorum quæ feciſti; diſſimulans peccata hominũ propter pœnitentiam, & parcens illis; quia tu es Dominus Deus noſter.

[Miſereris.]

Ton. I. oia euouae.

Pſ.56. Miſerere mei Deus; miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea.

[Miſereris. Gloria. Miſereris.]

Quando fit Collecta, ad Miſſam non cantatur Kyrie; *quia Subdiaconus Regionarius dixit in Litania.*]

Reſponſorium Gradale

[*Pſalm. LVI.*]

MIſerere mei Deus; miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea ······

[Miſerere mei.]

℣. Mi-

℣. Miſit de cælo; & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Miſerere mei.

1. *A.* 1 *Tractus.*

Domine non ſecundùm peccata noſtra 2 quæ fecimus nos, neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuas nobis. 2. facias nobis. *P.*

℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarum: citò 3 anticipet nos miſericordia tua: quia pauperes facti ſumus nimis. 3. anticipét nos miſericordiæ tuæ. *P.*

℣. Adjuua nos Deus Salutaris noſter; & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

[*Antiphona ad*] *Offerenda.*

EXaltabo te Domine; quoniam ſuſcepiſti me; nec delectaſti inimicos meos ſuper me: Domine clamaui ad te; & ſanaſti me.....

[Exaltabo te.]

℣. *I.* Domine abſtraxiſti ab inferis animam meam: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.

Domine clamaui ad te.

[*al.*] Nec delectaſti.

℣. *II.* Ego autem dixi in mea abundãtia; Non mouebor in æternum. Domine in 4 bona voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutẽ,

4. bona, om. *A. P.* Domine clamaui.

[*al.*] Nec delectaſti.

Antiphona ad Commun.

QVi meditabitur in lege Domini die ac nocte, dabit fructum ſuum in tempore ſuo.

[Qui meditabitur.]

Ton. III. oia euouae.

Pſal. j. Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum; & in via peccatorum non ſtetit; & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. *Antiphon.*

[Qui meditabitur.]

[Gloria. Qui meditabitur.]

FERIA. QVINTA

* Collecta ad S.Nicolaum in Carcere. *MS.V.*

Ad S. Georgium.

Antiphona ad Introitum.

DVm clamarem ad 5 Dominũ, exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant mihi: & 6 humiliauit eos Qui eſt ante ſecula, & manet in æternũ. iacta cogitatum tuum in Domino; & ipſe te enutriet. 5. Deum. *A.* 6. humiliabit. *P.*

[Dum clamarem.]

Ton. III. oia euouae.

Pſ. 54. Exaudi Deus orationem meam; & ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me; & exaudi me.

Dum clamarem.

[Gloria. Dum clamarem.]

Reſponſorium Gradale

[*Pſal. LIV.*]

IActa cogitatum tuum in Domino; & ipſe te enutriet....

[Iacta cogitatum.]

℣. Dum clamarem ad Dominum, exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant mihi.

Iacta cogitatum.

[*Antiphona ad*] *Offer.*

AD te Domine leuaui animam meam.

℣. *I.*

Antiphon. ℣. *I.* Dirige me in veritate tua & doce,

℣. *II.* Reſpice in me; & miſerere mei. [*require pag.* 2.]

Antiphona ad Commun.

ſuper altare tuum vitulos *P.*

ACceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta 1 ſuper altare tuum Domine.

[Acceptabis.]

Ton. IV. oia euouae.

Pſal. 50. Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam,

[Acceptabis.

Gloria. Acceptabis.]

FERIA. SEXTA

MS.V. *Collecta ad Sanctam Luciam in ſeptem ſolijs.*

[*Antiphona ad Introitum Collectæ, & alia per viam, ac Litania vt ſupra Feria iv. in Capite Ieiunij.*]

[*Statio*] *ad* SS. *Iohannem & Paulum.*

[C.] *Ad Apoſtolos.*

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

AVdiuit Dominus; & miſertus eſt mihi: Dominus factus eſt aajutor meus.

[Audiuit.]

Ton. VII. oia euouae.

Pſal. 29. Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me; nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

[Audiuit. Gloria. Audiuit.]

[*Quando fit Collecta, ad Miſſam non dicitur* Kyrie; *quia Subdiaconus Regionarius dixit in Litania.*]

Reſponſ. Gradale

[P*ſal. XXVI.*]

2 VNam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini ········· 2. *A.C.G. O.P.R. L.*

[Vnam.]

℣. Vt videam voluntatem Domini; & protegar à templo ſancto eius.

Vnam.

Al. Reſponſorium Gradale

[P*ſalm. LXXXIX.*]

3 DOmine refugiũ factus es nobis à generatione & progenie ········ 3. *A. M. C.*

[Domino refugium.]

℣. 4 Priuſquam fierent montes, aut formaretur orbis terræ, à ſæculo & in ſæculum tu es Deus. 4. Priuſquam monte ſ fierent aut formaretur terra & orbis, à ſæculo & in ſæculũ tu es Deus.

Domine refugium.

Al. Reſponſ. Gradale

[P*ſal. CXIX.*]

5 AD Dominum dum tribularer clamaui] & exaudiuit me.

[Ad Dominum.]

℣. Domine libera animam meam [à labijs iniquis & à lingua doloſa.] *A.* 5. *B.*

Ad Dominum.

Tra-

Tractus.

1\. A. 1 Dignare Domine die iſto ſine peccato nos cuſtodire. ℣. Pretioſa eſt mors Sanctorum ejus. Omnes Sancti Dei intercedant pro nobis.

[*Antiph. ad*] *Offer.*

DOmine viuifica me ſecundùm eloquium tuum; vt ſciam teſtimonia tua.

[Domine viuifica.]

℣. *I.* Fac cum ſeruo tuo Domine ſecundùm magnam miſericordiam tuam: & ne auferas de ore meo verbum veritatis. (2. Seruus tuus sū ego: da mihi &c. P.)

Vt ſciam.

℣. *II.* Da mihi intellectum vt diſcam mandata tua: & voluntaria oris mei fac mihi in beneplacito Domine ······· (3. bene-placita M.)

Vt ſciam teſtimonia.

Antiph. ad Commun.

4\. 4 SEruite Domino in timore; & exſultate ei cum tremore: adprehendite diſciplinam, ne pereatis de via juſta.

[Seruite.]

Ton. V. oia. euouae.

5\. *Pſal.* Cùm exarſerit. A. 5 *Pſal.* 4. Quare fremuerunt gentes? & populi meditati ſunt inania?

[Seruite. Gloria. Seruite.]

6\. A. 6 SABBATO

Vacat [*Statio.*]

Antiphona ad Introitum.

COnuerte nos Deus Salutaris noſter: & auerte iram tuam à nobis; vt non in æternum iraſcaris nobis.

Ton. V. oia euouae.

Pſal. Benedixiſti Domine.

Grad. Conuertere Domine. ℣. Domine refugium.

Off. Deus tu conuertens.

Com. Tu Domine ſeruabis.

Anti-phon.

DOMINICA
in Quadrageſima.

Statio ad Lateranis.

[S.] *Ad S. Iohannem in Lateran.*

[C.] *Ad S. Petrum.*

Antiph. ad Introitum.

7 INuocabit me;& ego exaudiam eum: eripiam eum; & glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum. (7. ita A. M.O. at C.S. P.R.S. Inuocauit.)

[Inuocabit me.]

Ton. VIII. oia. euouae.

Pſ. 90. Qui habitat in adjutorio Altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur.

Inuocabit me.

[Gloria. Inuocabit.]

℣. *ad repeten.* Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.

[Inuocabit me.]

Reſponſorium Gradale

[*Pſal. XC.*]

ANgelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.

[Angelis ſuis.]

℣. In manibus portabunt te; ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum.

[Angelis ſuis.]

Al.

Antiphon. *Al. Reſp. Gradale.*

* Tenuiſti manum dexteram :

* *P.* ℣. Quàm bonus Iſrael Deus. [*vt infra in Dominica Palmarum.*]

Tractus.

QVi habitat in adjutorio Altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicet Domino; Suſceptor meus

1. tu. om. B. es [1] tu & refugium meum, Deus meus : ſperabo in eum.

2. liberabit. P. Quoniam ipſe [2] liberauit me de laqueo venantiũ & à verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi; & ſub pennis ejus ſperabis.

Scuto circũdabit te veritas ejus : non timebis à timore nocturno,

A ſagitta volante per diem, à negotio perambulante in tenebris, à ruina & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis : tibi autem non adpropinquabit [3].

3. adpropinquabunt. M. Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.

In manibus portabunt te; ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis : & conculcabis leonem & draconem.

4. ſperabit. O. S Quoniam in me [4] ſperauit; liberabo eum : protegam eum; quoniam cognouit nomen meum.

5. Inuocauit. C. O. P. B. Inuocabit [5] me; & ego exaudiam eum : cum ipſo ſum in tribulatione. Eripiam eum; & glorificabo eum : longitudine dierum adimplo eum; & oſtendam illi Salutare meum.

[*Antiph. ad*] *Offer.*

SCapulis ſuis obumbrabit tibi Dominus; & ſub pennis ejus ſperabis : ſcuto circumdabit te veritas eius.

[Scapulis ſuis.]

℣. *I.* Dicet Domino, Suſceptor meus es. Non timebis à timore nocturno, à ſagitta volante per diem.

Scuto.

℣. *II.* Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te; ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum.

Scuto.

℣. *III.* Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis; & conculcabis leonem & draconem : quoniam in me ſperauit; liberabo eum.

Scuto circumdabit.

Antiph. ad Commun.

SCapulis ſuis obumbrabit tibi; & ſub pennis ejus ſperabis : ſcuto circumdabit te veritas ejus.

[Scapulis ſuis.]

Ton. IV. oia euouae.

Pſal. 90. vt ſup. Qui habitat in adjutorio Altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur.

[Scapulis. Gloria. Scapulis.]

℣. *ad repeten.* Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.

[Scapulis ſuis.]

FE-

FERIA. SECVNDA
1 [*Collecta ad SS. Coſmam & Damianum*.]

1. *MS. Vat.*

[*Antiphona ad Introitum Collecta, & alia per viam, ac Litania, vt ſupra Feria iv. in Capite Ieiunij; item alia Antiphona per viam* 2 Multa ſunt peccata noſtra. *require pag.* 5. *& alia afflictioni congrua, vt in fine Antiphonarij.*]

2 *MS. Vat.*

Statio ad S. Petrum ad Vincula.

Antiph. ad Introitum Miſſæ.

Sicut oculi ſeruorũ in manibus dominorum ſuorum; ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrũ. donec miſereatur 3 nobis. Miſerere nobis Domine; miſerere nobis.

3. noſtri. *P.*

[Sicut oculi.]

Ton. IV. oia euouae.

Pſal. 120. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis.

[Sicut oculi. Gloria. Sicut.]

℣. *ad repeten.* Et ſicut oculi [ancillæ in manibus dominæ ſuæ.]

[Sicut oculi.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſalm. LXXXIII*]

Protector noſter aſpice Deus; & reſpice ſuper ſeruos tuos. ....

[Protector noſter.]

℣. Domine Deus Virtutum exaudi preces ſeruorum tuorum.

Protector noſter.

[*Antiph. ad*] *Offer.*

Anti-phon.

4 Leuabo oculos meos, & conſiderabo mirabilia tua Domine; vt doceas me 5 iuſtitias tuas. Da mihi intellectum vt diſcam mandata tua.

4. Reuela ocu. los &c. *P.*

5. iuſtitiã tuam. *M. S.*

[Leuabo oculos.]

℣. *I.* Legem pone mihi Domine; & viam juſtificationum tuarum exquiram: 6 & à præceptis tuis 7 me exercebo . .....

6. & in *G. M. P.*

7. me exercebor. *A. L. M. O.*

Da mihi.

℣. *II.* Veniant ſuper me miſerationes tuæ: quia lex tua meditatio mea eſt; & conſolatio mea juſtificationes tuæ ſunt.

Da mihi.

Antiph. ad Commun.

Voce mea ad Dominum clamaui; & exaudiuit me de monte ſancto ſuo. non timebo millia populi circumdantis me.

[Voce mea.]

Ton. VI. oia euouae.

Pſal. ipſe 3. Domine quid multiplicati ſunt [qui tribulãt me? multi inſurgunt aduersùs me: multi dicunt animæ meæ; Non eſt ſalus illi in Deo eius.]

[Voce mea. Gloria. Voce mea.]

FERIA. TERTIA
*

* Collecta ad S. Nicolaum de Carcere. *MS. Vat.*

Statio ad S. Anaſtaſiam.

F *Anti-*

Anti-phon.

Antiph. ad Introitum.

DOmine refugiũ factus es nobis à generatione & progenie: à ſæculo & in ſæculum tu es.

[Domine refugium.]

Ton. V. oia euouae.

Pſ. 89. Priuſquã 1 fierent montes, aut formaretur 2 orbis terræ; à ſæculo & vſque in ſæculum tu es Deus.

[Domine refugium. Gloria. Domine refugium.]

1. Priuſquàm mótes fierent. *A.O.P.* 2. terra & orbis. *G.*

Reſponſorium Gradale
[*Pſalm. CXL.*]

DIrigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo Domine.

[Dirigatur.]

℣. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

Dirigatur.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

IN te ſperaui Domine: dixi; Tu es Deus meus; in manibus tuis tempora mea.

[In te ſperani.]

℣. *I.* Inlumina faciem tuã ſuper ſeruum tuum; & ſaluum me fac propter 3 miſericordiã tuam: Domine non confundar: quoniam inuocaui te . . . . .

In manibus.

3. nomen tuum. *A. S.*

℣. *II.* Quàm màgna multitudo dulcedinis tuæ Domine! quã abſcondiſti timentibus te; perfeciſti 4 autẽ ſperantibus in te in conſpectu filiorum hominum.

In manibus.

4. eam. *M.*

Antiph. ad Commun.

CVm inuocarem te, exaudiſti me Deus iuſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti me. miſerere mihi Domine: & exaudi orationem meam.

[Cùm inuocarem.]

Ton. II. oia euouae.

5 *Pſal. ipſe* 4. [Filij hominum vſquequò graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

[Cùm inuocarem. Gloria. Cùm inuocarem.]

5. *Pſ.* Multi dicũt. *A.* *Pſalm.* Miſerere mei Dñe. *P.*

F E R I A. Q V A R T A

Menſis primi.

[6 *Collecta ad S. Adrianum.*]

[al.] 7 *Ad S. Petrum in Vincula in Eudoxia.*

6. *Ord. Rom. MS. S.Galli.*

[*Antiphona ad Introitũ Collecta & alia per viam ac Litania, vt Feria iv. menſis Decimi pag.* 5.]

7. *MS. Vat.*

Statio ad S. Mariam.

Anti-

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

1. miſericordiarum tuarũ. *A.* 2. inimicis, *O.* REminiſcere miſerationum tuarum, Domine; & 1 miſericordiæ tuæ, quæ à ſæculo ſunt; ne vnquam dominentur nobis inimici noſtri: libera nos Deus Iſrael ex omnibus 2 anguſtijs noſtris.

[Reminiſcere.]

Ton. IV. oia. euouae.

Pſal. 24. Ad te Dñe leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam.

[Reminiſcere. Gloria. Reminiſcere.]

[*Quando fit Collecta, ad Miſſam non dicitur* Kyrie; *quia Subdiaconus dixit in Litania.*]

I. Reſponſorium Graduale
[*poſt I. Lectionem.*]

3. multiplicatæ ſũt. *P.* dilatatæ, dilatatæ ſunt. *O.* TRibulationes cordis mei 3 dilatatæ ſunt: de neceſſitatibus meis eripe me Domine.

[Tribulationes.]

℣. Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea.

Tribulationes.

4. Tractus. *A. C. P. R.* 4 *II. Reſponſorium Graduale*
[*Pſalm. XXIV.*]
[*poſt II. Lectionem.*]

DE neceſſitatibus meis eripe me Domine: vide humilitatem meam & laborem meum; & dimitte omnia peccata mea.

[De neceſſitatibus.]

Antiphon. ℣. *I.* Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido; non erubeſcam; neque irrideant me inimici mei.

Iterum. [De neceſſitatibus.]

℣. *II.* Etenim vniuerſi qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

[De neceſſitatibus.]

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

5 MEditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde: Et leuabo manus meas 6 ad mãdata tua, quæ dilexi. 5. Meditabar. *M. P.* 6. à mandatis tuis. *S.*

[Meditabor.]

℣. *I.* Pars mea 7 Domine, dixi cuſtodire legem tuam: precatus ſum vultum tuum in toto corde meo. 7. Dominus. *A. M. S.*

Et leuabo.

℣. *II.* Miſerere mei ſecundùm eloquium tuum: qnia cogitaui vias 8 tuas; & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. 8. *A. O. S.*

Et leuabo.

Antiphona ad Communion.

INtellige clamorem meum; intende voci orationis meæ Rex meus & Deus meus: quoniam ad te orabo Domine.

[Intellige.]

Ton. V. oia. euouae.

Pſal. 5. Verba mea auribus percipe Domine: [intellige clamorem

Antiphon. meum: intende voci orationis meæ Rex meus & Deus meus.]
[Intellige. Gloria. Intellige.]

FERIA QVINTA

Statio ad S. Laurentium

* Collecta ad S. Agatã in Monaſterio. *MS. Vat.*

Antiphona ad Introitum.

CONfeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus; ſanctitas & magnificentia in ſanctificatione eius.
[Confeſſio.]
Ton. III. oia. euouae.
Pſal. 95. Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra.
Confeſſio.
[Gloria. Confeſſio.]
℣. *ad repeten.* Adnunciate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius.
[Confeſſio.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſalm. XVI.*]

CVſtodi me Domine vt pupillam[1] oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me.
[Cuſtodi me.]
℣. De vultu tuo judicium meum prodeat: oculi 1 tui videant 2 æquitates.
Cuſtodi me.

1. mei. *M. S.*
2. æquitatem. *M. O. P. S.*

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

3 IMmittit 4 Angelũ 5 Dñs in circuitu timentium eum; & eripiet eos. Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus.
[Immittit.]
℣. *I.* Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus ejus in ore meo.
Guſtate.
℣. *II.* In Domino laudabitur anima mea: audiant manſueti; & lætentur: magnificate Dominum mecum; & exaltemus nomen ejus in inuicem.
Guſtate.
℣. *III.* Accedite ad eum, & illuminamini; & vultus veſtri non 6 erubeſcent: iſte pauper clamauit; & Dominus exaudiuit eum: & ex omnibus tribulationibus ejus liberauit 7 eum.
Guſtate.

3. Emitet *P.*
4. Angelus. *C. M.*
5. Dñi. *M.*
6. erubeſcant. *P.*
7. al. eos.

Antiph. ad Commun.

PAnis quem ego dedero, caro mea eſt pro ſæculi vita.
[Panis.]
Ton. I. oia. euouae.
Pſ. 97. *vt ſupra.* [Cantate Domino canticum nouum; cantate Domino omnis terra.]
[Panis. Gloria. Panis.]

F E-

Digitized by Google

FERIA SEXTA.

1. MS. V. 1 [*Collecta ad S. Marcum.*]

Antiphona ad Introitum Collecta: & alia per viam proceſſionis, ac Litania, vt ſupra Feria iv. Menſis Decimi pag. 5.]

Statio ad *Apoſtolos.*

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

DE neceſſitatibus meis eripe me Domine: vide humilitatem meam & laborem meum; &
2. Deus meus addit M. dimitte omnia peccata mea. 2
[De neceſſitatibus,]
Ton. IV. eia. euouae.
Pſ. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus In te confido; non erubeſcam.
De neceſſitatibus.
[Gloria. De neceſſitatibus.]
℣. *ad repeten.* Dirige me in veritate [tua; & doce me: quia tu es Deus Salutaris meus; & te ſuſtinui tota die.
[De neceſſitatibus.]
[*Quando fit Collecta, ad Miſſam non dicitur* Kyrie; *quia Subdiaconus dixit in Litania.*]

Reſponſorium Graduale
[*Pſalm. LXXXV.*]

SAluum fac ſeruum tuum Deus meus, ſperantem in te.
[Saluum me fac.]
℣. Auribus percipe Domine orationem meam. *Antiphon.*
Saluum fac.
3 ℣. Miſerere mihi Domine, quoniam. 3. C.
℣. Conturbata ſunt.
4 *Al. Reſp. Grad.* Miſerere mei Domine; quoniam infirmus ſum: ſana me Domine. 4. P.
℣. Conturbata ſunt omnia oſſa mea, & anima mea turbata eſt valdè.
5 *Tractus.* Domine non ſecundùm peccata noſtra quæ fecimus nos, neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuet nobis. 5. O.
℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum: citò anticipet nos miſericordia tua; quia pauperes facti ſumus nimis.
℣. Adiuua nos Deus Salutaris noſter: & propter honorem nominis tui, Domine, libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

[*Antiph. ad*] *Offerenda.*

BEnedic anima mea 6 Dominũ; & noli obliuiſci omnes retributiones eius: & renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua. 6. Dño. A. P.
[Benedic anima mea.]
℣. *I.* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis; 7 qui redimit de interitu vitam tuam; qui coronat te in miſeratione 8 & miſericordia. 7. & redimet. M. P. 8. miſericordię. M.
Et renouabitur.
℣. *II.* Iuſtitia eius ſuper filios filiorum, cuſtodientibus teſtamentum eius & mandata eius, vt faciant ea. Dominus in cælo parauit ſedem ſuam: & regnum eius omnium dominabitur.
9 *Al.* ℣. *II.* Miſerator & miſericors Dominus, patiens & multùm miſericors. 9. P.
Et renouabitur.

Anti-

Antiphon.

Antiphbona ad Commun.

1. cōuertantur. R.

ERubeſcant & 1 conturbentur omnes inimici mei; auertantur retrorſum; & erubeſcant valdè velociter.

[Erubeſcant.]

Ton. VIII. oia euouae.

Pſ. 6. Domine ne in furore tuo arguas me; neque in ira tua corripias me.

[Erubeſcant. Gloria. Erubeſcant.]

SABBATO
in XII. Lectiones.

2. MS. Vat.

[2 *Collecta ad S. Mariam in Tranſpontina.*]

[*Antiphona ad Introitum Collectæ, & aliæ per viam proceſſionis, ac Litania, vt ſupra Feria iv. Menſis Decimi pag.* 5.]

Statio ad S. *Petrum*
[*olim in Vigilijs noctis.*]

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

INtret oratio mea in conſpectu tuo: inclina aurem tuam ad precem meam Domine.

[Intret.]

Ton. III. oia. euouae.

3 *Pſ.87.* Dñe Deus ſalutis meæ in die clamaui & nocte coram te. — 3. *Pſal.* Dñe probaſti. *O.*

Intret.

[Gloria. Intret.]

℣. *ad repeten.* Et ego ad te Domine clamaui:& manè oratio mea præueniet te.

[Intret.]

[*Quando fit Collecta, ad Miſſam non dicitur* Kyrie; *quia Subdiaconus dixit in Litania.*]

(a) *Reſponſoria Gradalia*
[*poſt Lectiones.*]

1 DIrigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, Domine.

[Dirigatur.]

℣. Eleuatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinum.

Dirigatur.

AB occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce ſeruo tuo . . . . .

[Ab occultis.]

℣. Si

---

a *De his Reſponſorijs eorumue ordine variant Codices, vt hic adnotatur.* *Cod. A.* 1. Ab occultis. 2. Protector. 3. Propitius eſto. 4. Conuertere. *Cod. C.* 1. Protector. 2. Propitius. 3. Iacta. 4. Dirigatur. 5. Ad Dominum. *Cod. G.* 1. Dirigatur. 2. Protector. 3. Propitius. 4. Saluum fac. *Cod. M.* 1. Dirigatur. 2. Saluum fac. 3. Propitius. 4. Conuertere. *Cod. O.* Propitius. 2. Protector. 3. Ab occultis. 4. Conuertere. *Cod. P.* 1. Protector. 2. Propitius. 3. Dirigatur. 4. Saluum fac.

℣. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero; & emundabor à delicto maximo.

Ab occultis.

SAluum fac populum tuum, Domine.

℣. Ad te Domine clamaui. [*req. infra Feria iv. ſequentis hebdomadis.*]

IActa cogitatum. [*req. infra Feria iij. ſequentis hebdomadis.*]

PRopitius eſto Domine peccatis noſtris; nequando dicant gentes; Vbi eſt Deus eorum? .....

[Propitius eſto.]

℣. Adiuua nos Deus Salutaris noſter: & propter honorem nominis tui Domine libera nos.

[Propitius eſto.]

PRotector noſter aſpice Deus; & reſpice ſuper ſeruos tuos.

[Protector noſter.]

℣. Domine Deus Virtutũ exaudi preces ſeruorum tuorum.

Protector noſter.

COnuertere Domine aliquantulum: & deprecare ſuper ſeruos tuos .....

[Conuertere.]

℣. Domine refugium factus es nobis à generatione & progenie.

Conuertere.

AD Dominum. [*req. infra Feria vi. ſequentis hebdomadis.*]

Antiphon. 1. C. M. P. MS. Vat.

✠ *Hymnus Puerorum*

[*poſt v. Lectionem Danielis Prophetæ.*]

BEnedictus es in firmamento cæli; & laudabilis & glorioſus in ſæcula,

Benedicite omnia opera Domini Dominum: benedicite cæli Dominum: benedicite Angeli Domini Dominum. Hymnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite aquæ quæ ſuper cælos ſunt, Dominum: benedicite omnes Virtutes Domini Dominum: benedicite Sol & Luna Dominum. Hymnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite ſtellæ cæli Dominũ: benedicite imber & ros Dominũ: benedicite omnis ſpiritus Dominum. Hymnum dicite *&c.*

Benedicite ignis & æſtus Dominum: benedicite noctes & dies Dominum: benedicite tenebræ & lumen Dominum. Hymnum dicite *&c.*

Benedicite frigus & cauma Dominum: benedicite pruina & niues Dominum: benedicite fulgura & nubes Dominum. Hymnum dicite *&c.*

Benedicat terra Dominum: benedicite montes & colles Dominũ: benedicite omnia naſcentia terræ Dominum. Hymnum dicite *&c.*

Benedicite maria & flumina Do-

Digitized by Google

Anti-phon. Dominum: benedicite fontes Dominum : benedicite ceti & omnia quæ mouentur in aquis, Dominum. Hymnum dicite *&c.*

Benedicite volucres cæli Dominum: benedicite beſtiæ & vniuerſa pecora Dominum : benedicite filij hominum Dominum. Hymnum dicite *&c.*

Benedicat Iſrael Dominum. Benedicite Sacerdotes Dñi Dominum: benedicite ſerui Domini Dominum. Hymnum dicite *&c.*

Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Dominum : benedicite Sancti & humiles corde Dominũ. Hymnum dicite *&c.*

Benedicite Ananias, Azarias, Miſahel Dominum. Hymnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis & glorioſus in ſæcula.

[*Aliter* .]

Sequuntur Benedictiones :

al. *Hymnus trium Puerorum .*

1. *A.O.P.* 1 BEnedictus es Domine Deus patrum noſtrorum; Et laudabilis & glorioſus in ſæcula.

Et benedictũ nomen gloriæ tuæ quod eſt ſanctum ; Et laudabile & glorioſum in ſæcula.

Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ : Et laudabilis *&c.*

Benedictus es ſuper ſedem ſanctam Deitatis tuæ ; Et laudabilis *&c.*

Benedictus es ſuper thronum ſanctum regni tui ; Et laudabilis *&c.*

Benedictus es ſuper ſceptrum Diuinitatis tuæ ; Et laudabilis *&c.*

Benedictus es qui ſedes ſuper Cherubim & Seraphim, intuens abyſſos ; Et laudabilis *&c.*

Benedictus es qui ambulas ſuper pennas ventorum, & 2 vndas maris ; Et laudabilis *&c.* 2. ſuper vndas. *O.*

Benedicant te omnes Angeli & Sancti tui ; Laudabilem *&c.*

Benedicant te cæli, terræ, mare, & omnia quæ in eis ſunt; Laudabilem *&c.*

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. Laudabili & glorioſo *&c.*

Sicut erat in principio & nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen. Laudabili & glorioſo *&c.*

Benedictus es Domine Deus patrum [noſtrorum ; & laudabilis & glorioſus in ſæcula .]

Tractus .

LAudate Dñm omnes gentes : & conlaudate eum omnes populi :

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius ; & veritas Domini manet in æternum.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

DOmine Deus ſalutis meæ, in die clamaui & nocte coram te : intret oratio mea in conſpectu tuo, Domine.

[Domine Deus .]

℣. *I.* Inclina aurem tuam ad precem meam Domine : longè feciſti notos meos à me: clamaui ad te Domine ; tota die expandi manus meas ad te.

Intret.

℣. *II.*

℣. *II.* Et ego ad te Domine clamaui; & mane oratio mea præueniet te: egens ſum ego in laboribus à iuuentute mea.

Intret.

℣. *III.* Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber: traditus ſum; & non egrediebar ......

Intret oratio mea.

Antiphona ad Communionem.

DOmine Deus meus in te ſperaui: libera me ab omnibus perſequentibus me; & eripe me.

[Domine Deus.]

Ton. II. oia. euouae.

1. *Pſal.* *Deus iudex iuſtus, A.* — 1 *Pſ.ipſe* 7. Ne quando rapiat vt leo [animam meam, dum non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat.]

[Domine Deus.]

[Gloria. Domine Deus.]

DOMINICA. SECVNDA in Quadrageſima.

Vacat [Statio.]

Antiphona ad Introitum.

REminiſcere miſerationum tuarum. *Pſal.* Ad te Domine. [*pag.*43.]

Reſponſ. Grad. De neceſſitatibus. ℣. Ad te Domine.

℣. Etenim vniuerſi. [*pag.*43.] *Anti-phon.*

2 *Al. Reſp. Grad.* Tribulationes cordis. ℣. Vide humilitatem. [*ibidem.*] 2. *G.*

Tractus.

COnfitemini Domino quoniam bonus; quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Quis loquetur potentias Domini? auditas faciet omnes laudes eius?

Beati qui cuſtodiunt iudicium; & faciunt iuſtitiam in omni tempore.

Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo.

3 *Al. Tractus.* Commouiſti Domine. [*pag.* 33.] 3. *G.*

4 *Al. Tractus.* Oculi mei ſēper ad Dominum; quia ipſe euellet de laqueo pedes meos. ℣. Reſpice in me; & miſerere mei: quia vnicus & pauper ſum ego. ℣. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſitatibus meis eripe me Domine. ℣. Vide humilitatem meam; & laborem meum; & dimitte omnia peccata mea. 4. *O.*

5 *Al. Tractus.* Dixit Dominus Chananeæ. [*req. infra pag.* 50.] 5. *P.*

Offeren. Meditabor. ℣. Pars mea.

Comm. Intellige clamorem. *p.*43.

Aliud [Officium ex Cod. A.]

Antiph. ad Introitum.

Dirige me Dñe in veritate tua; & doce me: quia tu es Deus Salutaris meus; & te ſuſtinui tota die.

oia. euouae.

Pſal. 24. Ad te Domine leuaui.

Grad.

Qui confidunt in Domino, ſicut mons Syon: non commouebitur in æternum.

℣. Quia non derelinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum.

Anti-phon.

Tractus.

Dixit Dominus mulieri Chananeæ; Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus ad manducandum.

℣. At illa dixit; Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt, de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.

℣. Ait illi Ieſus; O Mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut petiſti.

Offeren.

Exaltabo te Domine. ℣. Domine abſtraxiſti. [*pag.* 37.]

Commun.

Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum: & non derelinquent omnes qui ſperant in eo.

oia. euouae.

Pſ. Benedicam Dominum.

[*Item aliud Officium ex Cod. C.*]

Antiph. ad Introitum.

Sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non derelinquis quærentes te: pſallite Domino qui habitat in Syon.

Pſal. 9. Confitebor tibi Domine.

Reſponſorium.

Iuſtus es Domine; & rectum iudicium tuum: fac cum ſeruo tuo ſecundum magnam miſericordiam tuam.

℣. Greſſus meos dirige Domine ſecundùm eloquium tuum: vt non dominetur mei omnis iniuſtitia.

Tract. Confitemini Domino. [*vt ſup. pag.* 49.]

Offeren.

Domine Deus meus in te ſperaui; ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me; & eripe me. ℣. Oculi mei ſemper ad Dominum; quia ipſe euellet de laqueo pedes meos. Ex omnibus.

Commun.

Cuſtodi me Domine vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me.

[*Item aliud Officium ex Cod. M.*]

Dominica I. Menſis primi.

Antiph. ad Introitum.

Dominus illuminatio mea & ſalus mea; quem timebo? Dominus defenſor vitæ meæ; à quo trepidabo? qui tribulant me inimici mei infirmati ſunt & ceciderunt.

Pſal. 26. Si conſiſtant aduerſ.

℣. *ad repeten.* Dum appropiant.

Grad.

Ad Dominum dum tribularer clamaui; & exaudiuit me.

℣. Domine libera animam meam à labijs iniquis & à lingua doloſa.

Tractus.

Laudate Dominum omnes gentes.

Offeren.

Illumina oculos meos ne vnquam obdormiant in morte: nequando dicat inimicus meus; Præualui aduersùs eum.

℣. *I.* Vſquequò Domine obliuiſceris me in finem? quamdiu ponam conſilium in animam meam? Illumina.

℣. *II.* Reſpice in me; & miſerere mei Domine: cantabo Domino, qui bona tribuit mihi. Illumina oculos.

Comm.

Domine firmamentum meum & refugium meũ, & liberator meus, Deus meus, adiutor meus.

Pſal. 17. Diligam te Domine virtus.

℣. *ad repeten.* Laudans inuocabo Dominum.

FERIA. SECVNDA

[1 *Collecta ad* SS. *Coſmam & Damianum.*] 1. M. S. Vat.

[*Antiphona ad Introitum Collecta, & aliæ per viam proceſſionis, ac Litania, vt ſup. Feria Secunda pag.* 41. *& ſic per totam Quadrageſimam quando fit Collecta.*]

Statio ad S. Clementem.

Anti-

Digitized by Google

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

REdime me Domine; & miſerere mei: pes enim meus ſtetit in via recta: in Eccleſijs be-
1. Dño. P. nedicam 1 Dominum.

[Redime me.]

Ton. II. oia. euouae.

Pſal. 25. Iudica me Dñe; quoniam in innocentia mea ingreſſus ſum: & in Domino ſperans, non infirmabor.

[Redime.]

[Gloria. Redime.]

℣. *ad repeten.* Domine dilexi decorem domus [tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ.]

Redime me.

[*Quando fit Collecta ad Miſſam non dicitur* Kyrie; *quia Subdiaconus dixit in Litania: & ita per totam Quadrageſimam.*]

Reſponſorium Gradale.
[*Pſalm. LXIX.*]

2. es tu. B. ADiutor meus & liberator meus 2 eſto Domine: ne tar-
3. Domino. A. M. P. daueris.

[Adiutor meus.]

4. prouidebam Dominum. S. prouidebam. Deum O.P. ℣. Confundantur & reuereantur inimici mei, qui quærunt animam meam.

Adiutor meus.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

BEnedicã 3 Dominũ qui mihi tribuit intellectũ: 4 præuidebam Deum in conſpectu meo ſemper; quoniam à dextris eſt mihi Antiphon.
5 ne commouear.

[Benedicam Dominum.]

℣. *I.* Conſerua me Domine; 5. nec. M.
quoniam in te ſperaui: ego dixi; Deus meus es tu: Dominus pars hæreditatis meæ:

Quoniam à dextris.

℣. *II.* Notas feciſti mihi vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: & delectationes in dextera tua vſque in finem.

Quoniam à dextris.

Antiphona ad Commun.

DOmine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!

[Domine Dominus.]

Ton. II. oia. euouae.

Pſal. ipſe 8. Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos.

[Domine Dominus. Gloria. Domine Dominus.]

FERIA TERTIA

Ad S. *Balbinam.*

Antiph. ad Introitum.

TIbi dixit cor meum; Quæſiui vultum tuum; vultum tuum Domine requiram: ne auertas faciem tuam à me.

[Tibi dixit.]

Ton. III. oia. euouae.

Pſ. 26. Dñs illuminatio mea & ſa-

Antiphon. & ſalus mea; quem timebo?
Tibi dixit.
[Gloria. Tibi dixit.]
℣. *ad repeten.* Vnam petij à Domino, [hanc requiram; vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.]
[Tibi dixit.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. LIV.*]

IActa cogitatum tuum in Domino: & ipſe te enutriet.
[Iacta cogitatum.]
℣. Dum clamarem ad Dominũ, exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant mihi.
Iacta cogitatum.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

MIſerere mihi 1 Dñe ſecundùm magnam miſericordiam tuam: dele Domine iniquitatem meam.
[Miſerere mihi.]
℣. *I.* Quoniam iniquitatẽ meã ego agnoſco; & delictum meum coram me eſt ſemper.
Dele Domine.
℣. *II.* Tibi ſoli peccaui; & malum coram te feci: miſerere mei; vt iuſtificeris Domine in ſermonibus tuis. 2
Dele Domine.

1. Deus. *A.*

2. *M. addit.* & vineas eùm iudicaris.

Antiphona ad Commun.

NArrabo omnia mirabilia tua: lætabor & exſultabo in te: pſallam nomini tuo Altiſſime.
[Narrabo.]
Ton. II. oia. euouae.
Pſal. ipſe 9. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
[Narrabo. Gloria. Narrabo.]

FERIA. QVARTA

[3 *Collecta ad S. Georgium.*]

Statio ad S. *Cæciliam.*

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

NE derelinquas me Domine Deus meus; 4 ne diſcedas à me: intende in adiutorium meum
5 Domine, virtus ſalutis meæ.
[Ne derelinquas.]
Ton. VII. oia. euouae.
Pſal. 37. Dñe ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripias me.
Ne derelinquas.
[Gloria. Ne derelinquas.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſalm. XXVII.*]

SAluum fac populum tuum, Domine: & benedic 6 hæreditati tuæ.
[Saluum fac.]
℣. Ad te Dñe 7 clamaui: Deus meus ne ſileas à me; & ero ſimilis deſcendentibus in lacum.
Saluum fac.

3. *MS. Vat.*

4. ne diſceſſeris. *S.*

5. Dñe Deus. *M.*

6. hæreditatem tuam. *S.*

7. clamabo. *A. O*

Anti-

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

AD te Domine leuaui animam meam : Deus meus.
℣. *I.* Dirige me in veritate tua.
℣. *II.* Reſpice in me.
[*require pag.* 2.]

Antiphona ad Commun.

1. iuſtitiã. *M. O.* IVſtus Dominus, & 1 iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.
[Iuſtus Dominus.]
Ton. V. oia. euouae.
Pſal. 10. In Dño confido: quomodo dicitis animæ meæ ; Transmigra in montem ſicut paſſer?
[Iuſtus Dominus.]
[Gloria. Iuſtus Dominus.]

FERIA. QVINTA

2. Colle-cta ad S.Georgium. *MS. Vat.* 2 *Statio ad S. Mariam Tranſtyberim.*

Antiphona ad Introitum.

DEus in adiutorium meum intende; Domine ad adiuuandum me feſtina : confundantur & reuereantur inimici mei, qui quærunt animam meam.
[Deus in adiutorium.]
Ton. VII. oia. euouae.
Pſal. 69. Auertantur retrorſum, & erubeſcant omnes qui cogitant mihi mala.
Deus in adiutorium. *Antiphon.*
[Gloria. Deus in adiutorium.]
℣. *ad repeten.* Exſultent & lætentur [qui quærunt te Domine: & dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.]
[Deus in adiutorium.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. LXXXVIII.*]

PRopitius eſto Domine peccatis noſtris nequando dicant gentes ; Vbi eſt Deus eorum?
[Propitius eſto.]
℣. Adiuua nos Deus Salutaris noſter; & propter honorem nominis tui Domine libera nos.
Propitius eſto.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

PRecatus eſt Moyſes in conſpectu Domini Dei ſui, & dixit; precatus eſt Moyſes in conſpectu Domini Dei ſui; & dixit; Quare Dñe 3 iraſceris in populo tuo? parce iræ 4 animi tui: memento Abraham, Iſaac & Iacob; quibus iuraſti dare terram fluentem lac & mel. Et placatus factus eſt Dominus de malignitate, quam dixit facere populo ſuo. 3. iraſceris populo tuo. *A.* 4. animæ tuæ. *A. O.*
[Precatus eſt.]
℣. *I.* Dixit Dominus ad Moyſen; Inueniſti gratiam in conſpectu meo: & ſcio te præ omnibus. & feſtinans Moyſes inclinauit ſe in 5 terrã; & adorauit dicens; Scio quia miſericors es in millibus, auferens ini- 5. terram. *A.*

Digitized by Google

Antiphon. iniquitatem & peccata ....

Et placatus factus.

℣. *II.* Dixit Moyſes & Aaron (*iterum*) dixit Moyſes & Aaron ad omnem ſynagogam filiorum Iſrahel; Accedite ante Deum: maieſtas Domini apparuit in nube; & 1 exaudiuit murmurationẽ

1. audiuit. *M.* veſtram in tempore. (a)

a. Et placatus.

Antiphona ad Communionẽ.

QVi manducat Carnem meam & bibit Sanguinem meum, in me manet, & ego in eo, dicit Dominus.

[Qui manducat.]

Ton. VI. oia euouae.

2. *Pſal.* Auertantur. *C,* 2 Pſal. 69. *vt ſupra.* [Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina.]

[Qui manducat. Gloria. Qui manducat.]

FERIA. SEXTA

[*Collecta ad S. Agatham in Monaſterio.*]

Statio ad S. Vitalem.

Antiph. ad Introitum Miſſæ.

EGo autem cum iuſtitia apparebo in conſpectu tuo: ſatiabor dum manifeſtabitur gloria tua.

[Ego autem.]

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. 16. Exaudi Dñe iuſtitiam meam: intende 3 deprecationem 3. ad. *P.*
meam.

Ego autem.

[Gloria. Ego autem.]

℣. *ad repeten.* De vultu tuo] iudicium meum prodeat; oculi mei videant æquitatem.]

[Ego autem.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. CXIX.*]

AD Dominum 4 dum tribularer clamaui; & exaudiuit 4. eum. *P*
me.

[Ad Dominum.]

℣. Domine libera animam meam à labijs iniquis & à lingua doloſa.

Ad Dominum.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

DOmine in auxilium meum reſpice: confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam vt auferant eam: Domine in auxilium meum reſpice.

[Domine in auxilium.]

℣. *I.* Auertantur retrorſum & erubeſcant qui cogitant mihi mala.

Domine in auxilium.

℣. *II.* Exſpectans exſpectaui Dominum; & reſpexit me: & exaudiuit deprecationem meam. (b) b.

Domine in auxilium.

Anti-

---

a *Offer. Verſus hoſce ordine præpoſtero exhibet M.* b *Codd. C. & G. ſecundum ℣. primo anteponunt.*

Antiphona ad Communionẽ.

TV Domine ſeruabis nos: & cuſtodies nos à generatione hac in æternum.

[Tu Domine.]

Ton. III. oia. euouae.

Pſal. 11. Saluũ me fac Domine, quoniam defecit ſanctus; quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum.

[Tu Domine. Gloria. Tu Domine.]

S A B B A T O

1. Colle-cta ad S. Clemente. *MS. Vat.* 1 *Statio ad SS. Marcellinum & Petrum.*

Antiphona ad Introitum.

LEx Domini irreprehenſibilis, conuertens animas: teſtimonium 2 Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis.

2. Dei. *P.*

[Lex Domini.]

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. 18. Cæli enarrant gloriã Dei: & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

[Lex Domini. Gloria. Lex Domini.]

℣. *ad repeten.* Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat ſcientiam.

[Lex Domini.]

Reſponſorium Gradale [*Pſal.* XCI.] *Antiphon.*

BOnum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime......

[Bonum eſt.]

℣. Ad annunciandum manè miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Bonum eſt.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

INlumina oculos meos; nequando 3 obdormiam in morte; nequando dicat inimicus meus; Præualui aduersùs eum. 3. obdormiant. *M.*

[Inlumina.]

℣. *I.* Vſquequò Domine obliuiſcèris me in finem? quamdiu ponam 4 conſilium in animam meam? 4. conſilia in animã mea. *P.*

[Inlumina.]

℣. *II.* Reſpice in me; 5 & exaudi me: cantabo Domino qui bona tribuit mihi. 5. & miſerere mei. addit *M.*

Inlumina.

Antiph. ad Commun.

OPortet te fili gaudere; quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit; perierat, & inuentus eſt.

[Oportet.]

Ton. VIII. oia. euouae.

Pſal. 18. *vt ſupra.* [Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuũ eius annunciat firmamentum.]

[Oportet. Gloria. Oportet.]

DOMI-

Antiphon.

DOMINICA. TERTIA in Quadrageſima.

Statio ad S. Laurentium.

Antiphona ad Introitum.

OCuli mei ſemper ad Dominum; quia ipſe euellet de laqueo pedes meos. Reſpice in me;& miſerere mei; 1 quoniam vnicus & pauper ſum ego.

1. al. quia

[Oculi mei.]

Ton. VII. eia. euouae.

Pſal. 24. Ad te Dñe leuaui animam meam: Deus meus in te confido; non erubeſcam.

[Oculi mei. Gloria. Oculi mei.]

℣. *ad repeten.* Dirige me in veritate [tua; & doce me: quia tu es Deus Salutaris meus;& te ſuſtinui tota die.]

[Oculi mei.]

Reſponſorium Gradale [*Pſal. IX.*]

EXſurge Domine: non præualeat homo; iudicentur gentes in conſpectu tuo ....

[Exſurge Domine.]

℣. In conuertendo inimicum meum retrorſum, infirmabuntur & 2 perient 3 à facie tua.

[Exſurge Domine.]

2. al. peribunt.
3. al. ante faciem tuam.

Tractus.

AD te leuaui oculos meos qui habitas 4 in cælo.

Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum ....

Et ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ ....

Ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum donec miſereatur 5 nobis,

Miſerere nobis Domine; miſerere nobis.

4. al. in cælis.
5. al. noſtri.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

IVſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda,& dulciora ſuper mel & fauum: nam & ſeruus tuus 6 cuſtodiet ea.

[Iuſtitiæ Domini.]

℣. *I.* Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos; timor Dei ſanctus 7 permanet in ſæculum ſæculi; iudicia Domini vera.

Et dulciora.

℣. *II.* Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Nam & ſeruus. [*al.*] Et dulciora.

6. al. cuſtodit.
7. al. permanis.

Antiph. ad Commun.

PAſſer inuenit ſibi domum; & turtur nidum vbi reponat pullos ſuos: altaria tua, Domine

Virtu-

Virtutum, rex meus & Deus meus: beati qui habitant in domo tua; in ſæculum ſæculi laudabunt te.

[Paſſer inuenit.]

Ton. I. oia. euouae.

Pſ. 83. Quàm dilecta tabernacula tua, Domine Virtutum! [concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.]

[Paſſer. Gloria. Paſſer.]

[*ex Cod. S. & Ord. Rom.*]

Ad Miſſas pro Scrutinio.

Antiphona ad Introitum.

CVm ſanctificatus fuero *&c.* [*req. infra feria iv. hebdomadis quartæ.*]

Pſal. 33. Benedicã Dñm in omni tempore; ſemper laus eius in ore meo.

Al. Pſal. 104. Confitemini Domino; & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.

[Cùm ſanctificatus fuero.]

[Gloria. Cùm ſanctificatus fuero.]

Reſponſorium Gradale.

ASpiciam vos; & creſcere faciam: multiplicabimini; & firmabo pactum meum vobiſcum.

[Aſpiciam vos.]

℣. Ambulabo inter vos & ero veſter Deus: voſque eritis mihi populus meus.

[Aſpiciam vos.]

[*Antiphona ad*] *Offeren.* *Antiphon.*

VEnite filij; audite me: timorem Domini docebo vos.

Antiphona ad Communionem.

ACcedite ad eum; & illuminamini: & vultus veſtri non erubeſcent.

[*Pſal.* 33. Benedicam Dominum.]

FERIA. SECVNDA

[1 *Collecta ad S. Adrianum.*] 1. *MS. Vat.*

[*Statio*] *ad S. Marcum.*

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

IN Deo laudabo verbum; in Domino laudabo 2 ſermonem: in Deo 3 ſperabo; nõ timebo quid faciat mihi homo. 2. *ſermones. A.*

[In Deo.]

Ton. III. oia. euouae. 3. *ſperaui. A.P.*

Pſal. 55. Miſerere mei 4 Domine; quoniã conculcauit me homo; tota die 5 bellans tribulauit me. 4. *Deus. P.*

In Deo. 5. *impugnans. P.*

[Gloria. In Deo.]

℣. *ad repeten.* Deus vitam meam annunciaui tibi: poſui lacrymas meas in conſpectu tuo [ſicut in repromiſſione tua.]

[In Deo.]

Digitized by Google

Anti-
pnon.

Reſponſorium Gradale
[*Pſalm. LV.*]

D Eus 1 vitã meã 2 adnuntiaui tibi : 3 poſui lacrymas meas in conſpectu tuo . . . .

1. vita mea. A.O.R.S.

2. al. annunciaui. nunciabit. R.

[Deus vitam meam .]

℣. Miſerere mihi Domine:quoniam conculcauit me homo ; tota die bellans tribulauit me .

Deus vitam meam .

3. poſuiſti. A.P.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

E Xaudi Deus orationẽ meam ; & ne deſpexeris deprecationem meam : Intende in me ; & exaudi me .

[Exaudi Deus .]

℣. *I.* Conturbatus ſum à voce inimici , & à tribulatione peccatoris : & exſpectabam eum qui me ſaluum faceret.

Intende .

℣. *II.* Ego autem ad Deum 4 clamaui: Libera animam meam: & 5 extendes manum tuam in retribuendo illis .

4. clamabo. M.

5. & extendens manum ſuam. M. extẽde. O.

Intende.

Antiphona ad Communion.

Q Vis dabit ex Sion ſalutare Iſrahel ? Cùm auerterit Dominus captiuitatem plebis ſuæ, exſultabit Iacob , & lætabitur Iſrahel .

[Quis dabit .]

Ton. VI. oia euouae.

Pſal. ipſe 13. Dixit inſipiens in ſuo ; Non eſt Deus .

[Quis dabit . Gloria . Quis dabit .]

FERIA. TERTIA

6 *Statio ad Sanctam Potentianam.*

6. Collecta ad S. Sergium. MS. Vat.

7. Statio ad S. Paulũ. A.

Antiphona ad Introitum.

E Go clamaui ; quoniam exaudiſti me Deus : inclina aurem tuam ; & exaudi verba mea : cuſtodi me Domine vt pupillam oculi : ſub vmbra alarum tuarum protege me .

[Ego clamaui .]

Ton. III. oia. euouae.

Pſal. 16. Exaudi Domine iuſtitiam meam : intende deprecationem meam .

Ego clamaui .

[Gloria . Ego clamaui .]

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. XVIII.*]

Antiphona ad Introitum.

A B occultis meis munda me Domine : & ab alienis parce ſeruo tuo .

[Ab occultis .]

℣. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero; & emundabor à delicto maximo .

Ab occultis .

Anti-

Digitized by Google

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

DExtera Domini fecit virtutem; dextera Domini exaltauit me: non moriar, ſed viuam; & narrabo opera Domini.

℣. *I.* In tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me *&c.*

℣. *II.* Impulſus verſatus ſum *&c.*

[*req. pag.* 31.]

Antiphona ad Commun.

DOmine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.

[Domine.]

Ton. VI. oia. euouae.

1. *Pſ.* *Qui facit hæc.* *A.* 1 *Pſal.* 14. [Qui loquitur veritatē in corde ſuo: & non egit dolum in lingua ſua.]

[Domine. Gloria. Domine.]

FERIA. QVARTA

x. MS. Vat. [2 *Collecta ad* S. *Balbinam.*]

Statio ad S. *Sixtum.*

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

3. ſperaui. A. P. EGo autē in Domino 3 ſperabo: exſultabo & lætabor in tua miſericordia; quia reſpexiſti humilitatem meam.

[Ego autem.]

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. 30. In te Domine ſperaui; non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me.

Ego autem.

[Gloria. Ego autem.] *Antiphon.*

Reſponſorium Gradale [*Pſal. VI.*]

MIſerere mihi Domine; quoniam infirmus ſum: ſana me Domine . . . . .

[Miſerere mihi.]

℣. Conturbata ſunt omnia oſſa mea; & anima mea turbata eſt valde.

Miſerere mihi.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

DOmine fac mecum miſericordiam tuam propter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua.

[Domine fac.]

℣. *I.* Deus laudem meam ne tacueris; quia os peccatoris & doloſi ſuper me apertum eſt.

[Quia ſuauis.] *al.* Propter nomen tuum.

℣. *II.* Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa; & ſermonibus odij circumdederunt me; & expugnauerunt me gratis.

[Quia ſuauis.] *al.* Propter non men tuum.

Digitized by Google

Anti-phon. ℣. *III.* Pro eo vt diligerent me, detrahebant mihi : ego autem orabam.

Quia ſuauis.

* M. * *Al.* ℣. *III.* Pro eo vt diligerent me, detrahebant mihi ; ego autem orabam : & poſuerunt aduerſum me mala pro bonis ; & odium pro dilectione mea.

Propter nomen tuum.

Antiph. ad Commun.

NOtas mihi feciſti vias vitæ : adimplebis me lætitia cum vultu tuo Domine.

[Notas mihi.]

Ton. IV. oia. euouae.

1. *Pſal.* Exaudi Deus. *A.* 1 *Pſal.* 15. [Conſerua me Domine ; quoniam in te ſperaui : dixi Domino ; Deus meus es tu : quoniam bonorum meorum non indiges.]

[Notas. Gloria. Notas.]

F E R I A. Q V I N T A

2. Collecta ad S.Marcum. *MS. Vat.* 2 *Statio ad* SS. *Coſmam & Damianum.*

Antiphona ad Introitum.

SAlus populi ego ſum, dicit Dominus : de quacumque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos ; & ero illorum Dominus in perpetuum.

[Salus populi.]

Ton. IV. oia euouae.

Pſal. 77. Adtendite populus meus legem meam : inclinate orem veſtram in verba oris mei.

Salus populi.

[Gloria, Salus populi.]

℣. *ad repeten.* Narrantes laudes Domini & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.

[Salus populi.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. CXLIV.*]

OCuli omnium in te 3 ſperant Domine : & tu das illis eſcam in tempore opportuno . . . 3. ſperēt. *O.*

[Oculi omnium.]

℣. 4 Aperis tu manum tuam : & 5 imples omne animal benedictione. 4. Aperi. *A.*

Oculi omnium. 5. imple. *A.*

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

SI ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Domine : & ſuper iram inimicorum meorum extendes manum tuam ; & ſaluum me 6 fecit dextera tua. 6. facit. *M.*

[Si ambulauero.]

℣. *I.* In quacumque die inuocauero te, exaudi me Domine : multiplicabis in anima mea virtutem tuam.

Et ſaluum me fecit.

℣. *II.* Adorabo ad templum ſanctum tuum : & confitebor nomini tuo Domine ſuper 7 miſericordiā tuā & veritatē tuā. 7. miſericordia tua & veritatē tuā. *A.*

Et ſaluum me. *al.* Et ſuper.

Anti-

Antiphona ad Commun.

TV mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis: vtinam dirigantur viæ meæ ad 1 cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

1. cuſtodiendũ. *S.*

[Tu mandaſti.]

Ton. V. oia. euouae.

Pſal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

[Tu mandaſti. Gloria. Tu mandaſti.]

FERIA SEXTA

2. *MS. Vat.*

[2 *Collecta ad S. Mariam Rotundam.*]

Statio ad S. Laurentium 3

3. in Lucina. *S.*

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

FAc mecum Domine ſignum 4 in bonũ; vt videant qui me oderunt, & confundantur: quoniam tu Domine 5 adiuuaſti me; & conſolatus es me.

4. in bono. *M.*

5. adiuuiſti. *A. P.*

[Fac mecum.]

Ton. II. oia. euouae.

Pſal. 85. Inclina Domine aurem tuam; & exaudi me: quoniam inops & pauper ſum ego.

Fac mecum.

[Gloria. Fac mecum.]

* *S.*

* ℣. *ad repeten.* Cuſtodi animam meã: [quoniam ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuũ Deus meus ſperantem in te.

* *M.*

**Al.* ℣. *ad repeten.* Lætifica animã [ſerui tui; quia ad te Domine leuaui animam meam.]

[Fac mecum.]

Reſponſorium Gradale [*Pſalm. XXVII.*]

Antiphon.

IN Deo ſperauit cor meum; & adiutus ſum: & refloruit caro mea; & ex voluntate mea confitebor illi.

[In Deo.]

℣. Ad te Domine 6 clamaui: Deus meus 7 ne ſileas; ne diſcedas à me.

6. clamabo. *A. O.*

7. ne ſileas, ne fileas. *A.*

In Deo.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

INtende voci orationis meæ rex meus & Deus meus: quoniam ad te orabo Domine.

[Intende.]

℣. *I.* Verba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum; & exaudi me.

Rex meus. [*rectiùs,* Quoniam.]

℣. *II.* Dirige in conſpectu tuo viam meam: & lætentur omnes qui ſperant in te Domine: in æternum gloriabuntur qui diligunt nomen tuum Domine....

Quoniam. *al.* Rex meus.

8. ex aqua. *S.*

Antiphona ad Commun.

QVi biberit 8 aquã quam ego 9 do, dicit Dñs 10. Samaritanæ, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

9. dabo ei. *P.*

10. Samaritanæ omitt. *O. P.*

[Qui biberit.]

Ton.

Anti-phon. *Ton. IV. oia euouae.*

Pſal. 85. *vt ſupra.* [Inclina Domine aurem tuam ; & exaudi me : quoniam inops & pauper ſum ego .]

1. A. 1 *Al. Pſ.* Omnis qui biberit aquam hanc, ſitiet iterum.

[Qui biberit . Gloria . Qui biberit .]

S A B B A T O

Colle-cta ad S. Vi-talem. MS. Vat. *Statio ad S. Suſannam.*

Antiphona ad Introitum.

VErba mea auribus percipe Domine ; intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ .

[Verba mea .]

Ton. V. oia. euouae.

Pſal. 5 . Rex meus & Deus meus: quoniam ad te orabo Domine .

2 *Al. Pſ.* Quoniam ad te orabo Domine: manè exaudies vocem meam.

2. P. C. Verba mea .

[Gloria . Verba mea .]

℣. *ad repeten.* Quoniam ad te orabo Domine ; manè exaudies vocem meam .

[Verba mea .]

Reſponſorium Gradale
[*Pſalm. XXII.*]

5. ambu-lauero. A. SI 3 ambulem in medio vmbræ mortis , non timebo mala; quoniã tu mecũ es Dñe . . . .

[Si ambulem .]

℣. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.

Si ambulem . . . . . .

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

GReſſus meos dirige Domine ſecundùm eloquium tuum;vt non dominetur 4 mei omnis iniuſtitia Domine . 4. mei. om. M. P.

[Greſſus meos.]

℣. *I.* Declaratio ſermonũ tuorum 5 illuminat;& intellectum dat paruulis . 5. illumi-natme. M.

Vt non dominetur.

℣. *II.* Cognoui Domine , quia æquitas iudicia tua ; & in veritate tua humiliaſti me .

Vt non dominetur mei omnis iniuſtitia . . . . . Domine .

Antiph. ad Commun.

NEmo te condemnauit mulier ? Nemo Domine . Nec ego te condemnabo : iam amplius noli peccare .

[Nemo .]

Ton. V. oia euouae.

Pſal. 5. *vt ſupra.* [Verba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum .] 6. A.

6 *Al. Pſ.* 60. Exaudi Deus deprecationem meam : intende orationi meæ .

7 *Al. Pſal.* Exaudi Domine .

[Nemo . Gloria . Nemo .] 7. M.

D O-

DOMINICA. QVARTA in Quadrageſima.

al. *Dominica in medio Quadrageſimæ.*

1 *Statio ad Hieruſalem.* — 1. Statio ad Lateranis. *A.*

Antiphona ad Introitum.

LAetare Hieruſalem ; & conuentum facite omnes qui diligitis eam : gaudete cum lætitia qui in triſtitia fuiſtis, vt 2 exſultetis, & ſatiemini ab vberibus conſolationis 3 veſtræ. — 2. exaltetis. *O.* 3. eius. *G.*

[Lætare.]

Ton. V. oia. euouae.

Pſ. 121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.

[Lætare. Gloria. Lætare.]

/ ℣. *ad repeten.* Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

[Lætare.]

Reſponſorium Gradale

[*Pſal. CXXI.*]

LAetatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.

[Lætatus.]

℣. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

[Lætatus.]

Tractus.

QVi confidunt in Domino, ſicut mons Sion : non commouebitur in æternum qui habitat in Hieruſalem. — Antiphon.

℣. Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

[*Antiphona ad Offeren.*]

LAudate Dominum ; quia benignus 4 eſt : pſallite nomini eius ; quoniam ſuauis eſt. Omnia quæcumque voluit, fecit in cælo & in terra. — 4. eſt Dominus. *P.*

[Laudate Dominum.]

℣. *I.* Qui ſtatis in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri : quia ego cognoui 5 quòd magnus eſt Dominus ; & Deus noſter præ omnibus dijs. — 5. quoniam. *M.*

Omnia.

℣. *II.* Domine, nomen tuum in æternum ; & memoriale tuum in ſæcula ſæculorum. iudicabit Dominus populum ſuum ; & in ſeruis ſuis conſolabitur.

Omnia.

℣. *III.* Qui timetis 6 Dominum, benedicite 7 Deũ. Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Hieruſalem. . . . . — 6. Deum. *M.* 7. Dominum. *M.* eum. *O. P.*

Omnia.

Antiph. ad Communionem.

HIeruſalem quæ ædificatur vt ciuitas ; cuius participatio eius, in idipſum : illuc enim aſcenderunt tribus tribus Domini ad confitendum nomini tuo Domine.

[Hieruſalem.]

Ton.

Anti-phon. *Ton. IV. oia euouae.*

Pſal. 121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.

[Hieruſalem. Gloria. Hieruſalem.]

FERIA SECVNDA

1. MS. Vat. [1 *Collecta ad S. Stephanum in Cœlio Monte.*]

Statio ad Quatuor Coronatos.

Antiphona ad Introitum Miſſa.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac; & in virtute tua 2 libera me: Deus exaudi orationem meam. — 2. iudica. A. P.

[Deus in nomine.]

Ton. IV. oia. euouae.

3. M. 3 *Pſ.*53. Auribus percipe verba oris mei.

4. A.C.O. 4 *Al. Pſ.* Quoniã alieni inſurrexerunt in me; & fortes quæſierunt animam meam.

5. G. P. 5 *Al.Pſ.* Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.

[Deus in nomine. Gloria. Deus in nomine.]

℣. *ad repeten.* Ecce enim Deus adiuuat me; [& Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.]

[Deus in nomine.]

Reſponſorium Gradale

[*Pſal. LXX.*]

ESto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij vt ſaluum me facias .....

[Eſto mihi.]

℣. Deus in te ſperaui: Domine non confundar in æternum.

Eſto mihi.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

IVbilate Deo omnis terra; ſeruite Domino in lætitia: intrate in conſpectu eius in exſultatione; 6 quia Dominus ipſe eſt Deus. — 6. quòd. S.

[Iubilate Deo.]

℣. *I.* Ipſe fecit nos; & non ipſi, nos: nos autem populus eius & oues paſcuæ eius.

Intrate.

℣. *II.* Laudate nomen eius; quoniam ſuauis eſt Dominus; in æternum miſericordia eius; & vſque in ſæculũ ſæculi veritas eius.

Intrate.

Antiphona ad Commun.

AB occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce ſeruo tuo.

[Ab occultis].

Ton. IV. oia. euouae.

Pſal. 18. Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.

[Ab occultis. Gloria. Ab occultis.]

Digitized by Google

FERIA. TERTIA

* Collecta ad Monaſteriũ domnæ Roſæ, *MS. Vat.*

Statio ad S. Laurentium.

Antiphona ad Introitum.

EXaudi Deus orationem meã; & ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me; & exaudi me.

[Exaudi Deus.]

Ton. V. oia. euouae.

Pſal. 54. Contriſtatus ſum in exercitatione mea: & conturbatus ſum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

[Exaudi Deus. Gloria. Exaudi.]

Reſponſorium Gradale

[Pſalm. XLIII.]

EXſurge Domine; fer opem nobis: & libera nos propter nomen tuum.

[Exſurge.]

℣. Deus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annunciauerũt nobis opus quod operatus es in diebus eorum & in diebus antiquis.

Exſurge.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

EXſpectans exſpectaui Dominum; & reſpexit me: & exaudiuit deprecationem meam; & immiſit in os meum canticum nouũ, hymnum Deo noſtro.

[Exſpectans.]

℣. I. Statuit ſupra petram pedes meos: & direxit greſſus meos.

Et immiſit.] *Antiphon.*

℣. II. Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis nõ eſt 1qui ſimilis tibi: bene nunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna. 1. quis: *A. M.*

Et immiſit.

℣. III. Domine Deus tu cognouiſti: iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo; veritatem tuam & Salutare tuum dixi: adiutor meus 2Domine & protector meus. 2. Dominus. *M.*

Et immiſit in os.

Antiphona ad Commun.

LAetabimur in Salutari tuo: & & in nomine Domini Dei noſtri magnificabimur.

[Lætabimur.]

Ton. II. oia. euouae.

Pſal. 19. Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.

[Lætabimur. Gloria. Lætabimur.]

FERIA. QVARTA

[*Collecta ad S. Mennam.*]

Statio ad S. *Paulum.*

Antiphon. *Antiphona ad Introitum Miſſæ.*

DVm ſanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de vniuerſis terris; & effundam ſuper vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris; & dabo vobis ſpiritum nouum.

[Dum ſanctificatus.]

Ton. III. oia. euouae.

1. *Pſ. Attedite. O.* 1 Pſ. 33. Benedicam Dominũ in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.

Dum ſanctificatus.

[Gloria. Dum ſanctificatus.]

I. Reſponſ. Gradale
[poſt I. Lectionem.]

VEnite filij audite me: timorẽ Domini docebo vos.

[Venite.]

a (a) ℣. Accedite ad eum; & illuminamini: & facies veſtræ non confundentur.

Venite.

II. Reſponſorium Gradale
2. *Tractus. R.* *[Pſal. XXXII. poſt II. Lection.]*

BEata gens, cuius eſt Dominus Deus eorum; populus, quem elegit Dominus in hæreditatem ſibi . . . . . .

[Beata gens.]

℣. Verbo Domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

Beata gens.

3 *Tractus.* 3. *M.*

LAudate Dominum omnes gentes; & conlaudate eum omnes populi: Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

[Antiph. ad] Offeren.

BEnedicite gẽtes 4 Dñm Deũ noſtrũ: & obaudite 5 vocem laudis eius, qui poſuit animam meam ad vitam; & non dedit cõmoueri pedes meos. Benedictus Dominus, qui non 6 amouit deprecationem meam, & miſericordiam ſuam à me. (b) Alleluia.

4. *Domino Deo noſtro. A. O.* 5. *voci. M. O. P.* 6. *amouet. O.*

[Benedicite gentes.]

℣. *I.* Iubilate Deo omnis terra: pſalmum dicite nomini eius: date gloriam 7 laudi eius. 7. *laudis. M.*

Benedictus.

℣. *II.* In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui: omnis terra adoret te, & pſallat tibi Altiſſime.

Benedictus.

℣. *III.* Venite, & videte opera

a *M. habet habet duos Verſus;* ℣. *I.* Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. *II.* Audite . . . . . & vultus veſtri non erubeſcent. b *Codd. A. & C. habent* Alleluia; *propterea quòd hæc Antiphona dicatur etiã in Quinquageſima Paſcha Dominica ante Aſcenſionẽ Dñi.*

ra Domini; quàm terribilis in conſilijs ſuper filios hominum! ad ipſum ore meo clamaui; & exſultaui ſub lingua mea: propterea exaudiuit me Deus; & intendit voci orationis meæ.

Benedictus Dominus. *al.* Alleluia.

1. C. habet etiam hanc Antiphon.ã ſecũda manu. 1.*Al.Offeren.* Domine ad adiuuandum me feſtina. ℣. Confundantur.

Antiphona ad Commun.

LVtum fecit ex ſputo Dominus; & liniuit oculos meos: & abij; & laui; & vidi; & credidi 2 Deo.

2. Deum. A.

[Lutum fecit.]

Ton. VI. oia. euouae.

3. A. 3 *Pſal.*8. Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!

4. P. 4 *Al. Pſal.*33. *vt ſupra.*] Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.]

[Lutum fecit. Gloria. Lutum fecit.]

P Collecta ad S. Quiricum. MS. Vat.

5. & Marcinum. MS. Vat.

FERIA. QVINTA

Ad S. *Silueſtrum* 5

[*M.*] *Ad Hieruſalem.*

Antiphona ad Introitum.

LAetetur cor quærentium Dominum: quærite Dominum; & confirmamini: quærite faciem eius ſemper. *Antiphon.*

[Lætetur.]

Ton. II. oia. euouae.

*Pſal.*104. Confitemini Domino; & inuocate nomen eius: adnuntiate inter gentes opera eius.

Lætetur.

℣. *ad repeten.* Cantate ei; & pſallite ei: [narrate omnia mirabilia eius.]

[*Al.* ℣. *ad repeten.* Laudamini in nomine [ſancto eius.]

[Gloria. Lætetur.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſal.LXXIII.*]

REſpice Domine in teſtamentum tuum: & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem.....

[Reſpice.]

℣. Exſurge Domine; 6 & iudica cauſam tuam: memor eſto opprobrij ſeruorum tuorum. 6. & om. P.

Reſpice.

[7 *Antiphona ad*] *Offeren.*

7. C. M. P. S.

DOmine 8 in auxilium meum reſpice: confundantur & revereantur qui quærunt animam meam, vt auferant eam. Domine in auxilium meum reſpice.

8. ad adiuuandũ me. P.

[Domine in auxilium.]

℣. *I.* Auertantur retrorſũ & erubeſcant qui cogitant mihi mala.

[Domine in auxilium.]

℣. *II.* Exſpectãs exſpectaui Domi-

Antiphon. minum; & reſpexit me: & exaudiuit deprecationem meam.
[Domine in auxilium.]

A. G. 1 [*Al. Antiphona ad*] *Offeren.*

DOmine ad adiuuandum me feſtina: confundantur omnes
2. aduerſum me, 2 aduerſantes mihi qui cogitant ſeruis tuis mala.
A. [Domine ad adiuuandum.]
℣. Exſpectans exſpectaui Dominum; & reſpexit me: & eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fecis.
Confundantur.

Antiphona ad Commun.

DOmine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius: Deus docuiſti me à iuuentute mea: & vſque in ſenectam & ſenium Deus ne derelinquas me.
[Domine memorabor.]
Ton. VIII. oia. euouae.
Pſal. 70. Deus in te ſperaui; Domine non confundar in æternum: in tua iuſtitia libera me; & eripe me.
[Dominè, Gloria. Domine.]

FERIA. SEXTA

3. MS. Vat. [3 *Collecta ad S. Vitum in Macello.*]

Statio ad S. Euſebium.

Antiph. ad Introitum Miſſæ.

MEditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper, Domine, adiutor meus & Redemptor meus.
[Meditatio.]
Ton. I. oia. euouae.
Pſal. 18. Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.
Meditatio.
[Gloria. Meditatio.]
℣. *ad repeten.* Dies diei eructat [verbum; & nox nocti indicat ſcientiam.]
[Meditatio.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. CXVII.*]

BOnum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine....
[Bonum eſt.]
℣. Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus.
Bonum eſt confidere.

4 *Al. Reſponſorium Gradale.* 4. B.

BOnum eſt confiteri Domino, [& pſallere nomini tuo Altiſſime.]
℣. Ad annunciãdum [manè miſericordiam tuam, & veritatem tuam

tuam per noctem.]

1. G. addit etiam hoc ℣. 1 Al. Reſponſ. Ad Dominum ℣. Domine libera.

* R. * Tractus. Ad Dominum dum tribularer.

[Antiph. ad] Offerен.

POpulum humilem ſaluum facies Domine; & oculos ſuperborum humiliabis: quoniam quis Deus præter te Domine?

[Populum humilem.]

℣. I. Clamor meus in conſpectu eius, introiuit in aures eius.

Quoniam quis Deus.

℣. II. Liberator meus de gentibus iracundis, ab inſurgentibus in me exaltabis me.

Quoniam quis Deus.

2 Antiph. ad Commun.

VIdens Dominus flentes ſorores Lazari ad monumentum, lacrymatus eſt coram Iudæis;

2. & clamabat. A. M. exclamabat. O.P. 2 & clamauit; Lazare veni foras: & prodijt ligatis manibus & pedibus qui fuerat quatriduanus mortuus.

[Videns.]

Ton. II. oia euouae.

3. A. 3 Pſal. 68. Saluum me fac Deus, quoniam [intrauerunt aquæ vſque ad animam.]

4. M. 4 Al. Pſal. 18. vt ſup. [Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuũ eius annunciat firmamentum.]

5. Ca 5 Al. Pſal. 8. Domine Dominus noſter, [quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!]

6 Al. Pſal. 18. Diligam te Domine [virtus mea: Dominus firmamentum meum & refugium meũ.] Antiphon. 6. S.

[Videns. Gloria. Videns.]

S A B B A T O.

* Statio ad S. Laurentium ad corpus. * Collecta ad S. Angelum. Statio ad S. Nicolaum de Carcere. MS. Vat.

[7 al.] Ad S. Laurentium foris murũ.

Antiph. ad Introitum.

7. S. SItientes venite ad aquas, dicit Dominus; & qui non habetis pretium, venite; bibite cum lætitia.

[Sitientes.]

Ton. II. oia. euouae.

Pſ. 77. Attendite populus meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei.

Sitientes.

[Gloria. Sitientes.

℣. ad repeten. Narrantes laudes [Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.]

[Sitientes.]

Reſponſorium Gradale

[Pſalm. IX.]

TIbi Domine derelictus eſt pauper: pupillo tu eris adiutor ...

[Tibi Domine.]

℣. Vt quid Domine receſſiſti longè? deſpicis in opportunitatibus

Anti-phon. bus in tribulatione? dum ſuperbit impius, incenditur pauper.
Tibi Domine.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

FActus eſt Dominus firmamentum meum, & refugium meũ & liberator meus: ſperabo in eum.
[Factus eſt.]
℣. *I.* Perſequar inimicos meos; & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant. (*a*)
Et refugium.
1. ℣. *II.* 1 Præcinxiſti me virtutem ad bellum; & ſupplantaſti inimicos meos ſubtus me: & inimicorum meorum dediſti mihi dorſum: & odientes me diſperdidiſti.
Et refugium. [*al.*] Sperabo.

1. Et præcinxiſti me fortitudine. *P.* Præcinxiſti me fortitudine. *G.*

Antiphbona ad Commun.

DOminus regit me; & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me 2 collocauit: ſuper aquam refectionis 3 educauit me.
[Dominus regit.]
Ton. II. oia. euouae.
Pſ. ipſe 22. Deduxit me ſuper ſemitã [iuſtitiæ propter nomen ſuum.]
[Dominus regit. Gloria. Dominus regit.]

2. collocabit. *M.*
3. educabit. *M.*

DOMINICA. QVINTA
in Quadrageſima
De Paſſione.

Statio ad S. Petrum

Antiphona ad Introitum.

IVdica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo & doloſo eripe me; quia tu es Deus meus, & fortitudo mea,
[Iudica me.]
Ton. VI. oia. euouae.
4 *Pſ.* 42. Quare me repuliſti? & quare triſtis incedo dum affligit me inimicus? 4. *G. M.*
5 *Al. Pſal.* Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montẽ ſanctũ tuũ & in tabernacula tua. 5. *A. C. O. P.*
6 *Al. Pſal.* Quare triſtis es [anima mea? & quare conturbas me?] 6. *S.*
Iudica.
7 ℣. *ad repeten.* Emitte lucem tuam *&c. vt ſupra.* 7. *M.*
8 *Al.* ℣. *ad repeten.* Spera in Deo, [quoniam confitebor illi: Salutare vultus mei & Deus meus. 8. *S.*
[Iudica me.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. CXLII.*]

ERipe me Domine de inimicis meis: doce me facere voluntatem

---

a *In Cod. M. ſequitur.* & affligam illos; nec poterunt ſtare: cadent ſubtus pedes meos.

tatem tuam . • • .

[Eripe me .]

1. Dñs. M.S. ℣. Liberator meus 1 Domine de gentibus iracundis , ab insurgentibus in me exaltabis me ; à viro iniquo eripies me.

[Eripe me .]

Tractus .

SAepe expugnauerunt me à iuuentute mea :

Dicat nunc Iſrahel ; Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea:

Etenim non potuerunt mihi. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores :

2. iniquitates ſuas. M.S. Prolongauerunt 2 iniquitatem ſibi . Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum .

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo : retribue ſeruo tuo ; 3 viuam , & cuſtodiam ſermones tuos : viuifica me ſecundùm verbum tuum Domine . 3. vt viuã. O.

[Confitebor .]

℣. *I.* Beati immaculati in via , qui ambulant in lege Domini ; beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum .

Viuifica .

℣. *II.* Viam veritatis elegi : da mihi intellectum ; & ſcrutabor legem tuam ; & cuſtodiam illam in toto corde meo . inclina cor meum in teſtimonia tua , & non in auaritiã: in via tua viuifica me; iudicia enim tua iucunda. 4 Deprecatus ſũ vultum tuum in toto corde meo ; quia dilexi legem tuam . *Antiphon.* 4. ℣. *III.* *A.*

Viuifica me .

Antiphona ad Commun.

HOc Corpus quod pro vobis 5 tradetur, hic calix noui Teſtamenti eſt in meo Sanguine, dicit Dominus: hoc facite, quotieſcumque ſumitis , in meam commemorationem . 5. tradi-tur. *P.*

[Hoc Corpus .]

Ton. VIII. oia. euouae.

Pſal. 42. vt ſupra . Iudica me Deus; & diſcerne [cauſam meam] meam de gente non ſancta: ab homine iniquo & doloſo eripe me .]

Al. Pſ. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis .

Hoc Corpus .

FERIA SECVNDA

[*Collecta ad S. Georgium .*]

Statio ad S. Chryſogonum .]

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

MIſerere mihi Domine ; quoniam conculcauit me homo : tota die bellans , tribulauit me .

[Miſerere mihi .]

Ton. I. oia. euouae .

Pſal.

Anti-phon. *Pſal.* 55. Conculcauerunt me inimici mei tota die: a ab altitudine diei non timebo.

1. quoniã multi bellantes aduerſum me, P. [Miſerere mihi.]

℣. *ad repeten.* Deus vitã meã [annunciaui tibi: poſui lacrymas meas in conſpectu tuo ſicut in re-promiſſione tua.]

Al. ℣. *ad repeten.* Quoniam multi [qui debellant me, timebunt: ego vero in te ſperabo Domine.]

[Miſerere mihi.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſalm. LIII.*]

DEus exaudi orationem meã: auribus percipe verba oris mei . . . . . .

[Deus exaudi.]

℣. Deus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua 2 libera me.

2. iudica. A.P. Deus exaudi.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

DOmine conuertere; & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

[Domine conuertere.]

℣. *I.* Domine ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripias me.

Saluum me fac.

℣. *II.* Miſerere mihi Domine; quoniam infirmus ſum: ſana me Domine; quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea.

Saluum me.

Antiphona ad Communionẽ.

DOminus Virtutum, ipſe eſt Rex gloriæ.

[Dominus Virtutum.]

o:a. euouae.

Pſal. ipſe 23. Dñi eſt terra [& plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in ea.

[Dominus Virtutum.]

FERIA. TERTIA * Collecta Vacat. MS. Vat.

Statio 3 ad S. Cyriacum. 3. ad S. Quiricũ. A.

Antiphona ad Introitum.

EXſpecta Dominum; viriliter age: & confortetur cor tuum; & ſuſtine Dominum.

[Exſpecta Dominum.]

Ton. VII. oia. euouae.

Pſal. 26. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo? Exſpecta.

℣. *ad repeten.* Vnam petij [à Domino, hanc requiram; vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.]

[Exſpecta Dominum.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. XLII.*]

DIſcerne cauſam meam Domine: ab homine iniquo & doloſo

loſo eripe me · · · · ·

[Diſcerne.]

℣. Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum.

Diſcerne.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

1. omnes qui. O. P. — 2. dereliques. M. — 3. orationes. A. — 4. periet. M. — 5. iudicauit populos. M. — 6. eſt M.O. — 7. Deus. O.P.

SPerent in te 1 qui nouerunt nomen tuum Domine; quoniam non 2 derelinquis quærentes te. Pſallite Domino qui habitat in Sion: quoniam non eſt oblitus 3 orationem pauperum.

[Sperent.]

℣. *I.* Sedes ſuper thronum qui iudicas æquitatem: increpaſti gentes; & 4 perijt impius, 5 iudicare populum cum iuſtitia: & factus 6 es refugium pauperum.

[Pſallite.]

℣. *II.* Cognoſcetur Dominus iudicia faciens; quoniam patientia pauperum nõ peribit in finem: deſiderium pauperum exaudiuit 7 Dominus.

Pſallite. *al.* Quoniam.

Antiphona ad Commun.

REdime me Deus Iſrahel ex omnibus anguſtijs meis.

[Redime me.]

Ton. VIII. oia. euouae.

Pſal. 24. Ad te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido non erubeſcam.

[Redime me.]

Antiphon.

F E R I A Q V A R T A

[8 *Collecta ad* S. *Marcum.*]

9 *Statio ad* S. *Marcellinum* [leg. *S. Marcellum.*]

8. MS. Vat. — 9. Statio ad S. Marcũ. A.

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

LIberator meus de gentibus iracundis, ab inſurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me Domine.

[Liberator meus.]

Ton. III. oia. euouae.

Pſal. 17. Diligam te Domine virtus mea: Dominus firmamentum meum & refugium meum.

Liberator.

℣. *ad repeten.* Laudans inuocabo [Dominum; & ab inimicis meis ſaluus ero.]

Liberator.

Reſponſorium Gradale

[*Pſalm. XXIX.*]

EXaltabo te Domine: quoniam ſuſcepiſti me; nec delectaſti inimicos meos ſuper me · · · · ·

[Exaltabo te.]

℣. Domine Deus meus clamaui ad te; & ſanaſti me: Domine abſtraxiſti ab inferis animam meã: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum.

Exaltabo te.

Digitized by Google

Anti-phon. [*Antiphona ad*] *Offeren.*

ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab inſurgentibus in me libera me Domine.
[Eripe me.]
℣. *I.* Quia ecce captauerunt animam meam; & irruerunt fortes in me.
Libera.
1. eſt. *C. O.* ℣. *II.* Quia factus es 1 adiutor meus & refugium meum in die tribulationis meæ.
Libera me.

Antiphona ad Commun.

LAuabo inter innocentes manus meas:& 2 circumdabo altare tuum Domine; vt audiam
2. circuibo. *P.* vocem laudis tuæ; 3 & enarrem
3. vt. *P.* vniuerſa mirabilia tua.
[Lauabo.]
oia. euouae.
Pſ. 25. Iudica me Domine [quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum: & in Domino ſperans, non infirmabor.
[Lauabo.]

FERIA. QVINTA

* Collecta ad S. Mariā in via Lata. *MS. Vat.*

Statio ad S. Apollinarem.

Antiphona ad Introitum.

OMnia quæ feciſti nobis Domine, in vero iudicio feciſti: quia peccauimus tibi; & mandatis tuis non obediuimus: ſed da gloriam nomini tuo; & fac nobiſcum ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ.
[Omnia.]
Ton. III. oia. euouae.
4 *Pſ.* 118. Beati immaculati in 4. *A.*
5 *Pſal.* 47. Magnus Dñs & laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri 5. *C. M. O. P.*
in monte ſancto eius.
Omnia.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. XXVIII.*]

TOllite hoſtias; & introite in atria eius: adorate Dominum in aula ſancta eius . . . .
Tollite hoſtias.
6 ℣. Reuelauit Dominus cõdenſa: & in templo eius omnes dicent gloriam. 6. Reuelabit. *G. P.*
Tollite hoſtias.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

SVper flumina Babylonis, illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Syon . . . .
[Super flumina.]
℣. *I.* In ſalicibus in medio eius 7. quia *A.*
ſuſpendimus organa noſtra: 7 quoniã illic interrogauerũt nos qui ca- 8. canticorum. *A.*
ptiuos duxerunt nos, verba 8 canticonum, & qui 9 abduxerunt nos; 9. adduxerunt. *M.*
Hymnum cantate nobis de canticis Syon. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?

[*in*

[*In M. ſequitur*. Qui dixerunt : *cum repetitione*. Super flumina.]

Dum recordaremur.

℣. *II.* Si oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuiſcatur me dextera mea : adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi tui non meminero. Qui dixerunt.

1. memor C. Super flumina Babylonis.

℣. *III.* 1 Memento Domine filiorum Edom in die Hieruſalē ·······

2. G.M. P. 2 Qui dixerunt.

Super flumina.

Antiph. ad Commun.

MEmento verbi tui ſeruo tuo Domine, in quo mihi ſpem dediſti : hæc me conſolata eſt in humilitate mea.

[Memento.]

Ton. IV. oia. euouae.

Pſal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

[Memento.]

FERIA. SEXTA

3. MS. Vat. [3 *Collecta ad SS. Iohannem & Paulum.*]

4. in Cœlio Mōte. S. *Statio ad S. Stephanum* 4

Antiphona ad Introitum Miſſæ. Antiphon.

MIſerere mihi Domine; quoniam tribulor : libera me & eripe me de manibus inimicorum meorum & à perſequentibus me : Domine non confundar; quoniam inuocaui te.

[Miſerere mihi.]

Ton. V. oia. euouae.

Pſal. 30. In te Domine ſperaui; non confundar in æternum : in iuſtitia tua libera me.

Miſerere mihi.

℣. *ad repeten.* Eſto mihi in Deum protectorem [& in locum refugij, vt ſaluum me facias.

Miſerere mihi.

Reſponſorium Gradale
[*Pſalm. XXXIV.*]

PAcificè loquebantur mihi inimici mei : & in ira moleſti erant mihi.

[Pacificè.]

℣. Vidiſti 5 Dñe : ne ſileas; 6 ne diſcedas à me. 5. Domine Deus meus. P.

Pacificè. 6. & ne. M.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

BEnedictus es Domine : doce me iuſtificationes tuas; 7 & nō tradas calumniantibus me ſuperbis : & reſpondebo exprobrantibus mihi verbum. 7. ne tradas à calumniantibus me. M.S.

[Benedictus es.]

℣. *I.* Vidi non ſeruantes pactū, & tabeſcebam : Domine, quādo facies de perſequentibus me iudicium?

[Et reſpondebo.]

Antiphon. 1. Appropinquauerunt iniquitati. C. P.

℣. II. 1 Appropiauerunt perſequentes me iniqui: confundantur & reuereantur; quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me.

Et reſpondebo.

Antiphona ad Communionem.

2. tribulantiū. P.

NE tradideris me Domine in animas 2 perſequētium me: quia inſurrexerūt in me teſtes iniqui; & mentita eſt iniquitas ſibi.

[Ne tradideris.]

Ton. VII. oia. euouae.

Pſal. 26. Dominus illuminatio mea & ſalus mea: quem timebo?

Ne tradideris.

[*Ex Cod. G.*]

Antiph. ad Introitum. Iudica me Deus.

℟. *Grad.* Eripe me de inimicis.

Offeren. Confitebor tibi.

Comm. Hoc Corpus quod pro vobis [*omnia vt in Domin. V. in Quadrageſima.*]

[*Ex Cod. A.*]

[*Antiphona ad Introitum.*]

INitio tu Domine terram fundaſti; & opera manuum tuarum ſunt cæli: ipſi peribunt; tu autem permanes.

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. 101. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat.

Reſp. Propitius eſto. ℣. Adiuua nos. [*pag.* 47.]

Offer. Audi Iſrahel. ℣. Iſrahel. [*pag.* 9.]

Comm. Acceptabis ſacrificiū. [*pag.* 38.]

---

3. A. B. 4. A. Sabbato ad S. Petrum quando eleemoſyna datur. M. S. Collecta ad S. Sixtum. Statio ad S. Iohannem in porta Latina. MS. Vat.

SABBATO

3 *Vacat* [*Statio.*]

4 *quando domnus Papa eleemoſynam dat.*

[*ex M. & S. & Ord. Rom. ms. & edito.*]

Antiphona ad Introitum.

LIberator meus Domine de gentibus iracundis. *Pſal.* 17. Diligam te Domine.

Reſp. Grad. Exaltabo te Domine: quoniam ſuſcepiſti me. ℣. Domine Deus meus clamaui ad te.

Antiph. ad Offeren. Eripe me de inimicis meis Deus meus.

Antiph. ad Commun. Lauabo inter innocentes.

[*Omnia vt in Feria iv. præcedenti.*]

DOMINICA SEXTA in Palmis.

Ad Lateranis.

[5 al. *Collecta ad S. Mariam*]

5. Miſſ. MS. Anglicanum, in quo ſunt Romā. Stationes apud Schultingiū. 6. MS. Vat.

Antiph. ad Introitum Collectæ.

6 HOſanna Filio Dauid. Benedictus Qui venit in nomine Domini.

[Hoſanna.]

Pſal. 66. Deus miſereatur [nobis; & benedicat nos: illuminet vultum ſuum ſuper nos; & miſereatur nobis.]

[Hoſanna.]

Goria Patri. Hoſanna Filio.

Alia

Digitized by Google

Alia Antiph. ad Introitum Collectæ.

1. *M.* 1 IN nomine Domini omne genu flectatur &c.

Pſal. 101. Domine exaudi orationem meam. [*req. pag.*]

2. *Ord. Rom. ms. S. M. Maioris.*

2 *Alia Antiph. ad Introitum Collectæ.*

COllegerunt Pontifices. [*req. infra inter Antiph. ad Proceſſionem.*]

Antiphona ad Proceſſionem.

3. *A. ms. Vat.* 3 PVeri Hebræorum portantes ramos oliuarum, obuiauerunt Domino, clamantes & dicentes; Hoſanna in excelſis.

4. *A. ms. Vat.* 4 *Antiph.* Pueri Hebræorũ veſtimenta proſternebant in via; & clamabant dicẽtes; Hoſanna filio Dauid: benedictus Qui venit in nomine Domini.

5. *A.C.G.* 5 *Antiph.* Cùm audiſſet populus, quia Ieſus venit Hieroſolymam; acceperunt ramos palmarum; & exierunt ei obuiam; & clamabant pueri dicẽtes; 6 Hic eſt qui venturus eſt in ſalutem populi: hic eſt ſalus noſtra & redemptio Iſrahel: quantus eſt iſte cui Throni & Dominationes occurrunt! Noli timere filia Sion: ecce Rex tuus venit tibi, ſedens ſuper pullum aſinæ, ſicut ſcriptum eſt. Salue Rex, fabricator Mundi, qui veniſti redimere nos.

6. *Benedictus qui venturus eſt. C.*

Antiphon.

7 *Antiph.* Cùm appropinquaret Dominus Hieroſolymam, miſit duos 8 ex diſcipulis ſuis, dicẽs; Ite in caſtellum quod eſt contra vos; & inuenietis pullum aſinæ alligatum, ſuper quem nullus hominum ſedit: ſoluite & adducite mihi. ſi quis vos interrogauerit, dicite; Opus Domino eſt. Soluentes adduxerunt ad Ieſum; & impoſuerunt ibi veſtimenta; & ſedit ſuper eum: alij expandebant veſtimenta ſua in via; alij ramos de arboribus externebant: & qui ſequebantur clamabant; Hoſanna: Benedictus Qui venit in nomine Domini: benedictum regnum patris noſtri Dauid: Hoſanna in excelſis. Miſerere nobis fili Dauid.

7. *A.C.G.*

8. *ex diſcipulis, & dixit. C.*

9 *Antiph.* Collegerunt Pontifices & Pha- 9. *A.C.G.*

---

a *Hæc ſunt Reſp. Gradalia poſt Lectionem de Exodo in Benedictione Palmarum, quæ variè aſſignantur in Codd. MSS. In Miſſali ms. Baſilicæ S. Petri.* ℟. Monte Oliueti orauit ad Patrem: Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte: ſpiritus quidem promptus eſt; caro autem infirma. Fiat voluntas tua. ℣. Pater noſter qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum; adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua. *In Ord. Rom. ms. Baſilicæ S. Mariæ Maioris. Reſponſ.* Chriſtus factus eſt pro nobis obediens. *vt in Cœna Domini. In Ordine Romano edito & ms. Vallicellano.* ℟. Collegerunt Pontifices &c. ℣ Vnus autem ex ipſis. *vt inter has Antiphonas. In Cod. S.* ℟. Cœperunt omnes turbæ deſcendentium gaudere &c. *vt inter Antiph. huius Proceſſionis.* ℣. Turba multa quæ conuenerat ad diem feſtum, clamabat.

Anti-phon. & Phariſæi conſiliũ; 1 & dicebant;
Quid facimus quia hic homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eum
1. dicentes, C. ſic; omnes credent in eum: Ne fortè veniant Romani; & tollant
noſtrum locum & gentem.
℣. Vnus autẽ ex ipſis Caiphas nomine,
2. dum. C. 2 cũ eſſet Pontifex anni illius prophetauit, dicens; Expedit vobis
vt vnus moriatur homo pro populo; & non tota gens pereat. Ab illo
ergo die cogitauerunt interficere
3. Chriſtũ Domini. C. 3 eum, dicentes.
Ne fortè.

4. A. C. 4 *Antiph.* Aue Rex noſter Fili Dauid, Redemptor mundi; quem
Prophetæ prædicauerunt Saluatorem domui Iſrahel eſſe venturum:
te enim ad ſalutarem victimam Pater miſit in Mundum; quem exſpectabãt omnes Sancti ab origine
mundi: & nunc hoſanna Filio Dauid: Benedictus Qui venit in nomine Domini. Hoſanna in excelſis.

5. A. C. 5 *Antiph.* Cœperũt omnes turbæ deſcendentium gaudentes laudare
6. in õnibus, C. Deũ voce magna, 6 ſuper omnibus quas viderant virtutibus, dicentes;
Benedictus Qui venit Rex in nomine Domini: pax in cælo; & gloria in excelſis.

7. A. 7 *Antiph.* Multa turba Iudæorum iniecerunt manus in Saluatorem:
ille vt agnus innocens non negauit paſſionem. Pilatus dicebat;
Ego nullam cauſam mortis inuenio in eum: populus Iudæorum clamabat; Crucifigatur.

8. A. 8 *Antiph.* Occurrunt turbæ cum floribus & palmis Redemptori obuiam; & Victori triumphanti digna dant obſequia: Filium Dei
ore gentes 9 prædicãtes, & in laudẽ 9. prædicant.
Chriſti voces tonant per nubila, Hoſanna.

10 *Antiph.* Ante ſex dies ſolemnij 10. A. C.
Paſchæ venit Dominus in ciuitatem Hieruſalem: occurrerunt ei
pueri; & in manibus 11 portãtes ramos palmarũ; 12 voce magna clamantes; 11. habentes. C.
Hoſanna in excelſis; Benedictus Qui veniſti in multitudine 12. & clamabãt voce magna dicentes. C.
miſericordiæ: hoſanna in excelſis.

13 *Antiph.* Appropinquante Ieſu Hieroſolymam ſumpſerunt omnes ramos palmarum; & exientes ei
obuiam: & clamabant dicentes; 13. A.
Hoſanna in excelſis.

14 *Verſus Theodulphi vnde ſupra.* 14. G. & Ord. Rom.

Gloria, laus, & honor tibi ſit, Rex, Chriſte Redemptor:
Cui puerile decus prompſit Hoſanna pium.
Gloria, laus.
Iſrahel es tu Rex, Dauidis & inclyta proles:
Nomine qui in Domini Rex benedicte venis.
Gloria, laus.
Cœtus in excelſis te laudat cælicus omnis,
Et mortalis homo, & cuncta creata ſimul.
Gloria, laus.
Plebs Hebræa tibi cum palmis obuia venit:
Cum prece, voto, hymnis adſumus ecce tibi.
Gloria, laus.
Hi tibi paſſuro ſoluebant munia laudis:
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.
Gloria, laus.

Hi pla-

Digitized by Google

Hi placuere tibi; placeat deuotio noſtra,
Rex pie, Rex clemens; cui bona cuncta placent.
Gloria, laus.

Reſponſorium.

1. A. 1 INgrediente Domino [in ſanctã Ciuitatem, Hebræorum pueri reſurrectionem vitæ prænũtiantes, cum ramis palmarum, Hoſanna clamabant in excelſis.

[Ingrediente Domino.]

℣. Cumq; audiſſet populus, quia Ieſus venit Hieroſolymam, proceſſerunt obuiam ei.

[Ingrediente Domino.]

Gloria Patri &c. [ſæculorum. Amen.]

Cum ramis.

[Ingrediente Domino.]

[Ingrediente Domino.]

DOMNICA.

in ramis Palmarum.

Statio ad Lateranis.

Antiph. ad Introitum Miſſæ.

DOmine ne longè facias auxilium tuum à me; ad defenſionem meam aſpice: libera me de ore leonis; & à cornibus vnicornuorum humilitatem meam.

[Domine ne longe.]

Ton. VIII. oia. euouae.

Pſal. 21. Deus Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti longè à ſalute mea? Antiphon.

Domine.

℣. *ad repeten.* Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Al. ℣. *ad repeten.* Tu autem in Sancto habitas [laus Iſrael &c.]

Al. ℣. *ad repeten.* Sciens autem Ieſus omnia quæ ventura erant ſuper eum; & cùm cœpiſſet orare, dixit ad Patrem.

[Domine ne longè.]

[Kyrie eleiſon *de more.*]

Reſponſorium Gradale

[*Pſalm. LXXII.*]

TEnuiſti manũ 2 dexterã meã; in voluntate tua deduxiſti me: & cum gloria aſſumpſiſti me .... 2. dexteræ meæ. S.

[Tenuiſti.]

℣. Quàm bonus Iſrahel Deus 3 rectis corde! mei autẽ penè moti ſunt pedes; penè effuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum videns. 3. his qui recto ſunt corde. S.

[Tenuiſti.]

Tractus.

DEus Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti?

Longè à ſalute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem; nec exaudies: 4 & nocte; & non ad inſipientiam mihi. 4. in nocte. O.

Tu autẽ in Sancto habitas laus Iſrahel.

In te ſperauerunt patres noſtri:

ſpe-

Antiphon. ſperauerunt; & liberaſti eos.

Ad te clamauerunt; & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt; & non ſunt confuſi.

Ego autem ſum vermis & non homo, obprobrium hominum & abiectio plebis.

Omnes qui videbant me, aſpernabantur me: locuti ſunt labijs; & mouerunt caput.

Sperauit in Domino; eripiat eum: ſaluum faciat eum; quoniam vult eum . . . . . .

Ipſi verò cõſiderauerunt & conſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea; & ſuper veſtem meã miſerunt ſortem.

Libera me de ore leonis; & à cornibus vnicornuorum humilitatem meam.

Qui timetis Dominum, laudate eum: vniuerſum ſemen Iacob magnificate eum.

Adnunciabitur Domino generatio ventura; & annunciabunt cæli iuſtitiam eius,

Populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

IMproperiũ exſpectauit cor meũ & miſeriam: & ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur; & non fuit: 1 conſolantẽ me quæſiui;& non inueni: & dederũt 2 in eſcã meã fel; & in ſiti mea potauerunt me aceto.

1. cõſolãtes. S.

2. in eſca mea. A.

[Improperium.]

℣. I. Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vſq;ad animam meam.

Et dederunt.

℣. II. Aduersùm me exercebantur qui ſedebant in porta: & in me pſallebant qui bibebant vinum.

Et dederunt,

℣. III. Ego verò orationem mea ad te Domine: tempus beneplaciti Deus in multitudine miſericordiæ tuæ.

Et dederunt.

* *Infra Actionem.* * A.

Hoc Corpus quod pro vobis [*ſine Pſalmo: require pag. 71.*]

Antiph. ad **Commun.**

PAter, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum; fiat voluntas tua.

[Pater.]

Ton. VIII. oia euouae.

Pſal. 21. vt ſupra. Deus Deus meus reſpice [in me: quare me dereliquiſti longè à ſalute mea?]

Pſal. Cumque conſummaſſent omnia quæ de eo ſcripta erant; acceſſit inde, aſcendit in montẽ; orauit ad Patrem; dixit.

Pater ſi non.

[*Cod. A. addit.*] Tu autem Domine in æternum permanes.

FERIA. SECVNDA

[3 *Collecta ad S. Balbinam.*] 3. *MS. Vat.*

4 *Statio ad S. Nereum.* 4. Ad S. Praxedẽ. *M.*

Anti-

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

IVdica Domine nocentes me; expugna impugnantes me: apprehende arma & ſcutum; & exſurge in adiutoriũ 1 meum Domine, virtus ſalutis meæ.

1. mihi: accelera vt eripias me. G.

[Iudica Domine.]

Ton. IV. oia. euouae.

Pſ. ipſe 34. Effunde frameã; & conclude aduersùs eos qui me perſequuntur.

Iudica.

℣. *ad repeten.* Exſurge Domine; & intende [iudicium meum: Deus meus & Dominus meus in cauſam meam.]

[Iudica Domine.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. XXXIV.*]

EXſurge Domine; & intende; 2 iudicium meum: Deus meus & Dominus meus in cauſam meam.

2. iudicio meo. B. M.

[Exſurge Domine.]

℣. Effunde frameã: & conclude aduersùs eos qui me perſequuntur.

Exſurge Domine.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

ERipe me de inimicis meis Domine; ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam; quia Deus meus es tu.

[Eripe me.]

℣. Exaudi me in tua iuſtitia: & ne intres 3 in iudicio cum ſeruo tuo Domine.

Antiphon. 3. in iudicium. P. *M.*

Ad te confugi.

* ℣. *II.* In factis manuum tuarum meditabar.

Ad te confugi; doce.

[*Alia ad*] *Offeren.*

* Domine in auxilium meum reſpice confundantur & reuereantur inimici mei qui quærunt &c. [*req. pag. 67.*]

* *S.*

Antiph. ad Commun.

ERubeſcant & reuereantur ſimul qui gratulantur malis meis: induantur pudore & reuerentia qui maligna loquũtur 4 aduersùm me.

4. ſuper me. P.

[Erubeſcant.]

Ton. IV. oia. euouae.

Pſal. 34. Iudica Domine nocentes [me: expugna impugnantes me.]

[Erubeſcant.]

FERIA. TERTIA

*

Statio ad S. Priſcam.

* Collecta ad S. Mariã de Portieu. *MS. Vat.*

Antiphona ad Introitum.

NOs autem gloriari oportet in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita & reſurrectio noſtra; 5 per quem ſaluati & liberati ſumus.

5. perquẽ. O.

[Nos autem.]

Ton. IV. oia. euouae.

Pſ. 66. Deus miſereatur noſtri; &

Antiphon. benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos; & miſereatur nobis.

1. S.M. 1 *Al. Pſal.67.* Exſurgat Deus; & diſſipentur &c.

[Nos autem.]

2. S. 2 ℣. *de Pſ.67. ad repeten.* Sicut deficit fumus &c.

3. M. 3 *Al.* ℣. *ad repeten.* Exſultent iuſti in conſpectu &c.

Reſponſorium Gradale
[*Pſalm. XXXIV.*]

4. A. M. EGo autem 4 dum mihi moleſti eſſent 5 induebam me cilicio; & humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea 6 in ſinu meo conuertetur.

5. induebar cilicio. P.

6. in ſinu meum. P.

[Ego autem.]

℣. Iudica Domine nocentes me; expugna impugnantes me: apprehende arma & ſcutum; & exſurge in adiutorium mihi.

Ego autem.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

CVſtodi me Domine de manu peccatoris; & ab hominibus iniquis eripe me Domine.

[Cuſtodi me.]

℣. *I.* Eripe me Domine ab homine malo: à viro iniquo libera me.

[Et ab hominibus.]

℣. *II.* Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

Et ab hominibus.

(*a*) ℣. *III.* Dixi Domino; Deus meus es tu: exaudi Domine 7 vocem meam. 7. vocem deprecationis meæ. P.

Et ab hominibus.

8 *Alia ad Offer.* Eripe me Domine ab homine malo; à viro iniquo libera me: & ab inſurgentibus in me exaltabis me. 8. S.

Antiph. ad Commun.

ADuerſùm me exercebãtur qui ſedebant in porta; & in me pſallebant qui bibebant vinum: ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti, Deus in multitudine miſericordiæ tuæ.

[Aduerſùm me.]

Ton. V. oia. euouae.

9 *Pſal.* 68. Saluum me fac Deus: [quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.] 9. Pſ. Exſurgat Deus. S.

[Aduerſùm me.]

FERIA. QVARTA

[10 *Collecta ad S. Petrum in Vincula.*] 10. MS. Vat.

Statio ad S. *Mariam.*

Anti-

a *Hic tertius* ℣. *omittitur in C. & G. in M. autem hæc Antiphona hos habet Verſus.* ℣. *I.* Dixi Domino &c. *vt ſupra.* ℣. *II.* Qui cogitauerunt &c. ℣. *III.* Domine virtus ſalutis meæ: cognoui quoniam faeies Domine iudicium inopum & vindictam pauperum. Et ab hominibus.

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

IN nomine Domini omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; quia Dominus factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: ideò Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.

[In nomine Domini.]

Ton. III. oia. euouae.

Pſal. 101. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat.

In nomine Dñi.

℣. *ad repeten.* Ne auertas faciem [tuam à me: in quacumque die tribulor; inclina ad me aurem tuam.]

In nomine Dñi.

I. Reſponſorium Gradale
[*poſt I. Lectionem.*]

NE auertas faciem tuã à puero tuo; quoniam tribulor: velociter exaudi me.....

[Ne auertas.]

℣. Saluum me fac Deus; quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam: infixus ſum in limo profundi; & non eſt ſubſtantia.

Ne auertas.

II. Reſponſorium Gradale 1 *Antiphon. A.*
[*Pſal. CI. poſt II. Lectionem.*]

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te 1. *Tractus. A. G.M.O.R.*
2 veniat. 2. perueniat. *S.M.*

[Domine exaudi.]

℣. *I.* 3 Ne auertas faciem tuam à me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. 3. Non. *C.*

[Domine exaudi.]

℣. *II.* In quacumq; die inuocauero te, velociter exaudi me.....

[Domine exaudi.]

℣. *III.* Quia defecerunt ſicut fumus dies mei; & oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt.....

[Domine exaudi.]

℣. *IV.* Percuſſus ſum ſicut fœnum; & aruit cor meum: quia oblitus ſum manducare panem meum.......

[Domine exaudi.]

℣. *V.* Tu exſurgens Domine miſereberis Sion; quia venit tempus miſerendi eius.

[Domine exaudi.]

(a) [*Antiphona ad*] *Offeren.* a

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat.

[Domine exaudi.]

℣. *I.* 4 Ne auertas faciem tuã, ne auertas faciem tuam à me..... 4. Non. *C*

[Domine exaudi.]

 ℣. *II.*

a *In M. Offeren.* Domine exaudi... perueniat: ne auertas faciem tuam à me, ℣. *I.* Tu exſurgens, Ne auertas, ℣. *II.* Quia oblitus, Ne auertas.

Digitized by Google

Antiphon. ℣. *II.* Quia oblitus ſum manducare panem meum.

[Et clamor.]

℣. *III.* Tu exſurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius; quia venit tempus.

[Et clamor.]

Antiphona ad Commun.

Potum meũ cum fletu temperabam; quia eleuans 1 eliſiſti me: & ego ſicut fœnum arui; tu autem Domine in æternum permanes: tu exſurgens miſereberis Sion: quia venit tempus miſerendi eius.

1: alliſiſti. *A.P.*

[Potum meum.]

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. 101. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat.]

[Potum meum.]

FERIA QVINTA

IN COENA DOMINI

(a) [*Miſſa pro Reconciliatione Pœnitentium.*]

Si *fuerit vnus reconciliandus.*

Antiphona ad Introitum.

Redime me Domine; & miſerere mei. *Pſal.* Iudica me Domine. [*pag.* 51.]

℟. Benedicam Dominum. ℣. In Domino laudabitur.

Tractus. Commouiſti Domine. [*pag.* 33.]

Offert. Benedicam Dominum. [*pag.* 51.]

Commun. Dominus firmamentum.

Eodem die ſi plures fuerint reconciliandi.

Antiphona ad Introitum.

Omnia quæ feciſti. [*pag.* 74.] *Pſ.* Dñe ne memineris iniquitatum. ℣. *ad repeten.* Adiuua nos Deus Salutaris.

℟. Protector noſter. ℣. Domine Deus Virtutum. [*pag.* 47.]

Tractus. Ad te leuaui oculos. [*pag.* 56.]

Offert. Sperent in te. ℣. Super thronum. ℣. Cognoſcetur Dominus. [*pag.* 73.]

Commun. Lætabimur in Salutari. [*pag.* 65.]

Miſſa

---

a *Exſtant hæc duo Officia pro Reconciliatione Pœnitentium in Codice relato à Io. Morino in Appendice ad Comment. de Pœnitentia. pag.* 61. & 62.

Digitized by Google

1. *Sacramentariũ Gelaſianũ.*

[1 *Miſſa ad veſperum.*]
Statio ad S. *Iohannem ad Lateran.*

Antiphona ad Introitum.

NOs autem gloriari.
(a) *Pſalm.* Deus miſereatur.
2 [*pag.* 81.]
[Nos autem.]

2. *Pſ.* Cãtate Dño. I. ℣. *ad repeten.* Adnũciate inter gentes. *M.*

℣. *ad repeten.* Benedicat nos Deus, Deus noſter; benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.
[Nos autem.]

Reſponſorium Gradale.

Pſal. Cantate &c. quia mirabilia. ℣. Notum fecit Dominus. *S. Pſ.* Cãtate Domino. *P.*

CHriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.....
[Chriſtus.]
℣. Propter quod & Deus exaltauit illum; & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.
Chriſtus.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

DExtera Domini fecit virtutem; dextera Domini exaltauit me: non moriar, ſed viuam; & narrabo opera Domini.
3 Dextera Dñi fecit virtutẽ.

3. *M.*

℣. *I.* In tribulatione inuocaui Dominum; & exaudiuit me in latitudine: quia Dominus adiutor meus eſt. *Antiphon.*
Dextera.
℣. *II.* Impulſus verſatus ſum vt caderem; & Dñus ſuſcepit me: & factus eſt mihi in ſalutem.
Dextera.

4 *Infra Actionem.*
Hoc Corpus quod pro vobis. [*ſine Pſalmo. pag.* 71.] 4. *A.*

Antiphona ad Commun.

DOminus Ieſus poſtquam cœnauit cum diſcipulis ſuis, lauit pedes eorum: & ait illis; Scitis quid fecerim vobis ego Dominus & Magiſter? exemplum 5 dedi vobis; vt & vos ita faciatis. 5. *enim. M.*
[Dominus Ieſus.]
Ton. II. oia. euouae.
Pſal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in Lege Domini.
[Dominus Ieſus.]

6 *Cantata Poſtcommunione, antequam dicatur Oratio, abſolutè incipitur Antiph. ad Veſperum: Pſalmi dicuntur ſine* Gloria.

6. *Antiphon. Miſſa MS. Baſilica Vatic. n.* 13.

Antiph. Calicem. *Pſal.* Credidi.
Antiph. Cum his qui. *Pſal.* Ad Dominum.
Antiph. Ab hominibus iniquis. *Pſal.* Eripe me Domine.

Antiph.

a *In Cod. apud Morinũ loc. cit. ad Introitum huius Miſſæ ſolemniſſima aſſignatur Pſ.* Cantate Dño. *Ad repeten.* Confeſſio. *Tractus.* Magnus Dñs & laudabilis nimis *&c. aliquibus verſiculis eiuſdem Pſalmi omiſſis. ibidem ad Commun. hæc alia additur Antiph.* Hoc Corpus. *Pſal.* Credidi. *Ad repeten.* Calicem ſalutaris. *Ad repeten.* Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis.

Antiphon. *Antiph.* Conſiderabam à dextris. *Pſal.* Voce mea.

Antiph. De manu filiorum alienorum. *Pſal.* Benedictus Dñs Deus meus qui docet.

Antiph. Accepto pane. *Pſal.* Magnificat.

Ad pedes lauandum vt ſupra.

1. A, C. 1 IN diebus illis mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quôd Ieſus accubuit in domo Simonis Leproſi; attulit alabaſtrum vnguenti: & ſtans retro ſecus pedes Domini Ieſu, lacrymis cœpit rigare pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat & oſculabatur pedes eius; & ea vnguento vngebat.

[In diebus illis.]

euouae.

2. A. 2 Pſal. Beati qui ſcrutantur [teſtimonia eius; in toto corde exquirunt eum.

3. C. Ord. Rom. [3 *Vel al.*] Pſal. Magnus Dominus & laudabilis nimis in Ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius.

[In diebus illis.]

DE MANDATO

Antiphona.

Al. Alleluia ··· ℣. Quaſi modo geniti infan-

inſantes, rationabiles ſine dolo lac concupiſcite.

Al. Alleluia. ℣. Hæc dies quam fecit Dominus: exſultemus, & lætemur in ea.

Al. Alleluia. ℣. Eduxit Dominus populum ſuum in exſultatione; & electos ſuos in lætitia.

Al. Alleluia. ℣. Laudate pueri Dominum; laudate nomen Domini.

℣. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

Al. Alleluia. ℣. Surrexit Altiſſimus. [*pag.* 103.]

Al. Alleluia. ℣. Qui timent.

Al Alleluia. ℣. In Reſurrectione tua Chriſte, cælum & terra lætentur: lux tua fulgebit ſuper terram.

Al. Alleluia. ℣. Paſcha noſtrũ. ℣. Epulemur. [*pag.* 100.]

[*Antiphona ad*] *Offe ren.*

ANgelus Domini deſcendit de cœlo; & dixit mulieri bus, Quem quæritis? ſurrexit ſic-
1. ut dixit. alleluia, 1 alleluia.
em. M. [Angelus.]

℣. *I.* Euntes, dicite diſcipulis eius; Ecce præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis.

Sicut dixit. alleluia.

℣. *II.* Ieſus ſtetit in medio eorum; & dixit, Pax vobis: videte quia ego ipſe ſum.

Sicut dixit. alleluia.

2. *S.* [2 *Item alia.*]

Benedictus qui venit in nomine Domini: benediximus vos de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis. alleluia.

Antiphona ad Commun. *Antiphon.*

MItte manum tuam, & cognoſce loca clauorum: alleluia: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. alleluia, alleluia.

[Mitte.]

Ton. VI. oia. euouae.

Pſal. 80. *vt ſupra.* Exſultate Deo [adiutori noſtro: iubilate Deo Iacob.]

[Mitte. Gloria. Mitte.]

℣ *ad repeten.* Quia vidſti me Thomas, credidiſti: beati qui non viderunt, & crediderunt.

Mitte.

3 *Item al. Commun.* 3. *S.*

Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. alleluia.

In Paſcha Annotino.

4 [*Officium* Reſurrexi, *per totum; vt in die ſancto Paſchæ.*] 4. *Micrologus cap.* 58.

DOMINICA PRIMA poſt Oct. Paſchæ.

Antiphona ad Introitum.

MIſericordia Domini plena eſt terra: alleluia: verbo 5 Domini cæli firmati ſunt. alleluia, alleluia. 5. *Dei. O. S. P.*

[Miſericordia,] 6.

Ton. IV. oia euouae. *al.* Ex-

Pſal. 32. 6 Gaudete iuſti in Domino: ſultate.

Antiphon. mino: rectos decet collaudatio.
Miſericordia. [Gloria. Miſeric.]
℣. *ad repeten.* Confitemini [Domino in cithara: in pſalterio decem chordarum pſallite ei.]
[Miſericordia.]
Alleluia II. quale volueris.

ALleluia ... [*repet.* Alleluia.]
℣. Surrexit Paſtor bonus; qui poſuit animam ſuam pro grege ſuo ....
[*repet.* Alleluia.]

ALleluia ...... [*repet.* Allel.]
℣. Ego ſum Paſtor bonus; qui paſco oues meas.
[*repet.* Alleluia.
Al. Alleluia. ℣. Oportebat.
Al. Alleluia. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius; & veritas Domini manet in æternum.
Al. Alleluia. ℣. Surrexit Dominus; qui creauit omnia; & miſertus eſt humano generi.
Al. Alleluia. ℣. In reſurrectione tua Chriſte cæli & terra lætentur.
Al. Alleluia. ℣. Ego ſum Paſtor bonus: & cognoſco oues meas; & cognoſcunt me meæ.
Al. Alleluia. ℣. Hæc dies.
Al. Alleluia. ℣. Angelus Dñi deſcendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem; & ſedebat ſuper eum.
1. 1 *Al.* Alleluia. ℣. Hoti Theos megas
S. M. Kyrios, Kæ baſil eus megas epi paſantin gin.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

DEus Deus meus ad te luce vigilo: & in nomine tuo leuabo manus meas. alleluia.
[Deus Deus.]
℣. *I.* Sitiuit in te anima mea; quàm multipliciter & caro mea; vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.
Et in nomine. *al.* Alleluia.
℣. *II.* In matutinis meditabor in te; quia factus es adiutor meus: & in velamento alarum tuarum exſultabo.
Et in nomine,

Antiph. ad Commun.

EGo ſum Paſtor bonus: alleluia: & cognoſco oues meas; & cognoſcunt me meæ. alleluia, alleluia.
[Ego ſum.]
Ton. II. oia. euouae.
Pſal. 32. *vt ſupra.* Gaudete iuſti in Domino: rectos decet collaudatio.
2 *Pſ.* Sicut nouit me Pater; & ego 2. *A.*
agnoſco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis.
Ego ſum.
[Gloria. Ego ſum.]

DOMINICA. SECVNDA

poſt Octau. Paſchæ.

Antiph. ad Introitum.

IVbilate Deo omnis terra: alleluia; pſalmum dicite nomini eius; alleluia: date gloriam laudi eius.

eius. alleluia, alleluia, alleluia.

[Iubilate Deo.]

Ton. VIII. oia euouae.

Pſal. 65. Canticum Pſalmi Reſurrectionis. Dicite Deo. Quàm terribilia ſunt opera tua Domine! in multitudine virtutis tuæ [mentientur tibi inimici tui.]

Iubilate. [Gloria. Iubilate.]

℣. *ad repeten.* Benedicite gentes [Dominum Deum noſtrum: & obaudite vocem laudis eius.]

Iubilate.

1. *M.* 1 *Grad.* Præoccupemus faciem eius in confeſſione; & in pſalmis iubilemus ei.

℣ Epi ſi Kyrie ilpiſa; mi cataſchinthijn.

Alleluia, quale volueris.

ALleluia. .... [*repet.* Allel.] ℣. Surrexit Dominus verè. [*repet.* Alleluia.]

2. *P.* ALleluia ...... [*repet.* Allel.]

3. ℣. Modicũ & non videbitis

dicit me 3: & iterum modicum, & vide-

Dñs. *O.* bitis me. 4

4. [*repet.* Alleluia]

quia vado ad Patrem. *O.*

Al. Alleluia. . . ℣ Dextera Dñi fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me.

Alleluia. ℣. Præoccupemus faciem eius in confeſſione: & in pſalmis iubilemus 5 ei.

5. Deo. *S.* *Al.* Alleluia. ℣ Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ieruſalem.

Al. Alleluia. ℣. Cantate Deo.

Al. Alleluia. ℣. Benedictus es Dei Filius: qui reſurrexiſti ex mortuis, miſerere nobis.

Al. Alleluia. ℣. Surrexit Dominus verè.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

LAuda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea; pſallam Deo meo quandiu ero. alleluia. *Antiphon.*

[Lauda.]

℣. *I.* Qui cuſtodit veritatem in ſæculum; 6 faciet iudiciũ iniuriam patientibus; dat eſcam eſurientibus. 6. faciês. *M.*

[Pſallam.]

℣. *II.* Dominus erigit eliſos: Dominus 7 ſoluit compeditos: cuſtodit Dominus pupillum & aduenam; & viduam ſuſcipiet: & 8 viam peccatorum exterminabit. regnabit Dominus in æternum; Deus tuus Sion in ſæculum ſæculi. 7. ſoluet. *A.* 8. vias. *P.*

Pſallam.

Antiphona ad Communionem.

MOdicum, & non videbitis me; alleluia: iterum modicum, & videbitis me; quia vado ad Patrem. alleluia, alleluia.

[Modicum.]

Ton. VIII. oia. euouae.

[*Pſal. 65. vt ſupra.* [Iubilate Deo omnis terra; pſalmum dicite nomini eius; date gloriam laudi eius.]

[Modicum. Gloria. Modicum]

9 ℣. Iterum autem videbo vos; & gaudebit cor veſtrum. 9. *A.*

DOMINICA. TERTIA

poſt Octau. Paſchæ.

Anti-

Anti-phon. 1. S. & M. habent Antiphonã. Vocẽ iocunditatis. vt in ſeq. Dominica. 2. ſibi. A, P.

Antiphona ad Introitum.

1 CAntate Domino canticum nouum; alleluia; quia mirabilia fecit Dominus: alleluia: ante conſpectum gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. alleluia, alleluia.

[Cantate Domino.]

Ton. VI. oia. euouae.

Pſal. 97. Saluauit 2 eum dextera eius, & brachium ſanctum eius.

[Cantate. Gloria. Cantate.]

℣. *ad repeten.* Notum fecit [Dominus Salutare ſuum: ante conſpectum gentium reuelauit Iuſtitiam ſuam.]

Cantate.

ALleluia. [*repet.* Alleluia.] ℣. Paratum cor meum Deus; paratum cor meum: cantabo & pſalmum dicam Domino.

[*repet.* Alleluia.]

ALleluia. [*repet.* Alleluia.] ℣. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: & in conſpectu Angelorum pſallam tibi.

[*repet.* Alleluia.]

Al. Alleluia. ℣. Eduxit.

Al. Allel. ℣. Surrexit Altiſſimus.

Al. Alleluia. ℣. In die reſurrectionis.

Al. Alleluia . . . ℣. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis; docebit vos omnem veritatem; & quæ ventura ſunt, annuntiabit vobis.

Al. Alleluia. ℣. Vado ad eum, qui miſit me: ſed quia hæc locutus ſum vobis; triſtitia impleuit cor veſtrum.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

IVbilate Deo vniuerſa terra; &c. *cum* Alleluia.

℣. *I.* Reddam tibi.

℣. *II.* Locutum eſt [*req. ſupra Dom. ij. poſt Theophan. pag. 30.*]

Antiphona ad Commun.

DVm venerit Paraclitus Spiritus veritatis; ille arguet Mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. alleluia, alleluia.

[Dum venerit.]

Ton. VIII. oia. euouae.

Pſal. 97. vt ſupra. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit Dominus.

[Dum venerit. Gloria. Dum venerit.]

3 ℣. Non enim loquetur à ſemetipſo; ſed quæcumque audiet, loquetur; & quæ ventura ſunt, annuntiabit vobis. 3. A.

Ille arguet.

4. S. & M. habent Antiphonã Cantate Domino. vt in ſuperiore Dominica. 5. cantate & exſultate & pſallite. P.

DOMINICA. QVARTA poſt Octau. Paſchæ.

Antiph. ad Introitum.

4 VOcẽ iocunditatis annuntiate; & audiatur: alleluia: nuntiate vſque ad extremum terræ; Liberauit Dominus populum ſuum. alleluia, alleluia.

[Vocem iocunditatis.]

Ton. III. oia. euouae.

Pſal. 65. Iubilate Deo omnis terra: 5 pſalmũ dicite nomini eius; date

date gloriam laudi eius.

[Vocem iocunditatis.]

℣. *ad repeten.* Dicite Deo. Quàm terribilia ſunt opera tua in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

[Gloria. Vocem. Gloria.]

Al. ℣. *ad repeten.* Laudate cæli; & exſultet terra: iubilate montes laude. Vocem.

* R. * *Alleluia, quale volueris.*

ALleluia ··· [*repet.* Alleluia.] ℣. Chriſtus reſurgẽs ex mortuis, nam non moritur; mors illi vltra non dominabitur.

[*repet.* Alleluia.]

ALleluia ····· [*repet.* Allel.] ℣. Exiui à Patre; & veni in Mundum: iterum relinquo Mundum; & vado ad Patrem.

[*repet.* Alleluia.]

Al. Alleluia ······ ℣. Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.

Al. Alleluia ······ ℣. Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.

Al. Alleluia. ℣. Angelus Domini.

Al. Alleluia. ℣. Paſcha noſtrum.

Al. Alleluia. ℣. Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Hieruſalem.

Al. Alleluia. ℣. Lauda Hieruſalem Dominum; lauda Deum tuum Sion.

Al. Alleluia. ℣. Iubilate Deo omnis terra: ſeruite Domino in lætitia.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

BEnedicite Gentes Dominum Deum noſtrum *&c.* alleluia.

℣. *I.* Iubilate Deo omnis terra.

℣. *II.* In multitudine virtutis.

℣. *III.* Venite & videte opera Domini. [*req. Feria iv. Hebdom. iv. in Quadrag. pag. 66.*] *Antiphon.*

Antiph. ad Commun.

CAntate Domino; alleluia; cantate Domino: & benedicite nomen eius: benè nuntiate de die in diem Salutare eius. alleluia, alleluia.

[Cantate Domino.]

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. 95. Annunciate inter Gentes [gloriam eius; in omnibus populis mirabilia eius.]

[Cantate. Gloria. Cantate.]

Al. Antiph. ad Commun.

1 Pater, cùm eſſem cum eis, ego ſeruabam eos quos dediſti mihi; alleluia: nunc autem ad te venio. non rogo vt tollas eos de Mundo: ſed vt ſerues eos à malo. alleluia, alleluia. 1. S. M.

Pſal. vt ſupra.

---

2 *IN. TRIBVS. LITANIIS ante Aſcenſ. Domini. In primo die [ſine] Feria Secunda. Collecta ad S. Mariam Maiorem.*

2. *Hac trium Litaniarũ Officia in ſolis Codd. S. & M. extant.*

Antiph. ad Introitum Collecta.

EXſurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum.

[Exſurge Domine.]

P *Pſal.*

Antiphon. *Pſal. 43.* Deus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annuntiauerunt nobis.

℣. *ad repeten.* Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.

[Exſurge.]

Antiphona per viam.

DImitte Domine peccata populi tui ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ; & ſicut propitius fuiſti patribus noſtris; propitius eſto & nobis; & implebitur gloria tua vniuerſa terra.

Alia. Redime Domine de interitu vitam noſtram; & non ſecundùm peccata noſtra retribuas nobis; quia tu ſcis figmentum noſtrũ; recordare quia puluis ſumus. alleluia, alleluia.

[*Sequitur Litania prope Eccleſiam vbi fit Statio.*]

AD MISSAM

Ad S. Iohannem ad Lateranis.

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

OMnia quæ feciſti nobis Domine. *Pſal.* Magnus Dominus. [*pag.74.*]

℣. *ad repeten.* Sicut [audiuimus; ita & vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in æternum.

[Omnia. Gloria. Omnia.]

[*Quando fit Collecta, ad Miſſam non dicitur* Kyrie; *quia Subdiaconus dixit in Litania.*]

Reſponſorium Gradale.

Oculi omnium in te ſperant, Domine: & tu das illis eſcam in tempore oportuno.

℣. Aperis tu manum tuam; & imples omne animal benedictione.

ALleluia ······ [*repet.* Allel.]

℣. Lauda anima mea Dñm: laudabo Dominum in [vita mea; pſallam Deo meo quandiu ero.]

[*repet.* Alleluia.]

Offerenda.

SVper flumina Babylonis [*pag.* 74.]

Communio.

MEmento verbi tui ſeruo tuo, Domine. [*pag.75.*]

IN. DIE. SECVNDO.

[*ſiue*] *Feria Tertia.*

Collecta ad S. Sabinam.

Antiphona ad Introitum Collectæ.

EXſurge, Domine, adiuua nos. [*vt ſupra Feria ij.*]

Antiphona per viam.

DEprecamur te Domine in omni miſericordia tua; vt aufera-

feratur furor tuus, & ira tua à ciuitate iſta, & de domo ſancta tua; quoniam peccauimus.

Antiph. Multa ſunt Domine peccata noſtra: tibi peccauimus Patientia Iſrahel: libera nos Domine in tempore anguſtiæ noſtræ.

[*Sequitur Litania prope Eccleſiam vbi fit Statio.*]

AD MISSAM

Ad S. Paulum.

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

EXaudi Domine vocem meam, qua clamaui ad te: alleluia: tibi dixit cor meum, Quæſiui vultum tuum. vultum tuum Domine requiram: ne auertas faciem tuam à me. alleluia, alleluia.

[Exaudi Domine.]

Pſal. 26. Dominus illuminatio mea & ſalus mea: quem timebo?

[Exaudi. Gloria. Exaudi.]

℣. *ad repeten.* Vnam petij à Domino, hanc requiram; [vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

[Exaudi.]

[*Item alia Antiphona ad Introitum Miſſæ.*]

SI iniquitates obſeruaueris Domine; Domine quis ſuſtinebit? quia apud te propitiatio eſt Deus noſter.

Pſal. 129. De profundis clamaui ad te Domine; Domine exaudi orationem meam. *Antiphon.*

[*Quando fit Collecta, ad Miſſam non dicitur* Kyrie; *quia Subdiaconus dixit in Litania.*]

Reſponſorium Gradole.

Propitius eſto Domine peccatis noſtris; nequando dicant gentes: Vbi eſt Deus eorum?

℣. Adiuua nos Deus Salutaris noſter: & propter honorem nominis tui Domine libera nos.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

POpulum humilem. [*pag.* 69.]

Antiph. ad Commun.

VNam petij à Domino; hanc requiram; vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

[*Item alia ad Commun.*]

PRimùm quærite regnum Dei: & omnia adijcientur vobis, dicit Dominus.

IN TERTIO DIE.

[*ſiue*] *Feria Quarta.*

Collecta ad S. Euſebium.

Anti-
phon.

Antiphona ad Introitum Collecta.

CONuertere Domine aliquantulum: & deprecare ſuper ſeruos tuos.

[Conuertere.]

Pſal. 89. Domine refugium [factus es nobis: à generatione & progenie.

[Conuertere. Gloria. Conuertere.]

Antiphona per viam.

PEccauimus Domine; & tu iratus es nobis: & non eſt qui effugiat manus tuas: ſed ſupplicamus vt veniat ſuper nos miſericordia tua: qui Nineui pepercisti, miſerere nobis.

Antiph. Exaudi nos Domine; qui exaudiſti Ionam de ventre cœti: exaudi nos clamantes; qui exaudiſti Dauid proſtratum & iacentem in cilicio; clamantes & dicentes; Parce, parce; & defende plaſma tua Deus noſter.

[Sequitur Litania prope Eccleſiam vbi fit Statio.]

AD. MISSAM

Statio ad S. Laurentium foris murum.

Antiph. ad Introitum Miſſæ.

DIcit Dominus; Ego cogito cogitationes pacis. & non afflictionis: inuocabitis me; & ego exaudiam vos: & educam captiuitatem veſtram de cunctis locis.

[Dicit Dominus.]

Pſal. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi orationem meam.

[Dicit Dominus. Gloria. Dicit Dominus.]

℣. *ad repeten.* Fiant aures tuæ [intendentes: in orationem ſerui tui.

[Dicit Dominus.]

[*Quando fit Collecta, ad Miſſam non dicitur* Kyrie; *quia Subdiaconus dixit in Litania.*]

Reſponſ. Gradale.

Saluum fac populum tuum, Domine; & benedic hæreditatem tuam.

℣. Ad te Domine clamaui; Deus meus ne ſileas à me: & ero ſimilis deſcendentibus in lacum.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

DE profundis clamaui ad te Domine; Domine exaudi orationem 1 ſerui tui: de profundis clamaui ad te Domine. 1. al. meam.

Antiphona ad Commun.

AMen dico vobis: quicquid orantes petieritis, credite quia accipietis, & fiet vobis.

Ex Ord.

Ex Ord. S. Vallicellano. D. S.

In Letania Minore ſicut in Maiore.

Feria II.

In primis agitur Benedictio cineris: ſequitur Antiphona, Exſurge Domine; adiuua nos. *Pſal.* Deus auribus noſtris, *& cum* Gloria. *qua finita ponendi ſunt cineres ſuper capita ſicut Antiphona teſtatur*, Immutemur habitu in cinere, & cilicio.

Sequitur Oratio.

Mentem familiæ tuæ, quæſumus Domine, intercedente beato Laurentio martyre tuo, & munere compunctionis aperi; & largitate pietatis exaudi. Per.

Quando autem leuantur Reliquiæ, imponit Cantor hanc Antiphonam. Surgite Sãcti de manſionibus veſtris. *Ant* De Hieruſalem exeunt Reliquiæ. *Sequuntur verſus Letaniæ huiuſmodi.*

Dicamus omnes. Domine miſerere.
Ex toto corde, ex tota mente oramus te.
Pro ſancta Eccleſia Catholica quæ eſt in toto Orbe diffuſa, ſupplicamus te. Domine [miſerere.]
Pro Paſtore noſtro N. & grege ſibi commiſſo flagitamus te. Domine.
Pro Imperatore noſtro, & omni exercitu eius obſecramus te. Domine.
Pro aëris temperie, & fœcunditate terræ precamur te. Domine.
Pro his qui infirmantur, & diuerſis languoribus detinentur exoramus te. Domine.
Pro remiſſione peccatorum, vel emendatione eorum rogamus te. Domine.
Exaudi nos Deus in oratione noſtra, quia pius es Deus.

Item Antiphona. Ego ſum Deus Patrum noſtrorum dicit Dominus. [*Antiphona.*] Populus Sion conuertimini. [*Antiph.*] Domine Deus noſter, qui cum patribus noſtris. *Antiphona.* Iniquitates noſtræ Domine. *Antiphona.* Domine non eſt alius Deus præter te. Exaudi Domine deprecationem ſeruorum. Miſerere Domine plebi tuæ. *Antiphona.* Exaudi Deus deprecationem noſtram. Deprecamur te Domine in omni miſericordia tua. Inclina Domine aurem tuã, & exaudi. *Antiph.* Multa ſunt Domine peccata noſtra. *Antiph.* Peccauimus Domine: & tu iratus es nobis. *Antiph.* Inuocantes Dominum, exclamemus. *Antiph.* Domine Rex Deus Abraham. Numquid eſt in idolis gentium qui pluet. Exaudi Domine populum tuum. Reſpice Domine, quia aruit. *Antiph.* Domine rigans móntes. *Antiph.* Inundauerunt aquæ. Non nos demergat Domine *Antiph.* Exaudi nos Domine, qui exaudiſti Ionam. *Antiph.* Libera Domine populum. Domine miſerere noſtri. Conuertere Domine. Non in iuſtificationibus noſtris *Antiph* Cuſtodiat Dominus animas ſanctorum ſuorum. *Antiph.* Annunciate inter gentes, annunciate inter gentes gloriam eius. In Sanctis glorioſus es Deus noſter. Plateæ Hieruſalem. Ambulate Sancti Dei. Ambulate Sancti. Ingredimini, ingredimini benedicti Domini. Deus in adiutorium meum intende. In ieiunio & fletu. *Antiph.* Sit Dominus Deus noſter nobiſcum. Domine Deus noſter da pacem Cognoſcimus Domine impietates noſtras. *Antiph.* Super populum tuum Domine. Quæſumus dimitte nobis debita noſtra. *Antiph* Ecce populus cuſtodiens Oremus dilectiſſimi nobis. Omnipotens Deus mœſtorum Omnipotẽs Deus ſupplices te rogamus *Antiph.* Domine Deus omnipotens qui ſaluos facis. Domine miſerere, quia peccauimus. *Antiph.* Omnipotens Deus, qui pro glorioſa. *Antiph.* Oraret nos mundum contemp. *Antiph.* Saluator Mundi Chriſte, qui regnas in cælis. *Antiph.* Benedicat nos Deus Pater.

Antiphon.

1 *Item Ymnus.*

Humili prece & ſincera deuotione ad te clamantes ſemper exaudi nos.

1. *Vide tom. V. Antiquarum Lectiõ. Caniſij p.* 732.

Summus

Antiphon. Summus & omnipotens Genitor, qui cuncta creaſti; æternus Chriſtus Filius, atque Deus; necnon ſauctificans dominator Spiritus Almus; Vnica Maieſtas. Trinaque ſola Dei. Humili &c.

Ipſa Dei Genitrix Reparatrix inclyta Mundi, quæ Dominum caſto corpore concipiens; perpetua ſemper radias cum virginitate; indignos famulos digno tuere tuos Humili.

Angelici proceres cælorum exercitus omnis: æterno ſemper lumine conſpicuus agmine, rer trino ſupero per ſydera regno, laudibus æternum cōcelebrent Dominum. Humili.

Petrus cum Paulo, Thomas cum Bartholomæo, & Iacobus ſanctis nos releuent precibus; Andreas, Matthæus, Barnabas, atque Iohannes, Matthias, Lucas, Marcus & altiſonus. Humili prece.

Cœtus Apoſtolicus duodeno ſydere comptus, propitius cunctos protege nos famulos; & quos multiplices lacerant per crimina peſtes: peccata abſoluens fac bona cuncta ſequi.

Nunc Stephanus, Linus, Clemens, Anacletus & almus, Xiſtus, Alexander, Corneliuſque, Pius. Hipolitus, Vitus, Laurentius, atque Modeſtus. Chryſogonuſque pius, nos miſerando iuuent. Humili.

Omnes martyrio decorati in nomine Chriſti cōſpicui teſtes, purpurei proceres, qui bello inuicti ſuperaſtis dæmonis iras. conſpirata manus vincere morte minas. Humili.

Silueſter, Damaſus, Gregorius, Ambroſiuſque, Hilarius, Zeno. Maximus, atque Leo. Martinus, Proculus, Cæſarius, Euſebiuſque orent pro noſtris criminibus varijs. Humili prece.

Athletæ Domini vos nunc depoſcimus Almidiſibodo Pius, atque Boniſacius, Pancratius, Paulus, Gregorius, atque Ioannes: crimine pro noſtro ferte iuuando preces. Humili.

Ordo ſacer Cōfeſſorū quoq; præcipuorum, auxilio tutos vndique [redde] tuos: atq; tua noſtrorum prece dimittendo reatum: nos releues multum cladibus omnigenis. Humili prece.

Paulus & Antonius, Macharius, Arſeniuſque, Pachumius, Beda, Attala, Paſnucius, Bertolfus, Libertinus, Baſilius, atque Hieronymus doctor: nos miſerate precor. Humili prece.

1 Theodole ſummi miles fortiſſime Chriſti: nobis nunc famulis auxiliare tuis: nil ſic proſpicuum poterit vox clara referre: vt decet in tali nunc Patris obſequio. Humili. *1. Apud Cantſium.* Gallo Dei. &c.

Hic tibi perpetuis reſonant concentibus ædes, officiis, & ſacris ſemper habetur honos: nunc læti famuli celebrant hic feſta benignè, laudibus inſtantes nocte, dieque tuis. Humili prece.

Dirige corda pius; & tempora dirige noſtra; atque dies lætos ducere da famulis: vt ſemper valeant tibimet cantare quieti, te quoque cæleſti cernere luce poli. Humili prece.

O dilecte Deo radians virtute coruſca, Sancte 2 Albane Pater, iunge preces [pariter] intercede pius; veniam poſcendo miſellis; aureque iam blanda carmina percipiens. Humili prece. *2. Ibidē.* Othmare.

Summe Dei cultor Monachorum Rector & Abbas ô Benedicte ſacer, atque benigne pater, iſtud cœnobium, cœtumque tibi famulātum noſtraque ſanctificans cun[...]ruere ſimul. Humili prece.

Fe[...]as, Felix, Eulalia, Digna, Yrena, Petronillaque, cum perpete Perpetua, Agnes, atque Agathes, [Chriſtina] Euprepia, Thecla, Euphemia, Regula, Eugenia, atque Bona.

Virginitate chorus reſplendens candidularum turba puellarum integritate nitens, quæ geminis gaudes pulchrum decorata coronis laude pudicitiæ, martyrijque ſimul.

Omnes nunc Sancti nobis ſuccurrite lapſis; & veniam cunctis ferte iubando malis: nam veſtris precibus petitis quæcumque rogantes. annuit ipſe pius, nilque negat Dominus. Humili prece.

Pacem

Pacem perpetuã rogitamus proſpice Chriſte, & ſanæ vitæ gaudia longa diu; temperiem cæli tribuens, vt copia frugum omnibus exundet vbere lætitia. Humili prece.

Agne Dei Patris, qui Mundi crimina tollis, optatæ pacis munera trade tuis. Kyrie pantocrator yſos odiſſeſe pantos ſub Baſilios ymon Chriſte eleiſon ymas. Humili.

Dimitte nobis Domine peccata noſtra. Propitius eſto Domine peccatis noſtris. Sacerdotes Dei fundite lacrymas. Tu es Domine Saluator, qui paralytico. Sicut paſtor portat.

Annunciate inter gentes. *Antiphona.* Sanctos portauimus Sanctorum ſub altare Dei ſedes. *Antiph.* Suſcipiamus Domine miſericordiam tuam. *Antiph.* Tu autem Domine in æternum permanes. *Antiph.* Domine in flagellis tuis. Timor & tremor.

Benedicat vos Trina Maieſtas.

FERIA. TERTIA

Antiph. Exſurge Domine. *Pſalmus.* Deus auribus noſtris.

Antiph. Immutemur habitu.

[*Oratio.*]

Deus qui culpas delinquentium diſtricté feriendo percutis; fletus quoque lugentium non recuſes: vt qui pondus tuæ animaduerſionis cognouimus; etiam pietatis gratiam ſentiamus. Per.

Antiph. Surgite Sancti de manſionibus. *Antiph.* Cum iocunditate. De Hieruſalem exeunt.

Clamemus omnes vna voce. Domine miſerere.

Amara nobis eſt vita noſtra.

Bellis attriti: imber ſuſpenſus.

Corruamus peccatis: opprimimur plagis.

Delicta dele: veniam tribue.

De cælis reſpice; clamantes attende.

Flagella remoue: pacẽ concede.

Gemitum reſpice: pius exaudi.

Antiphon. Ecce populus. Aufer à nobis Domine iniquitates noſtras; vt mereamur puris mentibus introire ad Sancta Sanctorum.

Exaudi, exaudi, exaudi preces noſtras, Sanctorum omnium ſuffragantibus meritis.

Miſerere, miſerere, miſerere Domine populo tuo; quem redemiſti Chriſte Sanguine tuo: ne in æternum iraſcaris nobis.

Pater de cælis Deus, miſerere nobis.
Fili Redemptor Mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus Sancte Deus, miſerere nobis.
Qui es Trinus & vnus Deus, miſerere nobis.
Ipſe idemque benignus Deus, miſerere nobis.

Sancta Dei Genitrix,	ora.
Sancta Virgo Virginum,	ora.
Sancta Maria,	ora.
Sancte Petre,	ora.
Sancte Paule,	ora.
Sancte Andrea,	ora.
Sancte Philippe,	ora.
Sancte Matthæe,	ora.
Sancte Symon,	ora.
Sancte Lamberte,	ora.
Sancte Martine,	ora.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancta Perpetua,	ora.
Sancta Chriſtina,	ora.
Sancta Columba,	ora.
Sancta Margarita,	ora.
Sancta Iuliana,	ora.
Sancta Anaſtaſia,	ora.
Omnes Sancti,	orate pro nobis.

Gratiam tuam, concede nobis Domine.
Aëris temperiem, concede nobis Domine.
Ab inimicis noſtris, libera nos.
Gaudium & pacem, dona nobis Domine.
Fili Dei, miſerere nobis.
Nunc & in perpetuum, miſerere nobis.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Ardua

Antiphon. 1 Ardua ſpes Mundi, ſolidator & inclyte cæli, Chriſte exaudi nos propitius famulos. Ardua.

1. Vide Tom. V. Antiquarũ Lectiõ. Caniſij p. 742.

Virgo Dei Genitrix, rutilans in honore perenni, ora pro famulis ſancta Maria tuis. Chriſte.

Angele Dei ſumme Michael miſeraſcito noſtra: adiuuet [&]Gabriel, atque pius Raphahel. Ardua.

Aſpice nos omnes clemens Baptiſta Ioannes: Petreque cum Paulo nos rege doctiloquo. Chriſte.

Cœtus Apoſtolicus ſit nobis fautor, & omnis ac Patriarcharum, Propheticuſque chorus. Ardua.

Poſcere nunc Stephanum ſtudeamus carmine ſummum; vt cum Martyribus nos iubet ipſe pius. Chriſte exaudi nos.

Inclyte Laurenti, qui flammas exuperaſti victor, ab æthereo nos miſerere choro. Ardua.

Splendide Silueſter, Gregori ac ſancte Magiſter, nos quoque cum ſocijs ferte iuuando polis. Chriſte.

O Martine Dei Confeſſor ſummeque Sacerdos, gemma Sacerdotum auxilium fer ymon. Ardua.

Aſt Benedicte Pater Monachorum, Galleque frater cum reliquis Sanctis nos refouete polis. Chriſte.

V: Ibid. Maxime de Suenis ſuperis coniuncte cateruis, ſancte 1 Maure tuum lætifica populum. Ardua.

Othmàre, Inclyte Magne tuam clemens [nunc] reſpice plebem. Pōtifices fides ac reliquos famulos. Chriſte.

Virgineos flores, Agnes, Agatheſque ferentes, auxilio veſtris addite nos ſocijs. Ardua.

Bis Vualburga comes, noſtras pia ſuſcipe preces nos & cum Domino protege ſancto polo. Chriſte.

Innocuos Pueros reſonemus laude perfectos; qui nos perpetuos efficiant pueros. Ardua.

Omnes ò Sancti noſtræ ſuccurrite vitæ. Omnes ò Sancti.

Perq; Crucem ſanctam ſalua nos Chriſte Redemptor. Perque.

Ira deque tua clemens nos eripe Chriſte; Ira deque.

Nos peccatores audite, Chriſte rogamus. Nos.

Vt pacem nobis dones te Chriſte rogamus. Vt.

Crimen vt omne tuis ſoluas te Chriſte rogamus. Crimen.

Vt fruges terræ dones, te Chriſte rogamus. Vt fruges.

Vt populum cunctum ſalues, te Chriſte rogamus. Vt populum.

Eccleſiam tuam firmes, te Chriſte rogamus. Eccleſiam.

Fili celſi throni nos exaudi, te Chriſte rogamus. Fili.

Agne Dei Patris nobis miſerere puſillis. Agne.

Chriſte exaudi nos, ò Kyrie ymon eleiſon. Chriſte.

FERIA. QVARTA.

Exſurge Domine adiuua nos. *Pſalmus.* Deus auribus noſtris.

Antiph. Immutemur habitu.

Item Oratio.

Parce Domine, parce populo tuo: vt nullis iam patiaris aduerſitatibus fatigari; quos pretioſo Filij tui Sanguinem redemiſti. Per.

Antiph. Surgite Sancti de manſionibus cum iucunditate. *Antiph.* De Hieruſalem exeunt Reliquiæ.

Kyrie eleiſon.

Domine Deus omnipotens patrum noſtrorum.

Reſpice de cælo, & de ſede ſancta tua.

Pro pace Regum, & quiete populorum.

Pro loco noſtro & habitatione.

Libera nos, qui liberaſti filios Iſrael.

Exaudi preces ſupplicantium te Chriſte. Kyrie eleiſon.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, miſerere nobis.

Suſcipe deprecationem noſtram; qui ſedes

des ad dexteram Patris ; miſerere nobis.
Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto, ſicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.
Exaudi Deus voces noſtras. Exaudi Chriſte preces noſtras. Exaudi Deus. Miſerere nobis.
Sancte Sanctorum Deus, miſerere nobis.
Sancta Virgo Virginum, intercede pro nobis.
Sancta Maria, intercede pro nobis.
Sancte Michael, Intercede.
Sancte Petre, interc.
Sancte Paule, interc.
Sancte Andrea, interc.
Sancte Stephane, interc.
Sancte Line, interc.
Sancte Victor, interc.
Sancte Auguſtine, interc.
Sancte Seuerine, interc.
Sancta Felicitas, interc.
Sancta Petronilla, interc.
Sancta Margarita, interc.
Sancta Cæcilia, interc.
Omnes Sancti, intercedite.
Exaudi Deus.
Papæ vita.
Exaudi Deus.
Regi vita.
Exaudi Deus.
Antiſtiti vita.
Exaudi Deus.
Orationem populi tui.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Rex Saluator alme, Sanctus ſuſcipe noſtrarum munus precum, Alleluia. Alleluia. Alleluia.
Indulgere nobis aſſiduis ſeruis ſcelere grauatis. Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon: Kyrie eleiſon.
O Sancta Maria Mater atque Virgo, poſtula pro nobis.
Archangele ſumme Michael Vt Deus, poſtula pro nobis.
Condigne Gabriel, Fortitudo Dei, poſtula pro nobis.
O conſors Raphael, Medicina Dei, poſtula pro nobis. *Antiphon.*
O almitas ſancta Patriarcharum, poſtula pro nobis.
Concors impleta Deo virtute Propheta, poſtula pro nobis.
O Martyres ſancti veniam precamini pro peccatis noſtris.
Confeſſores ſancti precibus aſſiduis, poſcite pro nobis.
O cæli patroni Monachi beati, poſcite pro nobis.
O ſacrus chorus Virginum coruſci, poſcite pro nobis.
Fauentes ſacrarum Viduarum preces nobiſmet nunc proſint.
O Sancti vos omnes Virtutes innumeræ, poſcite pro nobis.
Maligno ab hoſte vt Deus defendat nos hic & in æternum.
Ab omni periculo vt Deus defendat hic nos & in æuum.
A gente Pagana vt Deus defendat nos hic & in æuum.
Vt aerem temperiem bonam ac frugiferam det nobis Saluator.
Vt commoditatem aëris rorantis det nobis Saluator.
Vt tranquillam vitam & pacem & perennem det nobis Saluator.
Vt indulgentiam criminum noſtrorum det nobis Saluator.
Vt Summum Paſtorem Papam Apoſtolicum Dominus conſeruet.
Vt Imperatorem & eius Exercitum Dominus conſeruet.
Vt per totum Orbem Eccleſiam ſanctam Dominus conſeruet.

IN. VIGILIA. ASCENSIONIS DOMINI

1. *Ad S. Mariam.* 1. *A.*

Q *Re-*

Antiphon. 1. *M.* 1 *Require Officium vt ſupra in die Dominico.*

[*Al. Officium ex Cod. A.*]

Antiph. Miſericordia Domini. *Pſ.* Exſultate iuſti. [*pag.* 109]
Alleluia ∙ ∙ ∙ ∙ ∙ ℣. Dominus in cælo parauit ſedem ſuam; & regnum eius omnium dominabitur ∙ ∙ ∙ ∙ ∙
Alleluia ∙ ∙ ∙ ∙ ∙
℣. Non vos relinquam orphanos: vado & venio ad vos; & gaudebit cor veſtrum.
Offer. Lauda anima. [*req. pag.* 111.]
Comm. Modicum, & non. [*req. pag.* 111.]

Aliud vt ſupra.

[*ex eod. Cod. A.*]

Antiph. Narrabo nomen tuum fratribus meis. alleluia: in medio Eccleſiæ laudabo te. allel. alleluia. *oia. euouae.* *Pſal* Ad te Domine leuaui.
Alleluia. ℣. Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum.
Offer. Lauda anima. [*req. pag.* 111.]
Commun. Pater manifeſtaui nomen tuũ hominibus, quos dediſti mihi: nunc autem pro eis rogo, non pro mundo; quia ad te vado. alleluia. *oia. euouae.*

[*Item aliud Officium.*]

[*Ex Cod. S.*]

Antiph. Salus populi ego ſum. [*req. pag.* 60.]
Alleluia. ℣. Lauda Ieruſalem Dominum; lauda Deum tuum Sion: quoniam confortauit ſeras portarum tuarum; benedixit filios tuos in te.

Offer. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Domine: & ſuper iră inimicorum extendis manum tuam; & ſaluum me fecit dextera tua.
Commun. Tu mandaſti Domine mandata tua cuſtodiri nimis: vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

[*Item aliud Officium.*]

2 *Ant.* Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exſultationis. 2. O. P.
Pſal. 46. Subiecit populos nobis; & gentes ſub pedibus noſtris.
3 Alleluia. ℣. Omnes gentes [plaudite manibus; iubilate Deo in voce exſultationis.] 3. P.
4 *Al.* Alleluia. ℣. Non vos relinquam orphanos: vado & venio ad vos; & gaudebit cor veſtrum. 4. O.
5 *Offer.* Viri Galilæi, quid admiramini [*req. pag. ſequente.*] 5. P.
6 *Al. Offer.* Lauda anima. [*pag.* 111.] 6. O.
7 *Cõmun.* Pater cùm eſſem cum eis, ſeruabam eos quos dediſti mihi: alleluia: nunc autem ad te venio. non rogo vt tollas eos de mundo; ſed vt ſerues eos à malo. 7. P.
8 *Al. Comm.* Modicum & non videbitis [*pag.* 111.] 8. O.

IN. DIE. ASCENSIONIS DOMINI.

Statio ad S. Petrum.

Antiphona ad Introitum.

Viri Galilæi, quid admiramini aſpicientes in cælum? alleluia: quemadmodum vidiſtis eum aſcen-

aſcendentem in cælum; ita veniet. alleluia, alleluia, alleluia.

* [Viri Galilæi.]

Ton. VII. oia. euouae.

Pſal. 46. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis.

Viri Galilæi.

[Gloria. Viri Galilæi.]

℣. *ad repeten.* Aſcendit Deus in iubilatione; & Dominus in voce tubæ.

Al. ℣. *ad repeten.* Pſallite Deo noſtro; pſallite: pſallite ſapienter.

Al. ℣. *ad repeten.* Cumque intuerentur in cælum euntem illum; ecce duo viri adſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis: qui & dixerunt.

Viri Galilæi.

ALleluia .... [*repet.* Allel.] ℣. Aſcendit Deus in iubilatione; & Dñs in voce tubæ. ....

[*repet.* Alleluia.

ALleluia ... [*repet.* Alleluia] ℣. Dominus in Sina in Sancto, aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. 1

[*repet.* Alleluia.]

Al. Alleluia .... ℣. Viri Galilæi quid admiramini aſpicientes in cælum? quemadmodum vidiſtis eum 2 euntem in cælū, ita veniet.

1. dedit dona hominibus. S

2. aſcē-dentem O.

[*Antiph. ad Offeren.*]

* AScendit Deus in iubilatione; & Dominus in voce tubæ. alleluia. 3

[Aſcendit Deus.]

*C. M. P. S.

3. *S. add. aliud* Allel.

℣. *I.* Omnes gentes plaudite manibus; iubilate Deo in voce exſultationis. *Antiphon.*

[Alleluia.]

℣. *II.* Quoniam Dominus ſummus terribilis, 4 & rex magnus ſuper 5 omnes deos.

4. *P. om.* &

5. omnem terram. *P.*

[Alleluia.]

℣. *III.* Subiecit populos nobis: & gentes ſub pedibus noſtris.

Alleluia.

[*Item alia.*]

* VIri Galilæi, quid admiramini adſpicientes in cælum. Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum; ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cælum. alleluia.

* *A. C. G. O. P.*

℣. Cumque intuerentur in cælum euntem illum; ecce duo viri adſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt.

Sic veniet.

Antiph. ad Commun.

PSallite Domino qui aſcendit ſuper cælos cælorum ad Orientem. alleluia, 6 alleluia.

6. *om. P.*

[Pſallite Domino.]

7 *Pſal.* 67. [Exſurgat Deus: & diſſipentur inimici eius; & fugiant à facie eius qui oderunt eum.

7. *P.*

8 *Al. Pſ.* Omnes gentes plaudite manibus.

8. *A. M.*

[Pſallite. Gloria. Pſallite.]

9 ℣. *ad repeten.* Date gloriam Deo ſuper Iſrael [magnificentia eius

9. *P.*

Digitized by Google

Anti-phon. eius & virtus eius in nubibus.]
[Pſallite.]

DOMINICA. PRIMA.

1. Aſcenſiom, A. 1 *poſt Aſcenſionem Domini.*

Antiphona ad Introitum.

EXaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te. alleluia: tibi dixit cor meũ, Quæſiui vultum tuum: vultum tuum Domine requiram, ne auertas faciem tuam à me. alleluia, alleluia.

[Exaudi Dñe.]

Ton. I. oia. euouae.

P*ſalm.*26. Dominus illuminatio mea & ſalus mea: quem timebo?

Exaudi. [Gloria. Exaudi.]

℣.*ad repeten.* Vnam petij à Domino hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Exaudi.

ALleluia. • • • • [*repet.* Allel.]
℣. Dominus in Sina in Sancto [aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem.]

[*repet.*Alleluia.]

ALleluia • • • • • • [*repet.* Allel.]
℣. Dum venerit Paraclitus Spiritus veritatis,qui à Patre procedit; ille teſtimonium perhibebit de me.

[*repet.* Alleluia.]

Al. Alleluia. ℣. Paratum.

Al. Alleluia. ℣. Lætatus ſum.

Al. Alleluia. ℣. Aſcendit Deus.

Al. Alleluia. ℣. Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea; pſallam Deo meo quandiu ero.

Al. Alleluia. ℣. Regnabit Dominus ſuper omnes gentes; Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

Al. Alleluia. ℣. Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum.

Al. Alleluia. ℣. Qui confidunt in Domino,ſicut mons [Sion:] non commouebitur in æternum,qui habitat in Hieruſalem.

Al. Alleluia. ℣. Nos vos relinquam orphanos: vado & venio ad vos; & gaudebit cor veſtrum.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

2 AScendit Deus in iubilatione; Dominus in voce tubæ.Allel. 2. *A. G. O.*

[Aſcendit Deus.]

℣. *I.* Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exſultationis.

Alleluia.

℣. *II.* Quoniam Dominus ſummus terribilis, rex magnus ſuper omnem terram.

Alleluia.

℣. *III.* Subiecit populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris.

Alleluia.

3 [*Item alia ad*] *Offeren.* 3. *C. P. M.*

LAuda anima mea Dominum.
℣. *I.* Qui cuſtodit veritatem.
℣. *II.* Dominus erigit eliſos.

[*req. pag.* [111.]

Item

1. *S.* 1 *Item alia.*

Iubilate Deo omnis terra; pſalmum dicite nomini eius; date gloriam laudis eius: venite & audite me; & narrabo vobis, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ, alleluia.

Antiph. ad Commun.

Pater cùm eſſem cum eis, ego ſeruabam eos quos dediſti mihi: alleluia: nunc autem ad te venio. non rogo vt tollas eos de Mundo; ſed vt ſerues eos à malo. alleluia, alleluia.

[Pater.]

Ton. IV. oia. euouae.

Pſal. 26. *vt ſupra.* [Dominus illuminatio mea & ſalus mea:quem timebo?]

[Pater. Gloria. Pater.]

2. *S.* 2 *Item alia.*

Triſtitia veſtra, alleluia, vertetur in gaudium, alleluia, alleluia.

S A B B A T O

in Vigilijs Pentecoſten.

Statio ad S. Iohannem in Lateranis.

3. *C.* 3 *Sabbato ſancto Vigil. Pentecoſtes. Lectio.* Tentauit Deus Abraham. *Lect.* Scripſit Moyſes. *Tractus,* Attende cælum. *Lect.* Adprehenderunt. *Tract.* [Vinea. *Lect.*] Audi Iſrael. *Tract.* Sicut ceruus. *Ad Introitum Litania ſicut in Paſcha.* *Antiphon.*

4 *Octaua hora diei ingrediuntur Eccleſiam: & incipit Clerus Litaniam cum ſeptem Sanctorum nominibus, ſicuti in Sabbato Sancto, cum Poſtulationibus ſicut mos eſt. Hæc autem Letania quinquies pronuncietur; & quinquies reſpondeatur. Qua finita, incipiunt Lectiones: quarum prima hæc eſt;* In principio. *Secunda,* Tentauit Deus. *Tertia,* Factum eſt in vigilia. *ſequitur Canticum,* Cantemus Domino. *Quarta Lectio,* Scripſit Moyſes. *ſequitur Canticum,* Adtende cælum, *& Oratio V. Lect.* Adpræhendent. *ſequitur Canticum,* Vinea facta eſt. *Sexta Lectio,* Audi Iſrael. *ſequitur Canticum,* Sicut ceruus. *Quibus expletis, iterum incipit Clerus Letaniam: ter pronuntietur; terq; reſpondeatur. Finis verò iſtius Letaniæ ſic finiatur ſicut ad Miſſam die Dom.* 4. *A.*

5 *Poſt hæc dicit Sacerdos,* Gloria in excelſis Deo. *Qua finita, dicit Orationem: legitur Epiſtola: cantatur.* 5. Ad Introitum Litania deinde & Cōfitemini. *P.*

Alleluia · · · · · · [*repet.* Allel.] ℣. Cōfitemini Domino; quoniam bonus; quoniam in ſæculum miſericordia eius.

[*repet* Alleluia.]

Tra-

Digitized by Google

Anti-phon.

Tractus.

Laudate Dominũ omnes gentes: & collaudate eum omnes populi:

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius; & veritas Domini manet in æternum.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

Emitte Spiritum tuum; & creabuntur: & renouabis faciem terræ. Sit gloria Domini 1 in ſæculum. alleluia. 2

1 in ſecula *O. M.*

[Emitte.]

℣. *I.* Benedic anima mea Domĩno. Domine Deus meus magnificatus es vehementer.

2. *al. add.* Allel.

Sit gloria Domini.

℣. *II.* Confeſſionem & decorem induiſti, amictus 3 lumen ſicut 4 veſtimentum.

3. *al.* lumine

4. veſtiméto *P.*

Sit gloria Domini.

℣. *III.* Extendens cælum ſicut pellem; qui tegis in aquis ſuperiora eius; qui 5 ponis nubem aſcensũ 6 tuum.

5 ponit *M.*

6. ſuum *M.*

Sit gloria Domini.

Antiphona ad Commun.

Vltimo Feſtiuitatis die; dicebat Ieſus; Qui in me credit, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. alleluia, alleluia.

[Vltimo Feſtiuitatis die.

Ton. II. oia euouae.

Pſal. 103. Benedic anima mea Dominũ: [Dominum Deus meus magnificatus es vehementer.]

[Vltimo. Gloria. Vltimo.]

℣. Nondum [erat] Spiritus datus; quia Ieſus nondum erat glorificatus.

℣. Et inſufflauit in eis; & dixit, Accipite Spiritum Sanctum.

Hoc autem.

[*Ex Ord. Rom. MS. Vallicellano not. D.* 5.]

In Menſe Iunio.

Si euenerint XII. Lectiones in Sabbato Pentecoſtes.

IV. Feria.

Introitus. Exaudi Domine vocem meam, qua clamaui.

Alleluia.

Alleluia. Domine Deus ſalutis meæ.

Offer. Viri Galilæi.

Comm. Pater cùm eſſem cum eis.

Feria VI.

Introitus. Exaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te.

Alleluia. ℣ Domine refugium.

Offer. Viri Galilæi.

Commun. Pater cùm eſſem.

Sabbato.

Primitus dic. Litania: Kyrie eleiſon: Chriſte eleiſon: Kyrie eleiſon. Gloria in excelſis Deo.

℟. *Grad.* ..... [*for.* 7. Ad Dominum.]

7. *Berno Augiē. Abbas cap.* 7.

Grad. Protector noſter.

Grad. Dirigatur oratio meà.

Grad. Propitius eſto Domine.

Benedictiones.

Alle-

Alleluia. ℣. Confitemini Domino. *Tractus* Laudate Dominum omnes gentes.

Offer. Emitte Spiritum tuum

Commun. Vltimo Feſtiuitatis die.

1. In die ſancto Pentecoſtes. *B.*

1 DOMINICA. PENTECOSTES.

Ad S. *Petrum.*

Antiphona ad Introitum.

SPiritus Domini repleuit orbem terrarum: alleluia: & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. alleluia, alleluia, alleluia.

[Spiritus Domini.]

Pſal.67. Exſurgat Deus, & diſſipentur inimici eius; & fugiant à facie eius qui oderunt eum.

2. *S.* 2 *Al. Pſ.* 103. Benedic anima mea Dominum. Domine Deus [meus magnificatus es vehementer.]

[Spiritus. Gloria. Spiritus.]

℣. *ad repeten.* Confirma hoc Deus [quod operatus es in nobis: à Templo ſancto tuo quod eſt in Hieruſalem, tibi offerent reges munera.]

3. *S.* 3 *Al.* ℣. *de Pſal.* 103. *ad repeten.* Emitte Spiritum tuum; [& creabuntur: & renouabis faciem terræ.]

Spiritus Domini.

ALleluia ····· [*repet.* Allel.] ℣. Emitte Spiritum tuum; & creabuntur: & renouabis faciem terræ.

[*repet.* Alleluia.]

4 ℣. Sit gloria Domini in ſæculum ſæculi: lætabitur Dominus in operibus ſuis. *Antiphon.* 4. *M.*

ALleluia. ····· [*repet.* Allel.] ℣. Spiritus Domini repleuit Orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.

[*repet.* Alleluia.]

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

COnfirma hoc Deus quod operatus es in nobis: 5 à Templo tuo quod eſt in Hieruſalem, tibi 6 offerunt reges munera. alleluia. 7

5. à templo tuo quod eſt in nobis, à templo &c. *P.* à templo ſancto tuo. *M.* 6. offerent. *P.*

[Confirma.]

℣. *I.* Cantate Domino; pſalmum dicite nomini 8 eius: iter facite ei qui aſcendit ſuper Occaſum: Dominus nomen eſt illi.

Tibi offerunt.

℣. *II.* In Eccleſiis benedicite Dominum Deum de fontibus Iſrahel.

7. *al. add.* Alleluia.

Tibi offerunt.

℣. *III.* Regna terræ cantate Deo: pſallite Domino qui aſcendit ſuper cælos cælorum ad Orientem.

8. *al.* eius qui aſcendit &c.

Tibi offerunt.

Antiphona ad Commun.

FActus eſt repentè de cælo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis,

Anti-phon. tis, vbi erant ſedentes: alleluia: & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, loquentes magnalia Dei. alleluia, alleluia.

[Factus eſt.]

Pſ.67.vt ſupra. [Exſurgat Deus: & diſſipentur inimici eius; & fugiant à facie eius qui oderunt eum.]

[Factus eſt. Gloria. Factus eſt.]

℣. *ad repeten.* [Confirma hoc Deus. *vt ſupra ad Introitum.*]

Factus eſt.

FERIA. SECVNDA
Ad S. Petrum ad Vincula.

Antiphona ad Introitum.

CIbauit eos ex adipe frumenti: alleluia: & de petra melle ſaturauit eos. alleluia, alleluia, alleluia.

[Cibauit eos.]

Pſal.80. [Exſultate Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Iacob.]

[Cibauit. Gloria. Cibauit.]

℣. *ad repeten.* Sumite pſalmum, & date tympanum, pſalterium iucundum cum cithara.]

Cibauit.

1. B. 1 *Feria II.* [*&*] *per totam hebdomadam*, Alleluia.

2. S. P. M. 2 ALleluia. [*repet.* Allel.] ℣. Venite, exſultemus Domino; iubilemus Deo Salutari noſtro.

[*repet.* Alleluia.]

3 ℣. Præoccupemus faciem eius in confeſſione: & in pſalmis iubilemus ei. 3. P.

4 ALleluia. [*repet.* Allel.] ℣. Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini. 4. S. M. P.

[*repet.* Alleluia.]

5 *Al.* Alleluia. ℣. Dominus regnauit. 5. C.

6 *Al.* Alleluia. ℣. Cantate Domino. 6. G.

7 *Al.* Alleluia. ℣. Emitte Spiritũ. 7. G.

Al. Alleluia. ℣. Spiritus Sanctus docebit vos quæcumque dixero vobis, dicit Dominus.

Al. Alleluia. ℣. Veni Sancte Spiritus: reple tuorum corda fidelium; & tui amoris in eis ignem accende.

Al. Alleluia. ℣. Sancti Spiritus Domine.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

INtonuit de cælo Dominus; & Altiſſimus dedit vocem ſuam: & apparuerunt fontes aquarum. 8 alleluia, alleluia. 8. om. M.

[Intonuit.]

℣. *I.* Diligam te Domine, fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

[Et apparuerunt.]

℣. *II.* [Liberator meus de gentibus iracundis; ab inſurgentibus in me exaltabis me; à viro iniquo eripies me.]

Et apparuerunt.

Anti-

Antiphona ad Commun.

Spiritus Sanctus docebit vos; alleluia, quæcumque dixero vobis. alleluia, alleluia.

[Spiritus Sanctus.]

Pſal. 80. *vt ſupra.* [Exſultate Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Iacob.]

[Spiritus Sanctus. Gloria. Spiritus Sanctus.]

[℣. *ad repeten.* Sumite pſalmum. *vt ſupra ad Introitum.*]

Spiritus Sanctus.

FERIA TERTIA

Ad Sanctam Anaſtaſiam.

Antiphona ad Introitum.

Accipite iucunditatem gloriæ veſtræ; alleluia; gratias agentes Deo, alleluia, qui vos ad cæleſtia regna vocauit. alleluia, alleluia, alleluia.

[Accipite.]

Pſal. 77. Attendite popule meus Legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei.

[Accipite. Gloria. Accipite.]

1. *M.* Alleluia. [*repet.* Alleluia.] 1 ℣. Lauda Ieruſalem Dominum; lauda Deum tuum Sion.

[*repet.* Alleluia.]

Antiphon.

Alleluia. [*repet. Allel.*]

2 ℣. Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea; pſallam Deo meo quandiu ero. 2. *M, P. S.*

[*repet.* Alleluia.]

3 *Al.* Allel. ℣. Qui poſuit. 3. *C.*

4 *Al.* Alleluia. ℣. Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini. 4. *C.*

5 *Al.* Alleluia. ℣. Loquebantur varijs linguis Apoſtoli magnalia Dei. 5. *O*

6 *Al* Alleluia ℣. Confiteantur Dño miſericordiæ eius; & mirabilia eius filijs hominum. 6. *G.*

7 *Al.* Alleluia. ℣. Non vos relinquam. 7. *G.*

8 *Al.* Alleluia. ℣. Confitemini. 8. *G.*

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

Portas cœli aperuit Dominus; & pluit illis manna vt ederent: panem cæli dedit illis: panem Angelorum manducauit homo. alleluia.

[Portas cœli.]

℣. *I.* Attendite populus meus [Legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei.

[Panem.]

℣. *II.* Aperiam in parabolis [os meum: loquar propoſitiones ab initio ſæculi.]

[Panem Angelorum.]

Antiph. ad Commun.

Spiritus qui à Patre procedit, alleluia, ille me clarificabit.

Anti-phon. alleluia, alleluia.
[Spiritus.]
Pſal. 77. *vt ſupra.* [Attendite popule meus Legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei.]
[Spiritus. Gloria. Spiritus.]

FERIA QVARTA
[*Menſis Quarti.*]

1 [*Collecta ad S. Adrianum.*] — *1. Ord. Rom. mſ.*

2 [al. *ad S. Petrum ad Vincula.*] — *2. mſſ. Vat.*

[*Antiphona ad Introitum Collectæ, & per viam Proceſſionis ac Litania vt in Ieiunio Menſis Decimi pag. 5.*]

Statio ad S. Mariam ad Præſepe.

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

DEus dum egredereris coram populo tuo, allelluia, iter faciens eis; alleluia; habitans in illis. alleluia, alleluia.
[Deus dum egredereris.]
Pſal. 67. Exſurgat Deus: & diſſipentur inimici eius; & fugiant à facie eius qui oderunt eum.
Deus dum egredereris.
3. [Gloria. Deus dum egredereris.] — *3. Ord. Rom. mſ & mſſ. Vat.*
[3. *Quando fit Collecta, ad Miſſam non cantatur* Kyrie; *quia Subdiaconus dixit in Litania.*]

4 Alleluia II. 4. *R.*
5 Alleluia *quale volueris.* 5. *P.*
6 Alleluia. ℣. Iubilate Deo. 6. *C.*
7 *Al.* Alleluia. ℣. Laudate Dominum. 7. *C.*
8 *Al.* Alleluia. ℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis, à Templo ſancto tuo quod eſt in Ieruſalem. 8. *O.*
9 *Al.* Alleluia. ℣. Lauda anima. 9. *G.*
10 *Al.* Alleluia. ℣. Confitebor. 10. *G.*
11 *Al.* Alleluia. ℣. Emitte Spiritum. 11. *G.*
* *Al.* Alleluia. ℣. Veni Sancte Spiritus. * *G.*
12 *Al.* Alleluia. ℣. Spiritus Paraclitus. 12. *Ord. Rom. mſ.*
13 *Al.* Alleluia. ℣. Spiritus Paraclitus. 13. *idẽ.*

14 *Si in diebus Ieiunij euenerit.* 14. *P.*

I. Reſponſorium Gradale
[*poſt I. Lectionem.*]

15 PRotector noſter aſpice Deus: & reſpice ſuper ſeruos tuos. *15. M.P.*
[Protector.]
℣. Domine Deus virtutum exaudi preces ſeruorum tuorum.
Protector.

II. Reſponſorium Gradale
[*Pſal. LXXXIX.*
poſt II. Lectionem.]

16 COnuertere Dñe aliquantulum: & deprecare ſuper ſeruos tuos. *16. M.P.*
[Conuertere.]
℣. Domine refugium factus es nobis à generatione & progenie.
Conuertere. *17. Ord. Rom. mſ. Valli cell.*

17 Si [*Ieiunium*] *venerit in ipſa hebdomada ſancta.*
Alleluia. ℣. Spiritus Paraclitus.]
Alleluia. ℣. Dñe Deus ſalutis meæ.

Anti-

[Antiphona ad] Offeren.

MEditabor in mandatis tuis quæ dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua quæ dilexi.

℣. *I.* Pars mea Dominus.

℣. *II.* Miſerere mei ſecundùm eloquium tuum. [*req. pag.* 43.]

1. G. 1 *Al. Offer.* Emitte Spiritum.

Antiph. ad Commun.

PAcem meam do vobis: alleluia: pacem relinquo vobis. alleluia, alleluia.

[Pacem meam.]

Pſal.67.vt ſupra.[Exſurgat Deus: & diſſipêtur inimici eius; & fugiant à facie eius qui oderunt eum.

2. M. 2 *Al. Pſalmus.* Iubilate Deo omnis.

[Pacem. Gloria. Pacem.]

[Ex Cod. G.]

Aliter.

Antiph. Reminiſcere.
℟. *Grad.* Domine Dñus noſter.
Alleluia. ℣. Beata gens.
Offer. Meditabor.
Comm. Intellige clamorem.

[Ex Cod. S.]

Feria IV.

Ad S. Paulum.

Antiph. Lex Domini irreprehenſibilis, conuertens animas; teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis, alleluia, *Pſal.* Cæli enarrant.

Alleluia. ℣. Laudate Dominum, quoniam bonus eſt ſpalmus: Deo noſtro io[eunda ſit laudatio.] *Antiphon.*

Offer. Benedicite gentes Dominũ Deum noſtrum: & obaudite vocem laudis eius, qui poſuit animam meam ad vitam; & non dedit commoueri pedes meos, alleluia.

Comm. Pacem meam.

FERIA. QVINTA

[Ex Cod. S.]

Ad Apoſtolos.

Antiphona ad Introitum.

SPiritus Domini repleuit orbem terrarum.

Pſal. 103. Benedic anima mea.

ALleluia. ℣. Emitte Spiritum tuum.

[Antiph. ad] Offeren.

COnfirma hoc Deus quod operatus.

Antiph. ad Commun.

FActus eſt repentè. [*Omnia vt in die Pentecoſtes. pag.*127.]

[Ex Cod. O.]

Antiph. Repleatur os meum laude tua. *Pſal.* In te Domine.

Allel. ℣. Factus eſt repentè de cælo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis.

Alleluia. ℣. Tu Domine Pater ſancte Redemptor à ſæculo.

Anti-phon. *Offer.* Erit vobis. [*pag.* 106.]
Commun. Spiritus vbi vult.

FERIA SEXTA

[*Menſis Quarti.*]

1. mss. Vat. 1 *Collecta ad S. Marcum.*

[*Antiphona ad Introitum Collectæ, & per viam Proceſſionis, vt in Ieiunio Menſis Decimi.* *pag.* 5.]

2. M. & mss. Vat. &c. 2 [*Statio*] *ad Apoſtolos.*

Antiphona ad Introitum Miſſæ.

IN Salutari tuo anima mea; & 1 in verbo tuo ſperaui: quando facies de perſequentibus me, iudicium? iniqui perſecuti ſunt me: adiuua me Domine Deus meus.

1. in verbũ tuum. *P. M.*

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. 118. *vt ſupra* [*ad Introitum.*]

DOMINICA. QVINTA

poſt Sancti Angeli.

[*al.*]

XXI. ſiue, XXII. poſt Octauas Pentecoſtes.

Antiphona ad Introitum.

SI 2 iniquitates obſeruaueris Domine; Domine, quis ſuſtinebit? quia apud te propitiatio eſt Deus 3 noſter.

2. iniquitatē. *C. M.* 3 Iſrael. *P.*

Ton. III. oia. euouae.

Pſal. 129. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Reſponſorium Gradale [*Pſal. CXXXII.*]

ECce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum.

℣. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbã barbam Aaron. *Antiphon.*

℣. Mandauit Dominus benedictionem & vitam vſque in ſæculum.

ALleluia...... ℣. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Alleluia. ℣. Qui timent Dominum, ſperent in eo: adiutor & protector eorum eſt.

Alleluia ℣. Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatians te.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

REcordare mei Domine 4 omni potentatui dominans: da ſermonem rectum 5 in os meum; vt placeant verba mea in conſpectu
6 principis.
7 ℣. Recordare quòd ſteterim in conſpectu tuo.
8 ℣. Euerte cor eius in odium repugnantium nobis, & in eos qui conſentiunt eis; nos autem libera in manu tua Deus noſter in æternum.
9 ℣. Qui regis Iſrael, intende; qui deducis.........

4. omnia potentia tua. *P. O.* 5. & benè ſonantē. *M.* 6. principum. *M.* 7. *C.* 8 *C. A. P. O. G.* 9. *C.*

Offer. Recordare mei Domine.
al. Vt placeant.

Al. Offeren.

10 Sperent in te. [*pag.* 73.] 10. *C.*

Al. Offer.

Anti- phon. 8. M. *Al. Offeren.*
1 Oraui [Deum meum] ego Daniel dicens.
℣. *I.* Adhuc me loquente.
℣. *II.* Audiui vocẽ di. [*pag.* 151.]

Antiph. ad Commun.

Dico vobis; gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

Ton. V. oia euouae.

Pſal. vt ſupra [ad Introitum.]

DOMINICA. SEXTA

poſt Sancti Angeli.

[al.]

XXII. ſiue, XXIII. poſt Octauas Pentecoſtes.

Antiphona ad Introitum.

Dicit Dominus; Ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis: inuocabitis me; & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis.

Ton. VI. oia. euouae.

Pſal. 84. Benedixiſti Domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob.

b. mss. Vat. 2 *Al. Pſal.* 129. De profundis [clamaui ad te Domine: Domine exaudi orationem meam.]

Dicit.

Reſponſorium Gradale [Pſal. XLIII.]

Liberaſti nos Domine ex affligentibus nos: & eos qui nos oderunt confudiſti.

℣. In Deo laudabimur tota die: & 3. nomini tuo confitebimur in ſæcula ······· 3. in nomine tuo. M.

4 *Al* ℟. Timebunt gentes. ℣. Quoniam ædificauit. 4. P.

Alleluia ········

℣. Domine refugium factus es nobis à generatione & progenie.

Alleluia ℣. Domine in virtute tua.

Alleluia; ℣. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.

Alleluia ℣. Dextera Domini fecit.

Alleluia. ℣. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, & laudabilis in ſæcula.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi 5 orationem meam. ······· De profundis clamaui ad te Domine. 5. vocẽ meam. P.

℣. *I.* Fiant aures tuæ intendentes in orationem ſerui tui.

De profundis.

℣. *II.* Si 6 iniquitates obſeruaueris Domine; Domine, quis ſuſtinebit? 6. iniquitatem. C.

7. *Al.* ℣. *II.* Quia apud te propitiatio eſt. 7. M.

De profundis.

Anti-

Digitized by Google

Antiphona ad Commun.

AMen dico vobis ; quidquid orantes petitis, credite quia accipietis ; & fiet vobis.

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. 129. De profundis [clamaui ad te Domine : Domine exaudi orationem meam.]

[*Ex Cod. R.*]

Dominica XXII. poſt Octau. Pentec.

Antiph. ad Introitum.

Omnes gentes plaudite.
℟. Beata gens.
Alleluia. ℣ Redemptionem.
Offer. Sicut in holocauſtũ.
Comm. Inclina aurem.

[*Ex Cod. M.*]

DOMINICA. SEPTIMA

poſt Sancti Angeli.

Antiphona ad Introitum.

OMnes gentes plaudite manibus. *Pſal.* Subiecit populos nobis. [*pag.* 143.]

Reſponſorium Gradale [*Pſal.XXXII.*]

BEata gens, cuius es Dominus Deus eorum : populus, quem elegit Dominus in hæreditatem ſibi.

Anti-phon.

℣. Verbo Domini cæli firmati ſunt : & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

ALleluia.
℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum ; benedixit filios tuos in te.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

SIcut in holocauſtum arietum & taurorum.
℣. Et nunc ſequimur. [*pag.* 143.]

Antiphona ad Commun.

INclina aurem tuam. [*pag.* 144.]

[*Ex Cod. R.*]

Dominica XXIII. poſt Octau. Pentecoſtes.

Antiphona. Dicit Dominus, Ego cogito.
℟. *Grad.* Liberaſti nos Domine.
Alleluia ℣. Dextera Domini fecit.
Offer. De profundis.
Commun. Amen dico vobis, quidquid.

DE. SS. TRINITATE

[al.]*Dominica XXIV. poſt Octau. Pentec.*
[al.] *Dominica de Sancta Trinitate.*
[al.] *Die Dominica de S. Trinitate.*

Antiphona ad Introitum.

Benedicta ſit ſancta Trinitas atque indiuiſa Vnitas : confitebimur ei; quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam.

Ton. VIII. oia. euouae.

X *Pſal.*

Antiphon. *Pſal.* Benedicite omnia opera Domini Dominum.

Al. Pſal. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum; & laudabilis & glorioſus in ſecula.

Al. Pſal Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Benedicta.

Reſponſorium Gradale.

Benedictus es Domine; qui intueris abyſſos; & ſedes ſuper Cherubin.

℣. Benedicite Deum cæli; quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam ....

Al. ℣. Benedictus es in throno Regni tui, & laudabilis in ſæcula.

Al. ℟. Benedictus Dominus Deus. ℟.

[*for.* ℣.] Domine Dominus noſter.

Alleluia .... ℣ Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, & laudabilis in ſecula....

Alleluia ..... ℣ Benedictus es ſuper ſceptrum Diuinitatis tuæ; & laudabilis & glorioſus in ſecula ....

Alleluia. ℣. Omnis ſpiritus laudet Dominum.

Alleluia ..... ℣ Quicunque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt vt teneat Catholicam Fidem.

Alleluia ℣. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

Benedictus ſit Deus Pater, vnigenituſque Dei Filius, Sanctus quoque Spiritus; quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam.

℣. *I.* Benedicamus Patrem & Filiũ cum Sancto Spiritu: laudemus & ſuperexaltemus eum in ſecula ....

Quia fecit..

℣. *II.* Benedictus es qui intueris abyſſos; & ſedes ſuper Cherubin; & ſuperlaudabilis & ſuperexaltatus in ſecula ....

Quia fecit.

Antiphona ad Commun.

Benedicimus Deum cæli; & coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam.

Ton. IV. oia. euouae.

Vt ſupra [*ad Introitum*] *Pſalmus.*

[DE NATALITII SANCTORVM]

[MENSE. DECEMBRI]

Idibus Decembris

Natal. S. Luciæ Virginis.

Antiphona ad Introitum.

Dilexiſti iuſtitiam; & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.

Ton. VIII. oia. euouae.

Pſal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. XLIV.*]

Dilexiſti iuſtitiam; & odiſti iniquitatem .....

℣. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.

Alleluia.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis:

tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Alleluia. ℣. Specie tua & pulchritudine. Alleluia. ℣. Hæc eſt Virgo ſapiens, & vna de numero prudentum.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

OFferentur Regi virgines: proximæ eius offerentur tibi in lætitia & exſultatione: adducentur in Templum Regi Domino.

℣. *I.* Eructauit cor meum verbũ bonum; (*iterum*) eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea Regi: lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.

Offerentur.

℣. *II.* Diffuſa eſt gratia in labijs tuis; diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Offerentur. [*al.*] Addducentur in templum Regi Domino.

1. C. M. 2 *Al. Offeren.*

Offerentur Regi virgines: proximæ eius offerentur tibi.

℣. *I.* Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

Offerentur.

℣. *II.* Adducentur in lætitia & exultatione: adducentur in templũ Regis.

Offerentur.

Antiphona ad Commun.

Antiphon. DIffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Ton. VI. oia. euouae.

Pſal. 44. *vt ſupra* Eructauit [cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.]

2 *Al. Comm.* Simile eſt regnũ cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas: inuenta vna pretioſa margarita; dedit omnia ſua; & comparauit eam. 2. M.

[*Ex Cod. O.*]

XII. Kalendas Ianuarij

[*Nat.*] *S. Thomæ* [*Apoſtoli.*]

Antiphona ad Introitum.

MIhi autem nimis.

Reſponſorium Gradale

[*Pſal. XVIII.*]

NOn ſunt loquelæ neque ſermones, quorum nõ audiantur voces eorum.

℣. Cæli enarrant.

ALleluia.

℣. In omnem terram exiuit ſonus eorum; & in fines orbis terræ verba eorum.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

IN omnem terram exiuit ſonus eorum; & in fines orbis terræ

Anti-phon. verba eorum.

℣. *I.* Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuũ eius annunciat firmamentum.

[Et in fines.]

℣. *II.* Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat ſcientiam.

[Et in fines.]

Antiphona ad Commun.

VOs qui ſecuti eſtis.

XIX. Kal. Februarij

Natal. S. Felicis in Pincis.

Antiphona ad Introitum

OS iuſti meditabitur ſapientiã: & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipſius.

Ton. VI. oia. euouae.

Pſal. 36. Noli æmulari inter malignantes: neque zelaueris facientes iniquitatem.

℣. *ad repeten.* Iuſtus non conturbabitur: [quia Dominus firmat manum eius.]

Al ℣ *ad repeten.* Certamen magnum certauit vſque ad mortem; & inter iuſtos deputati ſunt: & fideles recordantur, dicentes.

Os iuſti.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. CIX.*]

IVrauit Dominus, & non pœnitebit eum; Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech ....

℣. Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis ....

1 *Al.* ℟. *Grad.* Beatus vir qui timet Dominum; in mandatis eius cupit nimis. — 1. *M.*

℣. Potens in terra erit ſemen eius; generatio rectorum benedicetur.

2 ALleluia .... ℣. Diſpoſui teſtamentum electis meis: iuraui Dauid ſeruum meum ..... 2. *A. O.*

3 Alleluia. ℣. Iuſtus non conturbabitur; quia Dominus firmat manum eius. 3. *P. M.*

4 Alleluia. ℣. Os iuſti meditabitur ſapientiam; & lingua eius loquetur iuſtitiam: lex Dei eius in corde ipſius. 4. *O.*

5 Alleluia. ℣. Inueni Dauid. 5. *G.*

6 Alleluia. ℣. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum; Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. 6. *O.*

7 Alleluia. ℣. Hic eſt Sacerdos, quem coronauit Dominus. 7. *A.*

* *Tractus.* *

BEatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis.

Potens

---

* Cod. B. poſt feſtum S. Valentini menſe Februario repetit Natale S. Felicis, in quo exhibet hos duos Tractus ſub eodem Reſponſorio Gradali, *Iurauit Dominus*, ſed fortaſſe irrepſerit in Cod. nomen S. Felicis pro S. Petro, cuius Cathedræ feſtum poſt S. Valentini Natale reeperit,

Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.

Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet inſæculum ſæculi.

Tractus.

QVi ſeminant in lacrymis.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

GLoria & honore.

℣. *I.* Domine Dominus noſter.

℣. *II.* Quid eſt homo. [*pag.* 20.]

Antiphona ad Commun.

POſuiſti Domine in capite eius coronam de lapide pretioſo.

Ton. VI. oia. euouae.

Pſal. 20. Domine in virtute tua [lætabitur rex: & ſuper ſalutare tuum exſultabit vehementer.]

XVII. Kal. Februarij.

Nat. S. Marcelli Papæ.

Antiphona ad Introitum.

STatuit ei Dominus teſtamentũ pacis; & principem fecit eum: vt ſit illi Sacerdotij dignitas in æternum.

Ton. I. oia. euouae. *Antiphon.*

Pſal. 88. Miſericordias tuas Domine in æternum cantabo, in generatione & generatione.

1 *Al. Pſal.* 131. Memento Domine Dauid, [& omnis manſuetudinis eius.] 1. *C. M.*

Statuit.

℣. *ad repetendum.* O quàm beatum virum, & firmum fidelem quia propterea dignitatẽ fugiens & ad cæleſtia regna peruenit

Statuit.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. LXXXVIII.*]

INueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiũ meũ confortauit eũ. . . .

℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis 2 non nocebit 3 ei . . . . 2. non appo-net: *P.* 3. eum. *G. M.*

ALleluia. . . . . .

4 ℣. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum. 4. *A.C.M. P. R.*

Alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.

5 Alleluia. ℣. Diſpoſui teſtamentum. 5. *B.*

Alleluia. ℣. Serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.

Alleluia. ℣. Elegit te Deus.

Alleluia. ℣. Amauit eum Dominus; & ornauit eum: ſtolam gloriæ induit eum:

Anti-

Digitized by Google

Antiphon. [*Antiphona ad Offeren.*]

Veritas mea & miſericordia mea cũm ipſo : & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

℣. *I.* Poſui adiutorium ſuper potentem : & exaltaui electum de plebe mea. (*a*)

Et in nomine.

℣. *II*: Miſericordiam meam nõ diſpergam ab eo : & ſedes eius in conſpectu meo.

Et in nomine.

Antiphona ad Commun.

Domine, quinque talenta tradidiſti mihi : ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Euge ſerue
1. bone & fidelis. *O.* 1 fidelis : quia in pauca fuiſti fide-
lis; ſupra multa te conſtituã: 2 intra
2. dicit Dominus, *P.* in gaudium Domini tui. *oia. euouae.*

Pſal. 80. *ſiue* 131. *vt ſupra* [*ad Introitum.*]

℣. Accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit quinque talenta, dicens.

Domine quinque.

[*Ex vno Cod. S. Galli.*]

[*XV. Kal. Februarij*]

Cathedra S. Petri.

Antiphona. Statuit ei Dominus.
Reſponſorium Gradale. Inueni Dauid.
℣. Nihil proficiet.
Alleluia. ℣. Elegit te.
Offeren. Veritas mea.
Comm. Fidelis ſeruus.

XV. Kal. Februarij

Natal. S. Priſcæ Virginis.

Antiphona ad Introitum.

Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum ; & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis quæ dilexi nimis.

Ton. V. oia. euouae.

Pſal. 118. Beati immaculati in via qui, ambulant in lege Domini.

Loquebar.

℣. *ad repetendum.* Iuſtificationes tuas [cuſtodiam : non me derelinquas vſquequaque.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. XLIV.*]

Specie tua & pulchritudine tua intende ; proſperè procede, & regna. • • • • •

3 ℣. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua • • • • • •. 3. *A. G. O.*

4 [*Siue al.*] ℣. Audi filia, & vide; & inclina aurẽ tuã: quia cõcupiuit Rex ſpeciem tuam.. 4. *B. M.*

Al.

a. *P. addit.* Manus enim mea auxiliabitur ei ; & brachium meum confortabit eum.

Digitized by Google

1. *P.* 1 *Al.* ℣. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.

2. *A.G.* 2 Alleluia. ······ ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Alleluia. ····· ℣. Loquebar Domine de teſtimonijs tuis in conſpectu regum; & non confundebar.

Alleluia. ····· ℣. Loquebar Domine de teſtimonijs tuis in conſpectu regum; & non confundebar.

Alleluia. ℣. Specie tua.

3. *C.O.* 3 Alleluia. ℣. Adducentur Regi virgines poſt eam: proximæ eius adducentur tibi in lætitia.

4. *B.* 4 *Tractus.*

Qvi ſeminant in lacrymis, in gaudio metent.

Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua.

Venientes autem venient cum exſultatione, portantes manipulos ſuos.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

Filiæ regum in honore tuo: adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate.

℣. *I.* Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

In veſtitu.

℣. *II.* Virga recta eſt, virga regni tui: dilexiſti iuſtitiam; & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. *Antiphon.*

5 *Al.* ℣. *II.* Specie tua. ℣. *P.*

In veſtitu.

Antiphona ad Commun.

Feci iudicium & iuſtitiam Domine; non calumnientur mihi ſuperbi: ad omnia mandata tua dirigebar; omnem viam iniquitatis odio habui.

Ton. IV. oia. euouae.

Pſal. vt ſupra [*ad Introitum.*] Beati immaculati in via, qui ambulant in Lege Domini.

XIII. Kal. Februarij

Nat. SS. Fabiani & Sebaſtiani. 6. *M.*

6 [al]

Nat. S. Sebaſtiani Martyris.

Antiphona ad Introitum.

Intret in conſpectu tuo Domine gemitus compeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: vindica ſanguinem ſeruorum tuorum qui effuſus eſt.

Ton. IIII. oia euouae.

Pſal. 78. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum; poſuerunt Hieru-

Antiphon. Hieruſalem vt pomorum cuſtodiam.

Intret.

1 *Al. Antiphona ad Introitum.*

1. *M.* Salus autem iuſtorum à Domino: & protector eorum eſt in tempore tribulationis.

Pſal. 36. Noli æmulari [inter malignantes: neque æmulatus fueris operantes iniquitatem.]

℣. *ad repetendum.* Et adiuuabit eos Dominus; [& liberabit eos; & eripiet eos à peccatoribus; & ſaluos faciet eos: quoniam ſperauerunt in eo]

Reſponſorium Gradale
[de Cantico Exodi.]

2. *ſuis. B. P.* GLorioſus Deus in Sanctis 2; mirabilis in maieſtate 3; faciens prodigia · · · · · ·

3. *ſua. P.* ℣. Dextera tua Domine glorificata eſt in virtute: dextera manus

4. *tua. A. M. O.* 4 tua confregit inimicos · · · ·

ALleluia · · · · · · ℣. Sancti tui Domine benedicent te: gloriā regni tui dicent.

Al. Alleluia ℣. Gaudete iuſti Domino: rectos decet collaudatio.

Al. Alleluia ℣. Vox exultationis.

Al. Alleluia ℣. Corpora Sanctorum in pace ſepulta ſunt: & nomina eorum viuent in generatione & generatione.

[Antiphona ad] Offeren.

LAetamini in Domino & exſultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde.

℣. *I.* Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates; & quorum tecta ſunt peccata.

Et gloriamini.

5. *orabit. A.* ℣. *II.* Pro hac 5 orauit ad te omnis Sanctus in tēpore opportuno: verumtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non 6 proximabunt.

6 *el adproximabunt. G. M.*

Et gloriamini.

Antiphona ad Commun.

MVltitudo languentium, & qui vexabantur à ſpiritibus immundis, veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat; & ſanabat omnes.

Ton. II. oia. euouae.

Pſal. 78. *vt ſupra.* Deus venerunt gentes [in hæreditatem tuam: polluerunt Templum ſanctū tuum; poſuerunt Hieruſalem vt pomorum cuſtodiam.]

[Ex Cod. M.]

Eodem die

Nat. S. Fabiani [Papæ.]

Antiphona ad Introitum.

SAcerdotes tui, Domine, induant iuſtitiam; & Sancti tui exſultent: propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciem Chriſti tui.

Pſal. 131. Memento Domine Dauid, [& omnis manſuetudinis eius.]

Reſponſorium Gradale
[Pſal. CXXXI.]

Sa-

Digitized by Google

SAcerdotes eius induant ſalutari: & ſancti eius exſultatione exſultabunt.

℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo.

ALleluia.
℣. Diſpoſui teſtamentum electis meis: iuraui Dauid ſeruo meo.

Antiphona ad Offeren.

INueni Dauid.
℣. *I.* Potens es Domine.
℣. *II.* Veritas mea. [*pag.* 23.]

Antiphona ad Commun.

SEmel iuraui in Sancto meo; Semen eius in æternum manebit; & ſedes eius, ſicut ſol, in conſpectu meo; & ſicut luna perfecta, in æternum: & teſtis in cælo, fidelis.

Pſal. 88. Miſericordias tuas Domine [in æternum cantabo: in generatione & progenie pronũtiabo veritatem tuam in ore meo.]

XII. Kal. Februarij.

1. Nat. S. Agnetis. C. P. — 1 *Nat. Sanctæ Agnæ.*

Antiphona ad Introitum.

ME exſpectauerunt peccatores vt perderent me; teſtimonia tua Domine intellexi: omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Ton. II. oia. euouae.

Pſal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

℣. *ad repetendum.* Iuſtificationes [tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaque.]

Reſponſorium Gradale — *Antiphon.*
[*Pſalm. XLIV.*]

DIffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

℣. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

2 *Al.* ℣. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. 2. *P.*

3 *Al.* ℣. Specie tua. 3. *C.*

4 *Al.* ℟. *Grad.* Propter veritatẽ & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. 4. *O.*

℣. Audi filia; & vide & inclina aurem tuam: quia concupiuit Rex ſpeciẽ tuam.

5 *Al.* ℟. *Grad.* Audi filia & vide ℣. Specie tua. [*vt infra in ſecundo feſto S. Agnetis.*] 5. *M.*

ALleluia.
℣. Specie tua & pulchritudine tua intende; proſpere procede & regna.

Al. Alleluia ℣. Specie tua & pulchritudine tua: propterea benedixit te Deus in æternum.

Al. Alleluia .... ℣. O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate!

Al. ℣. Veni Sponſa Chriſti: accipe coronam quam repromiſit tibi Deus.

Al. Alleluia ℣. Audi filia; & vide & inclina aurem tuam: quia concupiuit Rex ſpeciem tuam.

Al. Alleluia. ℣. Egregia. 6

[*Poſt Septuageſimam.*]

Tractus.

℣ Adducentur Regi virgines; proximæ eius offerentur tibi.

℣. In lætitia & exſultatione adducentur in templum Regi Domino.

6. *exſtat in Antiphonarijs officiorũ Romæ editis 1685.*

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

OFferentur Regi.
℣. *I.* Eructauit.
℣. *II.* Diffuſa eſt. [*pag.* 25.] 7. *O.*

Digitized by Google

Anti-phon. 1 *Al.Offer.* Offerentur Regi Virgines. ℣. *I.* Adducentur. ℣. *II.* Eructauit. [*pag.* 25.]

1. M. * *Offer,* Offerentur. *minor.* [*pag.* 25.]

** G.*

Antiphona ad Commun.

QVinque prudentes Virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: Ecce Sponſus venit; exite obuiam Chriſto Domino.

Ton. VI. oia euouae.

Pſal. 44. *vt ſupra.* Eructauit [cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.]

XI. Kal. Februarij.

Nat. S. *Vincentij Leuitæ & Martyris.*

Antiphona ad Introitum.

LAEtabitur iuſtus in Domino; & 2 ſperauit in eo: & laudabūtur omnes recti corde.

2. ſperabit. M.

Ton. VIII. oia. euouae.

Pſal. 63. Exaudi Deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam.

℣. *ad repeten.* Protexiſti me [à conuentu malignantium, & à multitudine operantium iniquitatem.]

Reſponſorium Graduale

[*Pſal. XX.*]

POſuiſti Domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo.

℣. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. . . .

ALleluia. . . .

℣. Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis . . . .

Allelua. ℣. Lætabitur iuſtus in Domino; & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

Alleluia. ℣. Beatus vir qui inuentus.

3 *Tractus.* *3. O.*

Poſuiſti Domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo.

Vitam petijt; & tribuiſti ei

Longitudinem dierum in ſæculum ſæculi.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

GLoria & honore coronaſti eū; & cōſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum Domine.

℣. *I.* Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!

Et conſtituiſti.

℣. *II.* Quid eſt homo quòd memor es eius? aut filius hominis quoniam viſitas eum?

Et conſtituiſti.

Antiphona ad Commun.

QVi vult venire poſt me, abneget ſemetipſum; & tollat crucem ſuam: & ſequatur me.

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. 63. *vt ſupra.* Exaudi Deus [orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam.]

[*Ex cod. A.*]

VIII. Kal. Februarij.

Conuerſio S. Pauli Apoſtoli.

Antiphona ad Introitum.

Lætemur omnes in Domino: hodiernā diē ſolemniter celebremus; qua bea-

beatus Paulus conuerſione ſua præſenté Mundum decorauit.

Ton. VII, eia. euouae.

Pſal. 138. Domine probaſti me; & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meã & reſurrectionem meam. Lætemur.

℟. *Grad.*

Domine præuenisti. ℣. Vitam petijt.

Alleluia..... ℣. Sancte Paule Apoſtole, Prædicator veritatis, & Doctor Gentium, intercede pro nobis.

Offer.

Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum Circumciſionis, operatus eſt & mihi inter Gentes: & cognouerunt gratiam, quæ data eſt mihi à Chriſto Dño.

℣. Gratia Dei in me vacua non fuit: ſed gratia eius ſemper in me manet.... Et cognouerunt.

Commun.

Ego vos elegi.

[*Ex eod. cod. A.*]

In Conuerſione S. Pauli.

Ant. ad Introitum. Scio cui credidi. *Pſal.* 138. Domine probaſti me.

Grad. Qui operatus eſt Petro. ℣. Gratia Dei,

Alleluia.... ℣. Sancte Paule.

Offer. Mihi autem.

Commun. Amen dico vobis.

V. Kal. February.

1. C. 1 *Nat. S. Agnetis de Natiuitate.*

[al.]

Nat. S. Agnes 2 ſecundò

2. ſecundæ, A. O.

Antiphona ad Introitum.

VVltum tuum deprecabuntur. *Pſal.* 44. Eructauit. [*pag.* 24.]

Reſponſorium Gradale

[*Pſal. XLIV.*]

3. B.C.G. M.P. 3 SPecie tua & pulchritudine tua intende; proſperè procede & regna.

4. C.M. 4 ℣ Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam; & deducet te mirabiliter dextera tua. *Antiphon.*

5. P. 5 *Vel* ℣. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſorconſortibus tuis.

6. B. 6 *Vel* ℣. Audi filia.

[*Vel aliud*] *Reſp. Grad.*

7. A.O. 7 Audi filia, & vide; & inclina aurem tuam: quia concupiuit Rex ſpeciem tuam.

℣. Specie tua & pulchritudine tua intende; proſperè procede & regna....

ALleluia.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Alleluia. ℣. Loquebar Domine de teſtimonijs tuis in conſpectu regum; & non confundebar.

Alleluia..... ℣. Veni electa mea; & ponam in te thronum meum: quia concupiuit Rex ſpeciem tuam.

Alleluia. ℣. Ingreſſa Agnes turpitudinis locum; Angelum Domini præparatum inuenit,

Alleluia. ℣. Egregia Sponſa.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

DIffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in ſæculum ſæculi.

℣. *I.* Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

Propterea.

℣. *II.* Specie tua & pulchritudine tua intende; proſperè procede & regna.

Propterea. [*al.*] Et in ſæculum.

[*Al. Antiph. ad*] *Offeren.*

8. C.O. 8 Offerentur. [*pag.* 25.]

Digitized by Google

Anti- phon. *Antiphona ad Commun.*

SImile eſt Regnum cælorum homini negotiatori. *Pſalm.* 44. *vt ſupra.* Eructauit. [*pag.* 25.]

MENSE. FEBRVARIO

IV. Nonas Februarij

1 *Purificatio S. Mariæ.*

2 [al.] *In ſancti Simeonis.*

3 [al.] *Nat. S. Simeonis.*

4 *Collecta ad S. Adrianum.*

1. O.P. 2. B. 3. C. 4. M. Collecta ad S. Mariam. C.

Antiph. ad Introitum Collectæ.

5 EXſurge Domine; adiuua nos: & libera nos propter nomen tuum.

5. *M. V. Ord. Rom.* *Pſal.* 43. Deus auribus noſtris [audiuimus; patres noſtri annunciauerunt nobis.]

Gloria Patri. Exſurge Dñe.

℣. *ad repeten.* Opus [quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.]

Exſurge Domine.

6. *A.C.G. M. P. R.*

Ad Proceſſionem.

Antiphonæ per viam.

6 AVe gratia plena, Dei genitrix Virgo: ex te enim ortus eſt Sol iuſtitiæ, illuminans 7 quæ in tenebris ſunt. Lætare 8 tu ſenior iuſte, ſuſcipiens 9 in vlnis liberatorem animarum noſtrarum, donantem nobis & reſurrectionem.

*7. qui. P. 8. & tu. P. 9. in vlnas. C. * A. C. G. M. P. R. 10. noui luminis. P.*

* *Antiph.* Adorna thalamũ tuum Sion; & ſuſcipe Regem Chriſtum: amplectere Mariam, quæ eſt cæleſtis porta: ipſa enim portat Regem gloriæ 10 nouo lumine. Subſiſtit Virgo, adducens in manibus Filiũ ante Luciferum: quem accipiens Simeon * in vlnas ſuas, prædicauit populis Dominum eum eſſe vitæ & mortis & Saluatorem Mundi. *** in vlnis ſuis. P.*

11 ℣. Reſponũ accepit Simeon à Spiritu Sancto; non viſurum ſe mortem; niſi priùs videret Chriſtum Domini. *11. P.*

12 *Antiph.* Suſcipiẽs Ieſum in vlnis ſuis Simeon, exclamauit & dixit; Tũ es verum lumen ad illuminationem Gentium & gloriam plebis tuæ Iſrael. *12. M.*

13 *Antiph.* Reſponsũ accepit Simeon à Spiritu Sancto, non viſurum ſe mortem niſi videret Chriſtum Domini. & benedixit Deum & dixit; Nunc dimittis ſeruum tuum in pace: quia viderunt oculi mei Salutare tuum Domine. *13. M.*

14 *Antiph.* O quàm caſta Mater, & Virgo fœcunda Maria! quæ ſine vlla contaminatione concepit & ſine dolore genuit Saluatorem. *14. A.*

15 *Antiph.* O quàm caſta Mater, quæ nullam nouit maculã, Deum portare meruit! *15. A.*

16 *Antiph.* O quàm caſta Mater! quæ tantum nobili terræ protulit, vt diceret chorus cæleſtium; Gloria in excelſis Deo, & in terra pax. *16. A.*

17 ℟. Reſponsũ accepit Simeon *17. A.*

℣. A Spiritu Sancto,

℣. Non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Dominum....

Et cùm inducerent Puerum in Templũ,

℣. Accepit eum in vlnas ſuas:

℣. Et benedixit Deum, & dixit;

℣. Nunc dimittis Domine

℣. Ser-

℣. Seruum tuum in pace.

* Ord. Rom. & mss. Vat. *[*Sequitur Litania propè Eccleſiã vbi fit Statio. req. pag.6.*]

Ad Miſſam.

Ad Sanctam Mariam.

Ad Introitum Antiphona.

SVſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio Templi tui: ſecundùm nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua.

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. 47. Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius.

℣. *ad repeten.* Sicut audiuimus, [ita & vidimus in ciuitate Domini Virtutum, in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in æternum.]

Al. ℣. *ad repeten.* Secundùm promiſſa tua illuxit gratia tua: quia hodie cum gloria tua

Suſcepimus Deus.

1. mss. Vat. & Ord. Rom. mss. 1 [*Quando fit Collecta, ad Miſſam non cantatur* Kyrie: *quia Subdiaconus dixit in Litania.*]

2. M. 2 Gloria in excelſis Deo, *neque*, Alleluia, *ſi in Dominica non euenerit, non cantent.*

Reſponſorium Gradale

[*Pſal. XLII.*]

SVſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio Templi tui: ſecundùm nomen tuum 3 Deus, ita & laus tua in fines terræ. (*a*) · ·

3. Dñe. B. G.

℣. Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Dei noſtri. (*b*) · ·

a. b.

Antiphon. ALleluia · · · · · · 4 ℣. Adorabo ad templũ ſanctum tuum: & confitebor nomini tuo 5 · · · · ·

4. A.C.G. P.R.

6 Alleluia. ℣. Adducentur Regi.

5. in timore tuo. P.

Alleluia. ℣. Specie tua

Alleluia · · · · ℣. Poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti: Dei Genitrix intercede pro nobis · · · ·

6. B.P.

Alleluia · · · · · · ℣. Simeon iuſtus & timoratus exſpectat conſolationem Iſrahel.

Alleluia. ℣. Senex Puerum portabat; Puer autem ſenem regebat.

7. P. 7 *Si poſt Septuageſimam euenerit, Tractus ſequens dicetur.*

DIffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Specie tua & pulchritudine tua intende; proſperè procede, & regna

Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Dilexiſti iuſtitiam; & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.

8 Audi filia, & vide; & inclina aurem tuam; & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. 8. Hinc incipit hic Tractus in G.

Et concupiſcet Rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus; & adorabunt eum.

Adducentur Regi Virgines poſt eam; proximæ eius adferentur tibi.

Addu-

a. iuſtitia plena eſt dextera tua. *G.*

b. in ciuitate Domini virtutum: Deus fundauit eam in æternum. *P.*

Digitized by Google

Antiphon. Adducentur in lætitia & exſultatione: adducentur in templum Regi Domino.

I Tractus.

1. A.O. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace:

℣. Quia viderunt oculi mei Salutare tuum;

℣. Quod paraſti ante faciem omnium populorum,

℣. Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebi tuæ Iſrael.

[*Antiphona ad Offeren.*]

DIffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum & in ſæculum ſæculi.

a. (*a*) ℣. *I.* Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

℣. *II.* Specie tua & pulchritudine tua [intende; proſperè procede, & regna.]

Et in ſæculum.

Antiphona ad Commun.

REſponſum accepit Simeon à Spiritu Sancto non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Domini. (*b*)

b. *Ton. VIII. oia. euouae.*

Pſal. vt ſupra. Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius.

2. M. 2 ℣. *ad repeten.* ℣. Accipiens Simeon.

Nonis Februarij

3 *Nat. S. Agathæ Virg.* 3. Paſſio S. Agathæ. O. 4. in. P.

Antiphona ad Introitum.

GAudeamus omnes in Domino, diem feſtum celebrantes 4 ſub honore Agathæ Martyris: de cuius paſſione gaudent Angeli; & collaudant Filium Dei.

Ton. I. oia, euouae.

Pſal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

℣. *ad repeten.* Immaculatus Dominus immaculatam ſibi famulam in hoc fragilitatis corpore præpoſitam, miſericorditer conſecrauit.

Gaudeamus.

Reſponſorium Gradale

[*Pſal. XLV.*]

ADiuuabit eam Deus vultu ſuo: Deus in medio eius non commouebitur.

℣. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus.

5 ALleluia. ℣. Specie tua. 5. M.

Tractus.

QVi ſeminant in lacrymis, in gaudio metent.

Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua.

Venientes autem venient cum exſultatione, portantes manipulos ſuos.

Al. Tra-

---

a. [*Cod. G. poſt Antiphonam Offer.* Diffuſa eſt, *habet hunc* ℣. Reſponſum accepit Simeon à Spiritu Sancto non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Domini.

b. Cod. G. addit ſequentia. Et cùm inducerent Puerum in templum accepit eum in vlnas ſuas: & benedixit Deum; & dixit, Nunc dimittis Domine ſeruum tuum in pace.

Digitized by Google

1. A. 1 Al. Tractus.

Beata Agatha ingreſſa carcerem, expandit manus ſuas ad Deum; & dixit.

℣. Domine qui me feciſti vincere tormenta carnificum;

℣. Iube me ad tuam miſericordiam peruenire.

2 [*Antiphona ad*] *Offeren.*

2. Offerentur. minor. G. OFferentur Regi virgines poſt eam: pròximæ eius offerentur tibi.

℣. *I.* Eructauit cor meum.

℣. *II.* Adducentur in lætitia. Offerentur. [*pag.*25.]

2. O. 2 *Al. Offer.* Filiæ regum. [*pag.*167.]

Antiphona ad Commun.

QVi me dignatus eſt ab omni plaga curare, & mammillam meam meo pectori reſtituere; ipſum inuoco Deum viuum.

Ton. VI. oia. euouae.

Pſal. 44. *vt ſupra.* [Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.]

XVI. Kal. Martij

Nat. S. Valentini.

Antiphona ad Introitum.

IN virtute tua Domine lætabitur iuſtus; & ſuper Salutare tuum exſultauit vehementer: deſiderium animæ eius tribuiſti ei.

Ton. VII. oia. euouae.

3. 3 *Pſal.* 20. Dñe in virtute tua.

4. C. M. 4 Quoniã præueniſti eum benedictione dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

4. A. O. 5. P. 5 *Pſal.* Vitam petijt.

6 *Pſal.* Magna eſt gloria eius in Salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum. Antiphon. 6. G.

Reſponſorium Gradale

[*Pſal. CXI.*]

BEatus vir qui timet Dñm: in mandatis eius cupit nimis...

℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur......

Tractus.

DEſiderium animæ eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum:

Quoniam præueniſti eum in benedictione dulcedinis:

Poſuiſti 7 ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. 7. in capite. B.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

IN virtute tua Domine [lætabitur iuſtus;] & ſuper Salutare tuum exſultabit vehementer: deſiderium animæ eius tribuiſti ei.

℣. *I.* Vitam petijt: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculum ſæculi.

Deſiderium.

℣. *II.* Magna eſt gloria eius in Salutari tuo: 8 gloriam & magnum decorem 9 impones ſuper eum. 8. *Orenpetit*, Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo. 9. impone O.

Deſiderium.

10 *Al. Offer.* 10. A.

Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas; & oſtendit illi regnum Dei: & dedit illi ſcientiam Sanctorum.

℣. Honeſtauit illum in laboribus: & compleuit labores illius.

Et dedit.

11 *Al. Offer.* 11. M.

Gloria & honore.

℣. *I.* Domine Dominus noſter.

℣. *II.* Quid eſt homo.

Anti-

Anti-phon. *Antiphona ad Commun.*

MAgna eſt gloria eius in Salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum Domine.]

Ton. IV. oia. euouae.

Pſal. 20. *vt ſupra*. [Domine in virtute tua [lætabitur rex: & ſuper Salutare tuum exſultabit vehementer.]

1. O. 1 *Al. Commun.* Poſuiſti Domine.

[*Ex codd. A. O. P.*]
VIII. Kalen. Martij
Cathedra S. Petri.
Antiphona ad Introitum.

Statuit ei Dominus.

2. A.O. *Pſal.* 88. Miſericordias tuas Domine.

2 *Reſponſorium Gradale*
[*Pſal CVI.*]

Exaltent eum in Eccleſia plebis: & in cathedra ſeniorum laudent eum.

℣. Confiteantur Dño miſericordiæ ..

3. P. 3 *Al.* ℟. *Grad.* Iurauit.

Tractus.

Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis:

Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur .....

Gloria & diuitiæ in domo eius: & & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi

4. P. 4 *Al. Tractus.* Tu es Petrus [*vt infra.*] [*Antiph. ad*] *Offeren.*

5 Conſtitues eos.

5. O. 6 *Al. Offer.* Veritas mea.

6. P. 7 *Al. Offer.* Beatus es Simon Petre: quia

7. A. caro & ſanguis non reuelauit tibi; ſed Pater meus qui eſt in cælis.

℣ Ieſus dixit diſcipulis ſuis; Quem me dicunt homines eſſe Filium hominis? reſpondit Petrus; Tu es Chriſtus Filius Dei viui, qui eſt in cælis.

Sed Pater.

Antiph. ad Commun.

8 Tu es Petrus, *Pſal. qui ſupra* [*ad In-*

8. O.P. *troitum.*]

9 *Al. Comm.* Dñe iube me venire ad te ſuper aquas. & extendens manus, adprehendit .... ei; Modicæ fidei quare dubitaſti? *euouae. Vt ſupra* [*ad Introitum*] *Pſalmus* 9. A.

Aliud [*ex cod. A.*]

Antiphona.

Tu es Paſtor ouium princeps Apoſtolorum: tibi tradidit Deus claues regni cælorum.

Ton. VII. oia. euouae.

Pſal Et quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.

Tu es Paſtor.

Reſponſ. Grad.

Exaltent eum ℣. Confiteantur.

Tractus.

Tu es Petrus: & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.

Et portæ inferi non præualebunt aduersùs eam. & tibi dabo claues regni cælorum.

Et quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis:

Et quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.

Offeren.

Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Alleluia.

℣. Et portæ inferorum non præualebunt aduersùs eam: & tibi dabo claues regni cælorum. Alleluia.

℣. Et quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.

Claues.

Commun.

Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.

Ton. VI oia. euouae.

℣. Et portæ inferi non præualebunt aduersùs eam.: & tibi dabo claues regni cælorum.

Tu es Petrus.

[Ex

Digitized by Google

[*Ex vno Cod. G.*]

In Vigilia S. Matthiæ Apoſtoli.
Antiphona.

Ego autem ſicut oliua fructificaui in domo Domini.

Pſal. 51. Quid gloriaris.

Reſponſ. Grad.

Iuſtus vt palma. ℣. Ad annunciandum.

Offer.

Gloria & honore.

Commun.

Magna eſt gloria eius. [*Req. omnia in. S. Iohannis manè primo, pag.* 19.]

In Natali ipſius.

Antiph. Iudicant Sancti.
℟. *Grad.* Nimis honorati.
Alleluia. ℣ Vos eſtis lux.
Tractus. Qui ſeminant.
Offer. Mihi autem.
Comm. Dico autem vobis.

MENSE. MARTIO
IV. Idus Martij
Nat. Gregorij Papæ.

Antiphona ad Introitum.

SAcerdotes Dei benedicite Dominum: Sancti & humiles corde laudate Deum.

Ton. VI. oia. euouae.

Pſal. Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. CIX.*]

IVrauit Dominus, & non pœnitebit eum; Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech;

℣. Dixit Dominus Domino meo; Sede à dextris meis.

Tractus. *Antiphon.*

BEatus vir qui timet Dominũ: in mandatis eius cupit nimis.

Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.

Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

VEritas mea.

℣. *I.* Poſui adiutotium.

℣. *II.* Miſericordiã meã. [*pag.* 166.]

1 *Al. Offer.*

Poſuiſti Domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. 1. *A.*
℣. Vitam petijt; & tribuiſti ei
℣. Longitudinem dierum in ſæculum ſæculi.

Antiph. ad Commun.

FIdelis ſeruus & prudens; quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore, tritici menſuram.

Ton. VII. oia. euouae.

Pſalm. 131. Memento Domine Dauid, [& omnis manſuetudinis eius.]

2 *Al. Pſal.* Benedicite, *vt ſupra* [*ad Introitum.*] 2. *P.*

[*Ex Codd. A. O. G.*]

XII. Kal. Aprilis
Nat. S. Benedicti Abbatis.

Antiph. ad Introitum. Os iuſti meditabitur. [*Pſal.*] Noli æmulari.

3 *Al. Antiph.* Iuſtus vt palma. 3. *G.*

℟. *Grad.* Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

℣. Vitam petijt: & tribuiſti ei longi-

Anti-phon. tudinem dierum in ſæculum ſæculi.

1 *Al.* ℟. *Grad.* Os iuſti. ℣. Lex Dei eius.

1. G. *Tractus.* Beatus vir qui timet.

2. A. 2 *Offer.* Veritas mea.

3. G. 3 *Al. Offer.* Gloria & honore.

4. O. 4 *Al. Offer.*

Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine; & voluntatẽ labiorum eius non fraudaſti eum: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

℣. *I.* Vitam petijt; & tribuiſti ei Domine.

Et voluntate.

℣. *II.* Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

℣. *III.* Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: & dextera tua inueniat omnes qui te oderunt Domine.

5. A. 5 *Comm.* Beatus ſeruus.

6. O. 6 *Al. Comm.* Poſuiſti Domine.

7. G. 7 *Al. Comm.* Fidelis ſeruus.

VIII. Kal. Aprilis

Annunciatio Sancta Mariæ.

8. M. 8 [*Collecta ad* S. *Adrianum*.]

9. M. 9 *Antiph. ad Introitum Collectæ.*

PRopitius eſto Domine peccatis noſtris propter nomen tuũ: ne quando dicant gentes, Vbi eſt Deus eorum?

Pſal. 43. Deus venerunt gentes [in hæreditatem tuam: coinquinauerunt templum ſanctum tuum.]

10. mss. 10 [*Al. Antiph. ad Collectam.*]

Exſurge Dñe a diuina nos *&c.*

Pſal. 43. Deus venerunt gentes.

℣. *ad repeten.* Opus quod operatus es. [*pag.* 5.]

[*Ad Proceſſionem*]

Antiphona per viam.

11. M. 11 AVe gratia plena Dei Genitrix Virgo: gaudiũ annunciabis vniuerſo Mundo; ex te enim ortus eſt Sol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter: extollens maledictionem, dedit benedictionem; & confundens mortem, donauit nobis vitam ſempiternam.

12 *Alia Antiphona.* 12. M.

Beata es Virgo Dei Genitrix, quæ credidiſti Domino; perfecta ſunt in te quæ dicta ſunt tibi: ecce exaltata es ſuper choros Angelorum; intercede pro nobis ad Dominum Deum noſtrum.

[*Sequitur Litania propè Eccleſiam vbi fit Statio. req. pag.* 6.]

Ad Miſſam

Statio ad S. *Mariam.*

Antiph. ad Introitum.

VVltum tuum.

Pſ. 44. Eructauit. [*pag.* 24.]

℣. *ad repeten.* Specie [tua & pulchritudine tua intende; proſperè procede, & regna.]

13 [*Quãdo fit Collecta, ad Miſſam nõ cantatur* Kyrie; *quia Subdiaconus dixit in Litania.*] 13. mss. Vat.

Reſponſorium Gradale

[*Pſalm. XLIV.*]

DIffuſa eſt gratia.

℣. Propter veritatẽ. [*pag.* 24.]

14 *Al.* ℟. *Grad.* Audi filia & vide. ℣. Specie tua. 14. M.

15 *Tractus.* 15. M. G.

AVdi filia; & vide & inclina aurem tuam; quoniam concupiuit Rex ſpeciem tuam.

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, filiæ regum in honore tuo.

Adducentur Regi Virgines poſtcam:

1. adducētur. *M.* eam: proximæ eius 1 offerētur tibi.
Adducentur in lætitia & exſultatione : adducentur in templum Regis.
2. *A.* 2 *Al. Tractus.* Qui ſeminãt. [*pag.* 174.]
3. *O.* 3 *Al. Tractus.* Diffuſa eſt.

[Antiphona ad] Offeren.

AVe Maria gratia plena.
℣. *I.* Quomodo in me fiet hoc?
℣. *II.* Ideoque quod naſcetur ex te. [*pag.* 13.]
4. *O.* 4 *Al. Offer.* Offerentur Regi virgines. [*pag.* 25.]

Antiphona ad Commun

DIlexiſti iuſtitiam; & odiſti iniquitatem : propterea vnxit te Deus Deus tuus.

Ton. IV. oia. euouae.

Pſal. 44. *vt ſupra.* Eructauit.
*P. M. * *Al. Cōm.* Ecce Virgo concipiet & pariet Filium; & vocabitur nomen eius Emmanuel.
Pſal. 44. *vt ſupra.* [Eructauit.
5. *O.* 5 *Al. Commun.* Simile eſt regnum cælorum.

[Ex Cod. A.]
VIII. Kal. Aprilis
Annunciatio S. Mariæ.
Antiphona.

Ingreſſus Gabriel Archangelus ad Mariam Virginem, ſalutauit eam; dicens; Aue gratia plena; benedicta tu in mulieribus : & benedictus fructus ventris tui.

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. 84. Benedixiſti Domine.
℣. *ad repeten.* Cæli, terræ, mare laudent nomen Domini; & omnis lingua benedicant eum : quia ideò miſſus eſt nunciare totius Mundi ſalutem hodie.

Reſponſorium Gradale.

Aue Maria gratia plena; Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus ...
℣. Et benedictus fructus ventris tui. ſicut myrrha electa dedit ſuauitatem odoris. *Antiphon.*
Grad. Aue Maria gratia plena; Dominus tecum :
℣. Benedicta tu inter mulieres : & benedictus fructus ventris tui.

Tractus.

Quomodo in me fiet hoc, quia virum non cognoſco?
℣. Spiritus Sanctus ſuperueniet in te; & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.
℣. Ecce ancilla Domini : fiat mihi ſecundùm verbum tuum.

Offer.

Aue Maria. ℣. Quomodo. ℣. Ideoque.

Comm.

Aue Maria gratia plena Dominus tecum. *oia. euouae.*

[Ex vno Cod. S. Galli.]
In Nat. S. Ambroſij.

Antiph. Sacerdotes Dei.
Reſponſ. Grad. Iurauit Dominus. ℣. Dixit.
Tractus. Beatus vir.
Offer. Veritas mea.
Comm. Beatus ſeruus.

XVIII. Kal. Maij
Nat. SS. Tiburtij & Valeriani. 6 6. & Maximi.

Antiphona ad Introitum.

SAncti tui Domine benedicent te : gloriam regni tui dicent. alleluia. *A. G.*

Ton. IV. oia. euouae.

Pſal. 144. Exaltabo te Deus meus Rex : & benedicam nomini tuo in æternum : & in ſæculum ſæculi.
Sancti.
7 *Al. Pſ.* 29. Exaltabo te Domine, [quoniam ſuſcepiſti me &c.] 7. *S.*

Antiphon. ℣. *ad repeten.* Domine Deus meus clamaui ad te.

ALleluia ······

℣. Exſultabunt Sancti in gloria; lætabuntur in cubilibus ſuis ······

Alleluia. ℣. Pretioſa.

ALleluia ······

℣. Sancti tui Domine florebunt ſicut lilium: & ſicut odor balſami erunt ante te.

Alleluia. ℣. Sancti tui Domine benedicent te: gloriam regni tui dicent.

Alleluia, ℣. Iuſti epulentur: exſultent in conſpectu Dei: delectentur in lætitia.

Alleluia. ℣. Te Martyrum.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

LAetamini in Domino, & exſultate iuſti; & gloriamini omnes recti corde.

℣. *I.* Beati quorum.

℣. *II.* Pro hac orauit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno. [*pag.* 168.]

3. *A.* 1 *Al. Ant. ad Offer.*

Confitebuntur cæli.

℣. *I.* Miſericordias.

℣. *II.* Quoniam quis.

Antiphona ad Commun.

GAudete iuſti in Domino: alleluia: rectos decet collaudatio. alleluia.

Ton. II. oia. euouae.

2 IX. Kal. Sacrament. Greg. *Pſal.* 32. Confitemini Domino in [cithara: & in pſalterio decem chordarum pſallite ei.]

2 *VIII. Kal. Maij.*

Nat. Sancti Georgij.

Antiphona ad Introitum.

PRotexiſti me Deus à conuentu malignantium, alleluia, à multitudine operantium iniquitatem. alleluia, alleluia.

Ton. VII. oia. euouae.

Pſal. 63. Exaudi Deus orationem meam cùm 3 deprecor: à timore inimici mei eripe animam meam. 3. tribulor, *S. M.*

Protexiſti.

4 ℟. *Grad.* Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius. 4. *S. M.*

ALleluia ······

℣. Iuſtus non conturbabitur: quia Dominus firmat manus eius.

Alleluia. ℣. Gloria & honore.

ALleluia ······

℣. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.

Alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in æternum ante Dominum.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

COnfitebuntur cæli mirabilia tua, Dñe; & veritatem tuam in Eccleſia Sanctorum. alleluia, alleluia.

℣. *I.* Miſericordias tuas Domine in æternum cantabo: in generatione & progenie 5 pronũtiabo veritatem tuam in ore meo. 5. *al.* annũtiabo.

Alleluia, alleluia.

℣. *II.* Quoniam quis in nubibus æquabitur Dño? aut quis ſimilis erit Deo inter filios Dei? Deus qui glo-

glorificatur in conſilio Sanctorum. Alleluia, alleluia.

Antiph. ad Commun.

1. ſperauit. A. Q. L Aetabitur iuſtus in Domino; & 1 ſperabit in eo: & laudabũtur omnes recti corde. alleluia, alleluia.

Ton. V. oia. euouae.

Pſal. 63. vt ſupra [*ad Introitum*.]

[*Ex vno Cod. S. Galli*.]

In Nat. S. Marci Euangeliſtæ.

Antiph. Sancti tui.
Alleluia. ℣. Pretioſa.
Alleluia. ℣. Cæli enarrãt gloriam.
Offer. Confitebuntur.
Commun. Gaudete iuſti.

VII. Kalen. Maij
In Letania Maiore.
Collecta ad S. Laurentium in Lucina

2 *Antiph. ad Introitum Collectæ.*

2. S. M. & mss. Vat. P Opulus Syon conuertimini ad Dominum Deum noſtrum; & dicite ei; Potens es Domine dimittere peccata noſtra; vt non inueniãt nos iniquitates noſtræ, Deus

3. Iſrael. S. 3 noſter. alleluia, alleluia.

Pſal. 94. Venite exſultemus [Domino: iubilemus Deo Salutari noſtro.]

[Populus Sion. Gloria. Populus Sion.]

℣. *ad repetendũ.* Præoccupemus [faciem eius in confeſſione: & in pſalmis iubilemus ei.]

Populus Sion.

Ad Proceſſionem Antiphon.
Antiphona per viam.

4 E Xſurge Domine: adiuua nos: & libera nos propter nomen tuum. 5 4. A. P. 5. alleluia. ſalnum fac populum, P.

6 *Ant.* Ego ſum Deus patrum veſtrorum, dicit Dominus; videns vidi afflictionẽ populi mei; & 7 gemitum eius audiui: 8 & deſcendi liberare eos. alleluia, alleluia. 9 6. A.C.P. S. M. 7. gemitus. C. 8. deſcendo. C. 9. alleluia. C.

10 *Ant.* Populus Sion *&c.* [*vt ſupra ſine Pſalmo.*] 10. A.C.P.

11 *Ant.* Dñe Deus noſter, qui cum patribus noſtris mirabilia magna feciſti; & noſtris glorificare temporibus: qui miſiſti manum tuam de alto; & liberaſti nos. alleluia. 11. A. C. M.P.S

12 *Ant.* Confitemini Domino filij Iſrael; quia non eſt alius Deus præter eum: ipſe liberauit nos propter miſericordiam ſuam: aſpicite quæ fecit nobiſcum; & enarremus omnia mirabilia eius. alleluia. 13 12. A. C. M. P. S. 13. alleluia. S. M.

14 *Ant.* Exclamemus omnes ad Dominũ, dicentes; Peccauimus tibi Domine: patientiam habe in nobis; & erue nos à malis quæ quotidiè adcreſcunt ſuper nos. alleluia. 15 14. A. M. P. S. 15. alleluia. S. M.

16 *Ant.* Parce Dñe, parce populo tuo, quem redemiſti Chriſte ſanguine tuo; vt non in æternum iraſcaris nobis. alleluia, alleluia. 16. A.P.S.

17 *Ant.* Dñe, imminuti ſumus propter peccata noſtra hodie: ſed in animo contrito & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur: 18 & fac nobiſcum ſecundùm manſuetudinem tuam: 17. A. P. 18. ſed fac. A.

Anti- tuam: quia non eſt confuſio 1 con-
phon. fidentibus in te. alleluia, alleluia.

2 *Ant.* Iniquitates noſtræ, Domi-
1. confi- ne, multiplicatæ ſunt ſuper capita
tenti- noſtra; delicta noſtra creuerunt
bus. A. vſque ad cælos: parce Domine; &
2. A.P.S. inclina ſuper nos miſericordiam
tuam. alleluia.

3. A. 3 *Ant.* Clemētiſſime exaudi Do-
mine populum tuum.

4. A. 4 *Ant.* Gregem tuum Domine ne
deſeras; Paſtor bone qui dormire
neſcis, ſed ſemper vigilas.

5. A. 5 *Ant.* Miſericors Domine ne per-
das nos.

6. A. 6 *Ant.* Beatus populus qui ſcit iu-
bilationē. *Pſal.* Miſericordias tuas
Domine in æternum [cantabo.]

7. 7[*Litania Septiformis, ſiue Septena.*
Rituale *pag.* 92.]
Benedicti [*Litania Quinqueformis, ſiue Quina. pag.* 94.]
Canonici [*Litania Triformis, ſiue Trina.*
fac. xij. *pag.* 97.]
[*Litania Simplex. pag.* 6.]

Ad Miſſam.

Statio ad S. Petrum.

Antiphona ad Introitum.

EXaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam: alleluia: & clamor meus in conſpectu eius, introiuit in aures eius. alleluia, alleluia.

Ton. IV. oia. euouae.

Pſal. 17. Diligam te Domine, virtus mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Exaudi.

℣. *ad repeten.* Laudans [inuocabo Dominum; & ab inimicis meis ſaluus ero.]

8 [*Quando fit Collecta, ad Miſſam* 8.
non cantatur Kyrie; *quia Subdiaco-* mss.
nus dixit in Litania.] Vat.

ALleluia......
℣. Confitemini Domino; quoniam bonus; quoniam in ſæculum miſericordia eius.

9 Alleluia. ℣. Laudate Dominū omnes
gentes. 9. M.

10 Alleluia. ℣. Propitius eſto Domine
peccatis noſtris: nequando dicant gentes; 10. O.
Vbi eſt Deus eorum?

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

COnfitebor Domino nimis in ore meo; & in medio multorū
laudabo eum: qui 11 adſtitit 12 ad 11. adſtitit. M.
dexteram pauperis, vt ſaluam faciat à perſequentibus animam meā. 12. ad dexteram pauperum vt ſaluam faceret. S.
alleluia.

℣. *I.* Adiuua me Domine Deus meus: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam; vt ſciant quia manus tua hæc; & tu Domine feciſti eam.....

℣. *II.* Qui inſurgunt in me, confundantur; ſeruus tuus lætabitur: induantur qui detrahebant mihi, reuerentia.....

Vt ſaluam faciat.

Antiphona ad Commun.

PEtite, & accipietis; quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis: omnis enim qui petit,
accipit; & qui quærit, inuenit; 13 13. & P.
pulſanti, aperietur. 14 alleluia. 14. vobis. O.

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. vt ſupra [*ad Introitum.*]

℣. ad

1. A. 1. ℣. *ad repet.* Amen dico vobis: ſi quis petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

IV. Kal. Maij

Nat. Sancti Vitalis.

Antiphona ad Introitum.

PRotexiſti me Deus. [*pag.* 180.]
Pſ. Exaudi Deus orationẽ cum.
2. S. 2 ℣. *ad repeten.* Lætabitur iuſtus.
3. B. 3 Alleluia *quale volueris.*

ALleluia ·······.
4. A. O. 4 ℣. Cõfitebuntur cæli mirabilia tua, Domine; & veritatem tuam in Eccleſia Sanctorum.
5. P. G. M. S. 5 Alleluia. ℣. Beatus vir qui timet Dominum; in mandatis eius cupit nimis.
6. P. M. S. 6 Alleluia. ℣. Iuſtus non conturbabitur, quia Dñs firmat manũ eius.
Alleluia. ℣. Poſuiſti Domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo.
Alleluia. ℣. Gloria & honore.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

REpleti ſumus manè miſericordia tua; & exſultauimus & delectati ſumus. alleluia.
℣. *I.* Domine refugium factus es nobis à generatione & progenie.
℣. *II.* Priuſquam fierent montes, aut formaretur orbis terræ; à ſæculo & in ſæculum tu es Deus.
Et exſultauimus. [*al.*] Alleluia.

Antiphona ad Commun.

7. alleluia; M. EGo ſum vitis vera; 7 & vos palmites: qui manet in me, & ego in eo; hic fert fructum multum. 8 alleluia, alleluia.
8. dicit Dñs. alleluia. S.

Ton. VII. oia. euouae.
Pſal. 63. Exaudi Deus orationem meam [cùm deprecor: à timore inimici eripe animã meam]. *Antiphon.*

[*Ex vno cod. S. Galli*]
Vigilia Apoſtolorum Philippi & Iacobi.
Antiph. Venite benedicti. [*pag.* 103.]
Alleluia. ℣. Gaudete iuſti.
Offer. Mirabilis.
Comm. Gaudete iuſti in Domino.

Kalendis Maij

Nat. Sanctorum Apoſtolorum Philippi & Iacobi.

EXclamauerunt ad te Domine in tempore afflictionis ſuæ: & tu de cælo exaudiſti eos. alleluia. alleluia.

Ton. I. oia. euouae.

Pſal. 32. Gaudete iuſti in Domino: rectos decet collaudatio.
Exclamauerunt.
℣. *ad repeten.* Confitemini Domino [in cithara: in pſalterio decem chordarum pſallite ei.]

ALleluia ·····.
9 ℣. Gaudete iuſti in Domino: rectos decet collaudatio ····· 9. A. B. M.
10 Alleluia. ℣. Sancti tui Dñe. 10. C.
11 Allel. ℣. Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine, & veritatem tuam in Eccleſia Sanctorum. 11. P. M. S.
12 Alleluia. ℣. Nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. 12. P. M. S.
13 Alleluia ···· ℣. Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. 13. A.
14 Alleluia ······· 14. A.

Non

Antiphon. ℣. Non vos me elegiſtis; ſed ego elegi vos: & poſui vos vt eatis, & fructum afferatis; & fructus veſter maneat.

Alleluia. ℣. Dinumerabo eos: ſuper arenam multiplicabuntur.

Alleluia. ℣. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis; & ego reficiam vos.

Alleluia. ℣. Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum.

Alleluia. ℣. Obtulerunt diſcipuli.

Alleluia. ℣. Vox exſultationis.

[*Antiphona ad Offeren.*]

Confitebuntur cæli.

℣. *I.* Miſericordias tuas Domine.

℣. *II.* Quoniam quis in nubibus. [*pag.*180.]

Antiphona ad Commun.

Tanto tempore vobiſcum ſum; & non cognouiſtis me? Philippe, 1 qui videt me, videt & Patrem. 2 alleluia. Non credis, quia ego in Patre: & Pater in me eſt? alleluia, alleluia.

1. alleluia. *M.* 2. meum. *M. S.*

Ton. IV. oia. euouae.

Pſal. vt ſupra [*ad Introitum.*]

V. Non. Maij

Nat. SS. * *Alexandri, Euentij & Theodoli.*

* Iuuenalis, Alexandri &c. *C. P.*

Antiphona ad Introitum.

Clamauerunt iuſti; & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Ton. II. oia. euouae.

Pſal. 33. Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.

Clamauerunt.

* ℣. *ad repeten.* In ore meo. [*leg.* In Domino laudabitur anima *&c.*] * *V.*

3 *Al. Ant.* Ecce oculi Domini &c. *Pſal.* Exſultate iuſti. [*pag.*] 3. *G.*

4 *Reſponſorium Gradale* 4. *A.B.C. M. P. R.*

Glorioſus.

℣. Dextera tua Dñe. [*pag.*168.]

5 Alleluia. 5. *A. C.*

℣. Exultabunt Sancti.

6 Alleluia. ℣. Sancti tui Dñe benedicent te: gloriam regni tui dicent. 6. *A. G. M.*

7 Alleluia. ℣. Iuſti fulgebunt; ſicut Sol in regno Patris eorum. 7. *A. O.*

Alleluia. ℣. Vox exſultationis.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

Repleti ſumus mane.

℣. *I.* Domine refugium.

℣. *II.* Priuſquam fierent montes. [*pag.*183.]

Antiphona ad Commun.

Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt; & non tanget illos tormentum malitiæ: viſi ſunt oculis inſipientium mori; illi autem ſunt in pace. *

* alleluia, alleluia. *M.*

Ton. III. oia. euouae.

8 *Pſal.* 32. Exſultate iuſti in Domino. 8. *P.*

9 *Al. Comm.* Ego ſum vitis. 9. *G.*

Eodem die

Inuentio Sanctæ Crucis.

10 *Antiphona ad Introitum.* 10. *A.C.G. O.P.S.*

Nos autem gloriari.

Pſal.66. Deus miſereatur nobis. [*pag.*81.]

11 ℣. *ad repet.* Vt cognoſcamus in terra viam tuam; in omnibus gen. 11. *S.*

gentibus ſalutare tuum.]

Al. Pſal. 92. Dominus regnauit decorem: induit indutus eſt Dominus fortitudinem; & præcinxit ſe virtute.

1. *A.* 1 *Al. Ant. ad Introitum.* In nomine Domini. *Pſal.* Domine exaudi. [*pag.* 83.]

Reſponſorium Gradale

CHriſtus factus.

℣. Propter quod. [*pag.* 85.]

ALleluia ····· ℣. Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à Ligno.

Alleluia. ℣. Dextera Domini.

Alleluia. ℣. Dominus regnauit: decorem induit.

Alleluia ····· Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Alleluia. ℣. Dulce lignum, dulceã clauos, dulcia ferens pondera; quæ ſola fuiſti digna ſuſtinere Regem cælorum & Dominum.

Alleluia. ℣. Salua nos Chriſte Saluator per virtutem Crucis: qui ſaluaſti Petrum in mare, miſerere nobis.

Alleluia. ℣. Surrexit Altiſſimus.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

2. *A.C.P.* 2 DExtera Domini. [*pag.* 85.]

3. *A. G.* 3 *Al. Offer.* Protege Dñe plebem tuam per ſignum S. Crucis ab omnibus inſidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem; & acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum. alleluia.

℣. Salua præſentem cateruam tuo nomine congregatam: vt ſanctæ Crucis vexillum famulentur obſequijs. alleluia. Vt tibi.

4 *Al. Offer.* Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. alleluia. *Antiphon.* 4. *A.*

℣. Saluator Mundi ſalua nos omnes: & omnia quæ adiuuãt, benignus nobis impende; & cuncta nocentia, à nobis procul repelle: adque ad protegendum nos dexterã tuæ maieſtatis extende. Vt tibi.

5 *Al. Offer.* Veniẽs vir ſplendidiſſimus ad Conſtantinũ regem nocte, 6 excitauit eum dicens; Aſpice in cælum; & vide ſignum Crucis Domini: per quod accipies virtutem & fortitudinem. Viſo autem ſigno hoc, Rex fecit ſimilitudinem Crucis, quã viderat in cælũ; & glorificauit Deum. alleluia. 5. *A. O.* 6. ſuſcitauit. *A.*

℣. Aſpectus quidem & viſio glorioſiſſimi Signi, cor Regis lætificauerat nõ modicum: ſimilitudinem namque Crucis curauit Rex matri ſollicitudinẽ magnã oſtendere; vt hoc Chriſti veri Dei crucifixi vexillum à Iudæis exquirere quantocius feſtinaret: quoque illã inuentã mirificè collocauit, ex auro, argentoque tegam faciens.

Viſo autem.

7 *Al. Offer.* Deus enim firmauit orbem terræ qui non commouebitur: parata ſedes tua Deus ex tunc: à ſæculo tu es. 7. *S.*

Antiphona ad Commun.

NOs autem gloriari oportet in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. *oia. euouae.*

[*Pſal. vt ſupra ad Introitum.*]

8 *Al. Com.* Crux Ieſu Chriſti adaperuit nobis ianuam cæli: Crux ſoluit vincula mortis: per hoc ſignum ligni vitæ & ſalutis noſtræ defende nos Ieſu Chriſte hic & in perpetuum. *Ton. II. oia. euouae.* 8. *A. O.*

9 *Al. Com.* Redẽptor Mundi ſigno Crucis ab omni nos aduerſitate cuſtodi: qui ſaluaſti Petrum in mari miſerere nobis. 9. *A. O.*

Digitized by Google

Anti-phon. 1. S. 1 *Al.Comm.* Spiritus vbi vult, ſpirat: & vocem eius audis, dicit Dominus: & neſcis vnde veniat, aut quo vadat. alleluia.

[Ex cod. S.]

Die VI. Menſis Maÿ.

Nat. Apoſtolorum Ioannis ante portam Latinam, & Matthæi.

Omnia require de Apoſtolorum.

VI. Idus Maÿ

Nat. Sancti Gordiani & Epimachi.

Antiphona ad Introitum.

SAncti tui Domine. *Pſal.* Exaltabo te Deus Rex meus. [*pag.* 179.]

℣. *ad repeten.* Per ſingulos dies benedicam [te: & laudabo nomen tuum in æternum, & in ſæculum ſæculi.]

2 *Reſponſorium Gradale.*

2. A.G.O. P.R. IVſtorum animæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos tormentũ malitiæ.

℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori; illi autem ſunt in pace....

ALleluia..........

℣. Fulgebunt iuſti: & tanquam ſcintillæ in arundineto 3 diſcurrent in æternum. 3. diſcurrunt. A.

Alleluia. ℣. Exſultabunt Sancti in gloria; lætabuntur in cubilibus ſuis.

Alleluia. ℣. Sancti tui Domine florebunt ſicut lilium: & ſicut odor balſami erunt ante te.

Alleluia. ℣. Sancti tui Domine benedicent te: gloriam regni tui dicent.

Alleluia. ℣. Pretioſa.

Alleluia, ℣. Gaudete.

[Antiphona ad] Offeren.

MIrabilis Deus in Sanctis ſuis: Deus Iſrahel ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ. Benedictus Deus. alleluia.

℣. *I.* Exſurgat Deus: & diſſipentur inimici eius; & fugiant qui oderunt eum, à facie eius.

℣. *II.* Pereant peccatores à facie Dei: 3 iuſti epulentur; 4 exſultent in conſpectu Dei; delectentur in lætitia....... 3. M. 4. &. O.

Benedictus.

Antiph. ad Commun.

IVſtorum animæ in manu Dei. [*pag.* 184.]

Pſal. 144. *vt ſupra* [*ad Introitum.*] Exaltabo te Deus [Rex meus.]

5 *Al. Comm.* Gaudete. 5. G.

IV. Idus Maÿ

Nat. Sanctorum Nerei, Achilei, 6 & Pancratij. 6. C. P.

Antiphona ad Introitum.

ECce oculi Domini ſuper 7 timentes eum, ſperantes in miſericordia eius; alleluia; vt eripiat à morte animas eorum: quoniam adiutor & protector noſter eſt. alleluia, alleluia. 7. metuentes. O. P.

Ton. III. oia, euouae.

Pſal. 32. Gaudete iuſti in Dño: rectos decet collaudatio.

℣. *ad repeten.* Fiat Domine [miſericordia tua ſuper nos; ſicut ſperauimus in te.]

8 *Reſponſorium Gradale* 8. P. R.

[*Pſal. XXXIII.*]

Cla-

Digitized by Google

CLamauerunt iuſti; & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

℣. Iuxta eſt Dominus his qui tribulati ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit.

1. *A.O.* 1 *Al.℟. Grad.* Iuſtorum animæ. ℣. Viſi ſunt.

ALleluia. ℣. Gaudete iuſti in Domino; rectos decet collaudatio.

Alleluia. ℣. Sancti tui Domine benedicent te: gloriam regni tui dicent.

Alleluia..... ℣. Iudicabunt Sancti nationes; & dominabuntur populis: & regnabit illorum Rex in æternum.

Alleluia. ℣. Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine; & veritatem tuam in eccleſia Sanctorum.

Alleluia. ℣. Te Martyrum candidatus laudat exercitus Domine.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

COnfitebuntur.

℣. *I.* Miſericordias tuas Domine.

℣. *II.* Quoniam quis in nubibus. [*pag.* 180.]

Antiph. ad Commun.

GAudete iuſti. [*pag.* 180.]

2. *P.* 2 ℣. Fiat miſericordia tua Domine.

III. Idus Maij

Dedicatio Baſilicæ S. Mariæ ad Martyres.

Antiphona ad Introitum,

TErribilis eſt locus iſte: hic domus Dei eſt & porta cæli; & vocabitur aula Dei. 3 alleluia. *Antiphon. 3. P.*

Ton. II. oia. euouae:

Pſal. 92. Dñs regnauit: decorem induit; induit Dominus fortitudinem; & præcinxit ſe virtute.

Reſponſorium Gradale.

LOcus iſte à Deo factus eſt inæſtimabile ſacramentum; inreprehenſibilis eſt......

℣. Deus, cui adſtat Angelorum chorus, exaudi preces ſeruorum tuorum.......

ALleluia...... ℣. Adorabo ad templum. [*pag.* 173.]

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

DOmine Deus, in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa; & populum tuum qui repertus eſt, vidi cum ingenti gaudio: Deus Iſrahel cuſtodi hanc voluntatem, Domine Deus.

℣. *I.* Maieſtas Domini ædificauit templum: videbant omnes filij Iſrahel gloriam Domini deſcendentem ſuper domum; & adorauerunt & conlaudauerunt Dñm, dicentes.

Deus Iſrael.

℣. *II.* Fecit Salomon ſolemnitatem in tempore illo; fecit Salomon ſolemnitatem in tempore illo: & proſperatus eſt; & apparuit ei Dominus.

Deus Iſrahel.

Antiphona ad Commun.

DOmus mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus:

Anti- in ea omnis qui petit, accipit; & phon. qui quærit, inuenit; & pulſanti, aperietur.

Ton. II. oia. euouae.

Pſalmus vt ſupra [ad Introitum.]

XIV. Kalen. Iunij

Nat. Sanctæ Potentianæ.

Antiph. Dilexiſti iuſtitiam. *Pſal.* Eructauit. [*pag.* 162.]

℟. *Grad.* Dilexiſti. ℣. Propterea.

℟. *Grad.* Specie tua. ℣. Diffuſa eſt gratia.

Alleluia. ℣. Adducentur.

Alleluia. ℣. Specie tua.

Alleluia. ℣. Diffuſa eſt.

1. 1 *Offer.* Offerentur regi virgines.

Offer. Offerē-tur.minor. G. ℣. *I.* Adducentur. ℣. *II.* Eructauit.

Comm. Diffuſa eſt.

VIII. Kal. Iunij

Natal. S. Vrbani Confeſſoris.

Antiph. Sacerdotes tui Domine. *Pſal.* Memento Domine. [*pag.* 22.]

℟. *Grad.* Inueni Dauid. ℣. Nihil. [*pag.* 165.]

Alleluia. ℣. Domine, quinque talenta tradidiſti mihi; ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.

Alleluia. ℣. Memento Domine Dauid & omnis manſuetudinis eius.

Offer. Veritas mea. ℣. *I.* Poſui adiutorium. ℣. *II.* Miſericordiam meam. [*pag.* 166.]

Comm. Fidelis ſeruus. [*pag.* 177.]

[*Ex vno Cod. S. Galli.*]

Natal. S. Petronillæ Virginis.

Antiph. Dilexiſti.

Reſp. Grad. Dilexiſti.

Alleluia. Diffuſa eſt.

Alleluia. Egregia.

Offer. Offerentur. *minor.*

Comm. Dilexiſti.

IV. Non. Iunij

Nat. SS. Marcellini & Petri.

2 *Via Lauicana.* 2. M.

Antiphona ad Introitum.

Clamauerunt iuſti; & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Pſal. 33. Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.

3 *Reſponſorium Gradale.*

Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos tormentum malitiæ. 3. C. M

℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori; illi autem ſunt in pace.

4 *Al.* ℟. *Grad.* Clamauerunt iuſti; & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. 4. O.P.R.

℣. Iuxta eſt Dominus his qui tribulato ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit.

Alleluia......

℣. Sancti tui Domine benedicent te; gloriam regni tui dicent.

Alleluia. ℣. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt; & non tanget illos tormentum malitiæ.

Digitized by Google

Alleluia. ℣. Iuſti epulentur.
Alleluia. ℣. Exſultent iuſti.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

LAetamini in Domino & exſultate iuſti; & gloriamini omnes recti corde.

℣. *I.* Beati quorum.

℣. *II.* Pro hac orauit. [*p.*168.]

Antiphona ad Commun.

IVſtorum animæ in manu Dei ſunt; & non tanget illos tormentum malitiæ: viſi ſunt oculis inſipientium mori; illi autem ſunt in pace.

[*Pſal. vt ſupra ad Introitum.*]

V. Idus Iunij
Nat. Sanctorum Primi & Feliciani.

1. M. 1 *In Baſilica S. Stephani.*

Antiphona ad Introitum.

SApientiam Sanctorum narrent populi; & laudem eorum nuntiet Eccleſia: nomina autem eorum viuent in ſæculum ſæculi.

*Pſal.*32. Gaudete iuſti in Domino: rectos decet collaudatio.

2. M. P. 2 *Reſponſorium Gradale* [*Pſal. CXLIX.*]

EXſultabunt Sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.

℣. Cantate Domino canticum nouum; laudatio eius in Eccleſia Sanctorum.

3. C. O. 3 *Al.Reſp.Grad.* Glorioſus Deus. ℣. Dxtera Domini.

℟. Iuſtorum animæ.

℟. Clamauerunt iuſti. ℣. Iuxta eſt Dominus.

Antiphon. ALleluia. ℣. Sancti tui Domine benedicent.

Alleluia. ℣. Gaudete iuſti in Domino: rectos decet collaudatio.

Alleluia. ℣. Mirabilis Dominus noſter in Sanctis ſuis.

Alleluia. ℣. Lætamini in Domino, & exſultate iuſti; & gloriamini omnes recti corde.

℣. Iuſti epulentur.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

MIrabilis Deus in Sanctis ſuis: Deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ. benedictus Deus. alleluia.

℣. *I.* Exſurgat Deus.

℣. *II.* Pereant peccatores.

4 *Offer.* Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum; quoniam tu Domine benedices iuſtos Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti eos. 4. S.

Antiphona ad Commun.

EGo vos elegi de mundo; vt eatis, & fructum afferatis; & fructus veſter maneat.

[*Pſal. vt ſupra ad Introitum.*]

5 *Comm.* Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum Domine eſcas volatilibus cæli; carnes Sanctorum tuorum beſtijs terræ. 5. S.

[*Ex cod. S.*]
Die XX Menſis Iunij

Natal. Sancti Barnabæ Apoſtoli.

Antiph. Ego autem ſicut oliua fructifera. *Pſal.* Quid gloriaris.

℟. *Grad.* Iuſtus vt palma florebit. ℣. Ad annunciandum.

Alleluia. Beatus vir qui timet Dominum.

Offer. Mihi autem nimis honorati.

Comm. Ego vos elegi de mundo, quia mundus vos odio habuit.

[*Ex*

Digitized by Google

Anti-phon.

[*Ex Cod. G.*]
Natal. S. Barnabæ Ap.ſtoli.
Antiph. Mihi autem.
Reſp. Grad. In omnem terram.
Alleluia. Vos eſtis lux.
Offer. In omnem.
Comm. Dico autem vobis.

[*Ex codd. M. P.*]
II. Idus Iunij
Nat. Sancti Baſilidis.
Antiphona ad Introitum.

GLoria & honore coronaſti eum Domine; & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Pſal. 8. Domine Dominus noſter, quam.

Al. Pſal. 20. Domine in virtute tua lætabitur rex; & ſuper Salutare tuum exſultabit vehementer.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. XX.*]

DOmine præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

℣. Vitam petijt; & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculum ſæculi.

ALleluia. ℣. Iuſtus non conturbabitur; quia Dominus firmat manum eius.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

IN virtute tua lætabitur iuſtus; & ſuper Salutare tuum exſultabit vehementer: deſiderium animæ eius tribuiſti ei.

℣. *I.* Vitam petijt à te.

℣. *II.* Magna eſt gloria eius in Salutari.

Antiphona ad Commun.

POſuiſti Domine in capite eius coronam de lapide pretioſo.

Pſal. 20. Domine in virtute.

Al. Comm. Magna eſt gloria eius in Salutari tuo: gloriam & magnũ decorem impone ſuper eum Domine.

Eodem die
Nat. SS. *Cyrini, Naboris & Nazarij.*
[al.]
II. Idus Iunij.
Nat. SS. *Baſilidis Cyrini, Naboris & Nazarij.*
Antiphona ad Introitum.

INtret in conſpectu.

Pſal. 78. Deus venerunt.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. LXXXVIII.*]

VIndica Domine ſanguinem Sanctorum tuorum qui effuſus eſt.

℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli; carnes Sanctorũ tuorum beſtijs terræ.

ALleluia. ℣. Sancti tui Domine.

Alleluia. ℣. Exſultabunt Sancti in gloria; lætabuntur in cubilibus ſuis.

Alleluia. ℣. Iudicabunt Sancti nationes; & dominabuntur populis: & regnabit illorum rex in æternum.

Alleluia. ℣. Exſultent iuſti.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

EXſultabunt Sancti in gloria; lætabuntur in cubilibus ſuis: exſul-

exſultationes Dei in faucibus eorum.

℣. Cantate Domino canticum nouum; cantate Domino canticum nouum; laus eius in Eccleſia Sanctorum: lætetur Iſrael in eo qui fecit eum: & filiæ Sion exſultent in Rege ſuo.

Exſultationes.

Antiphona ad Commun.

POſuerunt mortalia. [*pag.* 192.]
[*Pſal. vt ſupra ad Introitum.*]

[*Ex vno Cod. S. Galli.*]
Nat. SS. Maryrum Viti, Modeſti, & Creſcentis,
Antiph. Clamauerunt.
℟. *Grad.* Glorioſus.
Alleluia. Exſultabunt,
Offer. Mirabilis.
Comm. Iuſtorum animæ.

XIV. Kal. Iulij
Nat. Sanctorum Marci & Marcelliani.

Antiphona ad Introitum.

SAlus autem iuſtorum à Domino: & protector eorum eſt in tempore tribulationis.

Pſal. 36. Noli æmulari inter malignantes: [neque æmulatus fueris facientes iniquitatem.]

1. *M. O. P. R.* 1 *Reſponſorium Gradale.*

IVſtorum animæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos tormentum malitiæ.

℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace.

2. *C. G.* 2 *Al. Reſp. Grad.* Anima noſtra. ℣. Laqueus. [*pag.* 22.]

Antiphon. ALleluia. ℣. Exſultabunt Sancti.

Alleluia. ℣. Sancti tui Domine benedicent te: gloriam regni tui dicent.

Alleluia ℣. Exſultent.

Alleluia. ℣. Iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione; & lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

ANima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ: laqueus contritus eſt; & nos liberati ſumus.

℣. *I.* Niſi quòd Dominus.

℣. *II.* Torrentem pertranſiuit anima noſtra. [*pag.* 22.]

Antiph. ad Commun.

AMen dico vobis: quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: venite benedicti Patris mei; poſſidete præparatum vobis regnũ ab initio ſæculi.

3 *Item alia Com.* Ego vos elegi de Mundo *&c.* [*pag.* 189.] 3. *P.*
[*Pſal. vt ſupra ad Introitum.*]

XIII. Kal. Iulij
Nat. Sanctorum Geruaſij & Protaſij

Antiphona ad Introitum.

LOquetur Dominus pacem 4 in plebem ſuam, & ſuper Sanctos ſuos, & in eos qui 5 conuertentur ad ipſum. 4. populo ſuo. *P.O.*

Pſal. 84. Benedixiſti Domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. 5. cõuertuntur. *P.O.*

Digitized by Google

Antiphon. 1 *Reſponſ. Gradale*.

GLorioſus Deus.

℣. Dexterá tua. [*pag.* 168.]

1. C.O.P.R. 2 *Al.* ℟. *Grad.* Clamauerunt iuſti; & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribultionibus eorum liberauit eos.

2. S. M. ℣ Iuxta eſt Dominus his qui tribulato ſunt corde: & humilem ſpiritu ſaluabit.

3. G. 3 *Al.* ℟. *Grad.* Iuſtorum animæ.

ALleluia. ℣. Sancti tui Domine.

Alleluia. ℣. Gaudete iuſti in Domino: rectos decet conlaudatio.

Alleluia. ℣. Tradiderunt corpora ſua propter Deum ad ſupplicia; & ideò coronantur, & accipiunt palmam.

Alleluia. ℣ Iuſti epulentur.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

LAetamini in Domino, & exſultate iuſti. & gloriamini omnes recti corde.

℣. *I.* Beati quorum.

℣. *II.* Pro hac orauit. [*pag.* 168.]

Antiphona ad Commun.

POſuerunt mortalia ſeruorum tuorum Domine eſcas volatilibus cæli; carnes Sanctorum tuorum beſtijs terræ: ſecundùm magnitudinem brachij tui poſſide filios morti punitorum.

[*Pſal. vt ſupra ad Introitum.*]

IX. Kal. Iulij

Vigilia S. *Iohannis Baptiſtæ*.

Antiphona ad Introitum.

NE timeas Zacharias: exaudita eſt oratio tua; & Helizabeth vxor tua pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Iohannem: & erit magnus coram Domino; & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ: & multi in natiuitate eius gaudebunt.

Pſal. 20. Domine in virtute tua lætabitur rex: & ſuper Salutare tuum exſultabit vehementer.

4 *Al.* *Pſal.* 8. Dñe Dominus noſter: quàm. 4. M.

Reſponſorium Gradale

FVit homo miſſus à Deo, cui nomen Iohannes erat: hic venit

℣. Vt teſtimonium perhiberet de lumine; & parare Domino plebem perfectam.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

GLoria & honore coronaſti eũ; & conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum Domine.

℣. *I.* Domine Dominus noſter.

℣. *II.* Quid eſt homo. [*pag.* 20.]

Antiphona ad Commun.

MAgna eſt gloria eius in Salutari tuo: gloriam & magnũ decorem impones ſuper eum Domine.

Pſal. 20. *vt ſupra* [*ad Introitum.*]

VIII. Kal. Iulij 5. C.O.

5 *Nat. S. Iohannis Baptiſtæ*. 6. B.

6 *In Vigilia* S. *Iohannis in nocte*.

[al.] 7. P.

7 *In prima Miſſa de nocte*.

Antiphona ad Introitum.

IVſtus vt palma florebit; ſicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri.

Pſal.

Digitized by Google

Pſal. 91. Bonum eſt confiteri Domino; & pſallere nomini tuo Altiſſime.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. XCI.*]

IVſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini.

℣. Bonum eſt. [*pag.*20.]

1. C. 1 ALleluia. ℣. Beatus vir.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

IN virtute tua Domine. [*p.*175.]

Antiphona ad Commun.

POſuiſti Domine. *Pſal.*20. [*pag.* 165.]

[*Aliud ex cod. M.*]
Antiphona ad Introitum.

Gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum *Pſal.*8. Domine Dominus noſter, quàm.

℟. *Grad.* Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.

Alleluia. ℣. Iuſtus vt palma florebit; & ſicut cedrus multiplicabitur.

Offer. Gloria & honore coronaſti. ℣. *I.* Domine Dominus noſter. ℣. *II.* Quid eſt homo.

Cō. Magna eſt gloria eius in Salutari.

Natal. eiuſdem in die.

Antiphona ad Introitum.

DE ventre matris meæ vocauit me Dominus nomine meo; & poſuit os meum vt gladium acutum: ſub tegumentum manus ſuæ protexit me: poſuit me quaſi ſagittam electam.

*Pſal.*91. Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime. *Antiphon.*

℣. *ad repeten.* Iuſtus vt palma florebit: & ſicut cedrus Libani multiplicabitur.]

Reſponſorium Gradale.

PRiuſquàm te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre, ſanctificaui te.

℣. Miſit Dominus manum ſuam; & tetigit os meum: & dixit mihi. [Priuſquam te formarem.]

2 ALleluia. ℣. Ipſe præibit ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ, parare Dño plebem perfect. 2. B. G.

3 Alleluia. ℣. Iuſtus vt palma florebit: & ſicut cedrus quæ in Libano eſt, multiplicabitur. 3. C. S.

4 Alleluia. ℣. Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. 4. M. P. R.

Alleluia. ℣. Tu puer, Propheta Altiſſimi vocaberis: præibis ante Dominum parare vias eius.

Alleluia. ℣. Ne timeas Zacharias; quia exaudita eſt oratio tua.

℣. Et naſcetur tibi filius; & vocabitur nomen eius Iohannē.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

IVſtus vt palma florebit; ſicut cedrus quæ in Libano eſt, multiplicabitur.

℣. *I.* Bonum eſt confiteri Domino.

℣. *II.* Ad annuntiandum manè.

℣. *III.* Plantati in domo Domini. [*pag.* 21.]

Antiph. ad Commun.

TV puer, Propheta Altiſſimi vocaberis: præibis enim ante fa-

Anti-phon. te faciem Domini, parare vias eius.
Pſal. 91. Bonum eſt.
1. P. 1 ℣. Ad dandam.

VI. Kal. Iulij
Nat. Sanctorum Iohannis. & Pauli.

Antiphona ad Introitum.

MVltæ tribulationes iuſtorum: & de his omnibus liberauit eos Dominus: Dominus cuſtodit omnia oſſa eorum; vnum ex his non conteretur.

Pſal. 33. Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.

Reſponſorium Gradale
[Pſal. CXXXII.]

ECce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum.

2. B. C. M. O. S. 2 ℣. [*I.*] Sicut vnguentũ in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.

3. C. M. O. P. S. 3 ℣. [*II.*] Mandauit Dominus benedictionem & vitam vſque in ſæculum.

4. P. 4 Alleluia *quale volueris.*

5. C. R. S. 5 ALleluia. ℣. Gaudete iuſti in Domino.

6. M. 6 Alleluia. ℣. Exſultabunt Sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.

Alleluia. ℣. Hæc eſt vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt, inclyta tenens regna cæleſtia.

Alleluia. ℣. Multæ tribulationes iuſtorum; & de his omnibus liberauit eos Dominus.

Alleluia. ℣. Iuſti epulentur.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

GLoriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu Domine benedices iuſtos: Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.

℣. *I.* Verba mea auribus percipe Domine; intellige clamorem meũ:
7 intende voci orationis meæ Rex meus & Deus meus. 7. P.

Domine vt ſcuto.

℣. *II.* Quoniam ad te orabo Domine; quoniam ad te orabo Domine: manè & exaudies vocem meam.

Domine vt ſcuto.

Antiphona ad Commun.

ET ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt; Deus temptauit eos: tanquam aurum in fornace probauit eos; & ſicut holocauſta accepit eos.

Pſal. 33. *vt ſupra* [*ad Introitum.*]

[*Ex vno cod. S. Galli.*]
Nat. S. Leonis Papæ.

Antiph. Statuit.
℟. *Grad.* Gloria & honore.
℣. Quoniam.
Alleluia. ℣. Elegit.
Offer. Veritas.
Comm. Domine quinque talenta.

IV. Kal. Iulij.
Vigilia S. Petri Apoſtoli.

Antiphona ad Introitum.

DIcit Dominus Petro; Cùm eſſes iunior cingebas te; & ambulabas vbi volebas: cùm autem ſenueris, extendes manus tuas; & alius te cinget: & ducet quò

tu non

tu non vis. hoc autem dixit ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum.

Pſal. 18. Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius adnuntiat firmamentum.]

℣. *ad repeten.* Dies diei [eructat verbum; & nox nocti indicat ſcientiam.]

1. O. 1 *Al.Pſal.* 138. Domine probaſti.

Reſponſ. Gradale
[*Pſal. XVIII.*]

IN omnem terram exiuit ſonus eorum; & in fines orbis terræ verba eorum.

℣. Cæli enarrant gloriam Dei:& opera manuum eius adnunciat firmamentum.

2. M. 2 *Al.℟.Grad.* Nimis honorati ſũt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.

℣. Dinumerabo eos; & ſuper arenã multiplicabuntur.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

MIhi autem nimis honorificati ſunt amici tui, Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.

℣. *I.* Domine probaſti me; & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam. [Nimis.]

℣. *II.* Intellexiſti cogitationes meas à longè: ſemitam meam & directionem meam inueſtigaſti.

Nimis.

℣. *III.* Ecce tu Domine cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua: tu formâſti me; & poſuiſti ſuper me manum tuam.

Nimis confortatus eſt. *Antiphon.*

Antiphona ad Commun.

TV es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.

Pſalm. 137. Domine probaſti me.

III. Kal. Iulij
Nat. Sancti Petri.

Antiphona ad Introitum.

NVnc ſcio verè quia miſit Dominus Angelum ſuum; & eripuit me de manu Herodis, & de omni exſpectatione plebis Iudæorum.

Pſalm. 137. Domine probaſti me; [& cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam.]

3 *Pſal.* 18. Cæli enarrant gloriam Dei:& opera manuum eius adnuntiat firmamentum. 3. M.

4 *Al. Antiph. ad Introitum.* Mihi autem nimis &c. 4. V.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. XLIV.*]

COnſtitues eos Principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui Domine.

℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

5 ALleluia. ℣. Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. 5. C.G. P.

Alleluia. ℣. Beatus es Simon Petre: quia caro & ſanguis non reuela- 6 B.G.O.

Anti-phon. uelauit tibi; ſed Pater meus qui eſt in cælis.

1 Alleluia. ℣. Nimis honorati
1. P. R. ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.

Alleluia. ℣. Tu es Simon Bar Iona: cui caro & ſanguis non reuelauit Verbum Patris; ſed ipſe Pater qui eſt in cælis.

Alleluia. ℣. Petre amas me? Domine tu ſcis quia amo te.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

CONſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui in omni generatione & progenie.

℣. *I.* Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

In omni.

℣. *II.* Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Specioſus forma præ filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

In omni.

℣. *III.* Propterea benedixit te Deus in æternum: accingere gladio tuo circa femur Potentiſſime.

In omni.

Antiphona ad Commun.

SImon Iohannis diligis me plus his? Domine tu omnia noſti: tu ſcis Domine quia amo te. 2 — 2. paſce oues meas. *P.*

Pſal. 137. *vt ſupra* [*ad Introitum.*]

Pridie Kal. Iulij.

Natal. Sancti Pauli.

Antiphona ad Introitum.

SCio cui credidi: & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meũ ſeruare in illum diem.

Pſalm. 137. Domine probaſti me.

3 *Al.Pſal.* 32. Gaudete iuſti in Domino: rectos decet. 3. *M.*

Reſponſorium Gradale.

QVi operatus eſt Petro in Apoſtolatum, operatus eſt & mihi inter gentes: & cognouerunt gratiam Dei, quæ data eſt mihi.

℣. Gratia Dei in me, vacua non fuit: ſed gratia eius ſemper in me manet.

ALleluia: ℣. Gaudete iuſti in Domino: rectos decet collaudatio.

Alleluia. ℣. Cæli enarrant.

Alleluia. ℣. Sancte Paule Apoſtole prædicator veritatis, & doctor gentium, intercede pro nobis 4 ad Deum, qui te elegit. 4. ad Dominũ. *tantũ.* *M.*

[*Antiphona ad*] *Offer.*

MIhi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.

℣. *I.* Domine probaſti me.

℣. *II.* Intellexiſti.

℣. *III.* Ecce tu Domine cognouiſti. [*pag.* 194.]

5 *Al.Offer.* In omnem terram exiuit ſonus eorum; & in fines terræ verba eorum. 5. *G.*

℣. Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuũ eius adnunciat firmamentum.

Antiphona ad Commun.

AMen dico vobis; quòd vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me; centuplum accipietis:

tis; & vitam æternam poſſidebitis.

Pſal. 137. *vt ſupra [ad Introitum.]*

VI. Non. Iulij
In Nat. SS. Proceſſi
& Martiniani.

Antiphona ad Introitum.

1. Iudicabût. M. 1 IVdicant Sancti gentes; & dominantur populis: regnabit Dominus Deus illorum in perpetuum.

Pſal. 32. Gaudete iuſti in Domino: rectos decet collaudatio.

Reſponſorium Gradale
[Pſal. CXLVIII.]

EXſultabunt Sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.

℣. Cantate Domino canticum nouum: laudatio eius in Eccleſia Sanctorum.

ALleluia. ℣. Mirabilis Dñus noſter in Sanctis ſuis.

Alleluia. ℣. Confitebuntur.

[Antiphona ad] Offeren.

GLoriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu Domine benedices iuſtos: Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.

℣. *I.* Verba mea.

℣. *II.* Quoniam ad te orabo. [*pag.* 194.]

Antiphona ad Commun.

ANima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.

Pſal. 123. Niſi quia Dominus.

2 *Al. Com.* **Beati mundo corde; quoniam ipſi Deum videbunt; beati pacifici; quoniam filij Dei vocabuntur: beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiam; quia ipſorum eſt regnum cælorum.** 2. M.

Pridie Nonas Iulij.
Octau. Apoſtolorum Petri
& Pauli.
3. *Ad Vincula.* 3. M.

Antiphona ad Introitum.

SApientiam Sanctorum narrent populi; & laudem eorum nunciet Eccleſia: nomina autem eorum viuent in ſæculum ſæculi.

Pſal. 32. Gaudete iuſti in Domino: rectos decet collaudatio.

4 *Al. Antiph. ad Introitum.* Nunc ſcio verè &c. *Pſal.* 18. Cæli enarrant. 4. V.

Reſponſorium Gradale.

IVſtorum animæ. ℣. Viſi ſunt oculis [*pag.* 191.]

Al. Reſp. Grad. In omnem terram. ℣. Cæli enarrant.

ALleluia. ℣. Sancti tui Domine benedicent te: gloriam regni tui dicent.

Alleluia. ℣. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in temptationibus meis: ego autem in medio veſtri ſum, ſicut qui miniſtrat.

Alleluia. ℣. Iſti ſunt duæ oliuæ, & candelabra lucentia ante Dominum: habent poteſtatem claudere cælum nubibus; & aperire portas cæli eius: quia linguæ eorum claues cæli factæ ſunt.

[Antiphona ad] Offeren.

EXſultabunt Sancti. [*pag.* 190.]

5 *Al. Offer.* Beatus es Simon Petre, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi: ſed Pater meus qui eſt in cælis. 5. M.

Ieſus

Anti-phon. ℣. Ieſus dixit diſcipulis ſuis; Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? reſpondens Petrus dixit; Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Qui eſt in cælis.

Antiphona ad Commun.

IVſtorum animæ in manu Dei ſunt. [*pag.*189.]

*Pſal.*32. *vt ſupra* [*ad Introitum.*]

1. M. 1 *Al. Comm.* Domine, ſi tu es; iube me venire ad te ſuper aquas. & extendens manum, adprehendit eum; & dixit Ieſus, Modicæ fidei quare dubitaſti?

VI. Idus Iulij
Nat. ſeptem Fratrum.

Antiphona ad Introitum.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini; qui habitare facit ſterilem in domo matrem filiorum lætantem.

*Pſal.*112. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal.* CXXIII.]

ANima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium

2. B. 2 ℣. Niſi quòd Dominus.

3. C.M.P. 3 *Al.*℣. Laqueus contritus eſt; & nos liberati ſumus: adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.

4. G.O.R. 4 *Al.*℟. *Grad.* Vindica Domine

5. B.C.G. 5 ALleluia. ℣. Laudate pueri Dominum. [*pag.*22.]

Alleluia. ℣. Mirabilis Dominus.

Alleluia. ℣. Sancti tui Domine benedicent te: gloriam regni tui dicent.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

ANima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt; & nos liberati ſumus.

℣. *I.* Niſi quòd Dominus.

℣. *II.* Torrentem. [*pag.*22.]

Antiph. ad Commun.

QVicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt; ipſe meus frater, ſoror & mater eſt, dicit Dominus.

*Pſal.*112. *vt ſupra* [*ad Introitum.*]

XII. Kal. Auguſti
Nat. S. Praxedis.

Ant. ad Introitum. Loquebar de teſtimonijs. *Pſal.* 118. Beati immaculati. [*pag.*166.]

℟. *Grad.* Dilexiſti iuſtitiam. ℣. Propterea vnxit te. [*pag.*162.]

Allel. ℣. Specie tua & pulchritudine tua.

Allel. ℣. Diffuſa eſt.

Offer. Diffuſa eſt gratia. [*pag.*171.]

6 *Al. Offer.* Filiæ Regum in honore tuo. [*pag.*167.] *6. M.*

Comm. Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori. [*pag.*25.]

*Pſal.*118. *vt ſupra* [*ad Introitum.*]

X. Kal. Auguſti
Nat. S. Apollinaris.

7 *Antiph. ad Introitum.* Sacerdotes Dei. [*pag.*177.] *7. C.G.P.*

8 *Al. Antiph.* Sacerdotes tui Dñe induãt iuſtitiam: & Sancti tui exſultent propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciem Chriſti tui. *Pſal* 131. Memento Domine Dauid; & omnis manſuetudinis eius. *8. M.*

9 *Al. Ant.* [*ad Introitum.*] Statuit. *9. O.*

℟. *Grad.* Inueni Dauid. ℣. Nihil

hil proficiet inimicus in eũ.[*p*.165.]

1. *O.* 1 *Al.* ℟. *Grad.* Ecce Sacerdos magnus.

2. *M.* 2 ℟. *Grad.* Iurauit Dñs & non pœnitebit eum; Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. ℣. Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis.

Alleluia. ℣. Memento Domine Dauid.

Alleluia. ℣. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum.

Offer. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

℣. *I.* Poſui adiutorium.

℣. *II.* Miſericordiã meã.[*p*.166.]

Commun. Semel iuraui in Sancto meo; Semen eius in æternum manebit; & ſedes eius ſicut Sol in conſpectu meo; & ſicut Luna perfecta in æternum: & teſtis in cælo fidelis.

3. *P.* 3 *Pſal.* 88. Miſericordias.

[*Ex vno cod. S. Galli.*]
Vigilia S. Iacobi Apoſtoli.

Antiph. Ego autem ſum ſicut.[*pag*.19.]
℟. *Grad.* Iuſtus vt palma.
Offer. Gloria & honore.
Commun. Magna eſt gloria.

Nat. S. Iacobi Apoſtoli.

Antiph. Mihi autem.
℟. *Grad.* Conſtitues eos.
Alleluia. ℣. Vos eſtis.
Offer. Mihi autem.
Comm. Dico vobis.

IV. Kalen. Auguſti

4. *P. M.* 4 *Nat. S. Felicis.*

[al.]

5. *B.C.G.* 5 *Nat. SS. Simplicij, Fauſtini, & Beatricis.*

Antiphona ad Introitum. *Antiphon.*

SAcerdotes eius induant Salutare: & Sancti eius exſultatione exſultabunt.

Pſal. 131. Memento Dñe Dauid; & omnis manſuetudinis eius.

6 Reſponſorium Gradale. 6. *B. P.*

ECce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo.

℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem Excelſi.

7 *Al.* ℟. *Grad.* Sacerdotes eius induant ſalutare; & Sancti eius [exſultatione exſultabunt.] 7. *C.G.R.*

℣. Illic producam cornu Dauid; paraui lucernam Chriſto meo.

8 *Al.* ℟. *Grad.* Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine; & veritatem tuam in eccleſia Sanctorum. 8. *O.*

℣. Miſericordias tuas Domine in æternum cantabo, in generatione & progenie.

9 ALleluia. ℣. Inueni Dauid ſeruum meũ: oleo ſancto meo vnxi eum. 9. *M. R.*

10 Alleluia. ℣. Dñe quinque. 10. *O.*
Alleluia. ℣. Diſpoſui.
Alleluia. ℣. Sancti tui.

11 [*Antiphona ad*] *Offeren.* 11. *C. M.*

INueni Dauid ſeruum meum; & in oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei; & brachium meũ confortauit eum.

℣. *I.* Potens es Domine.

℣. *II.* Veritas mea. [*pag*.23.]

12 *Al. Offer.* Veritas mea & miſericordia mea. [*pag*.166.] 12. *P.*

13 *Al. Offer.* Lætamini in Dño. [*pag*.168.] 13.

Al. Of-

Antiphon. 1. G. 1 *Al. Offer.* Anima noſtra. [*p.* 22.]

Antiphona ad Commun.

BEatus ſeruus. [*pag.* 23.]

Pſal. 131. *vt ſupra* [*ad Introitum.*]

Al. Com. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes, dicit Dominus: & vos ſimiles hominibus exſpectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs.

2. R. 2 *Al. Comm.* Iuſtorum animæ. [*pag.* 184.]

3. G. 3 *Al. Comm.* Ego vos elegi.

[*Ex cod. P.*]

Eodem die

Nat. SS. Simplicij, Fauſtini, & Beatricis.

Antiph. Sapientiam Sanctorum. *Pſal.* 32. Exſultate iuſti. [*pag.* 189.]

℟. *Grad.* Clamauerunt iuſti. ℣. Iuxta eſt Dominus his qui tribulato. [*pag.* 188.]

Alleluia. ℣. Sancti tui Domine.

Offer. Gloriabuntur in te omnes. [*pag.* 194.]

Comm. Ego vos elegi. [*pag.* 189.]

[*Pſal.* 32. *vt ſupra ad Introitum.*]

III. Kal. Auguſti

Nat. SS. Abdon & Sennen.

Antiphona ad Introitum.

INtret in conſpectu tuo Domine gemitus compeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: vindica ſanguinem ſeruorum tuorum qui effuſus eſt.

Pſal. 78. Deus venerunt gentes in hæreditatē tuā: coinquinauerunt templum ſanctum tuum.

Reſponſorium Gradale.

GLorioſus Deus in Sanctis ſuis: mirabilis in maieſtate, faciens prodigia.

℣. Dextera tua Domine glorificata eſt: dextera manus tuæ confregit inimicos.

4 ALleluia. ℣. Sancti tui Domine benedicent te; gloriam regni tui dicent. P. 4. M.

5 Alleluia. ℣. Exſultabunt Sancti. 5. R.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

MIrabilis Deus in Sanctis ſuis: Deus Iſrahel, ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ. benedictus Deus.

[℣. Exſurgat Deus.]

℣. Pereant peccatores. [*pag.* 186.]

Antiph. ad Commun.

POſuerunt mortalia ſeruorum tuorum Domine, eſcas volatilibus cæli; carnes Sanctorum tuorum beſtijs terræ: ſecundùm magnitudinem brachij tui poſſide filios morti punitorum.

Pſal. 78. Deus venerunt.

Kalendis Auguſti.

6 *S. Petri ad Vincula.* 6. P.

[al.]

7 *Statio ad S. Petrum ad Vincula.* 7. G.

[al.]

8 *Ad S. Petrum ad Vincula,* *Catenas eius oſculandas.* 8. M.

Antiphona ad Introitum.

9 SAlus populi ego ſum, dicit Dn̄us, de quacumque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam 9. P. M.

diam eos; & ero illorum Dominus in perpetuum.

*Pſal.*77. Adtendite populus meus legem meam.

1. M. G. 1 *Al. Antiph.* Nunc ſcio verè. [*pag.*195.]

Reſponſorium Gradale.
[*Pſal. XXVII.*]

Saluum fac populum. ℣. Ad te Domine clamaui. [*pag.* 52.]

2. M. 2 *Al.℟. Grad.* Si diligis me Simon Petre; paſce oues meas.

℣. Domine Deus meus tu noſti quia amo te.

Alleluia. ℣. Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificab o Eccleſiam meam.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

Populũ humilem ſaluum facies; & oculos ſuperborum humiliabis. [*pag.*69.]

3. M. 3 *Al. Offer.* Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui Domine in omni progenie & generatione.

Antiphona ad Commun.

Domine ſi tu es. [*pag.*198.]

4. M. 4 *Al. Comm* Simon Iohannis diligis me plus his? Domine tu omnia noſti: tu ſcis Domine quia amo te.

IV. Non. Auguſti
Nat. S. Stephani Pontificis.
5. M. 5 *Via Latina.*

Antiphona ad Introitum.

6. C. M, P. 6 Sacerdotes eius induant ſalutare; & Sancti eius exſultatione exſultabunt.

Pſal. 131. Memento Domine Dauid; & omnis [manſuetudinis eius.] *Antiphon.*

7 *Al. Ant.* Iuſtus vt palma. *Pſ.*91, Bonum eſt confiteri Dño. [*pag.*192.] 7. O.P.R.

Reſponſorium Gradale.

8 Ecce Sacerdos. [*pag.*23.] 8. C.

9 *Al.℟. Grad.* Iuſtus non conturbabitur; quia Dominus firmat manum eius. ℣. Tota die miſeretur & commodat: & ſemen eius in benedictione erit. 9 O.P.R.

10 *Al.℟. Grad.* Os iuſti meditatur ſapientiam; & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius. 10. P.

11 *Al. ℟. Grad.* Inueni Dauid ſeruum meum; in oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei; & brachium meum confortabit eum ℣. Nihil proficiet inimicus in eo; & filius iniquitatis non nocebit eũ. 11. M.

Alleluia. ℣. Diſpoſui teſtamentum electis meis; iuraui Dauid ſeruo meo.

Alleluia. ℣. Beatus vir qui in.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

12 Veritas mea. [*pag.*166.] 12. C.

13 *Al. Offer.* Inueni Dauid ſeruum meum; & oleo ſancto meo. ℣. *I.* Potens es Domine. ℣. *II.* Veritas mea. [*pag.*23.] 13. O.P.R.

Antiphona ad Commun.

Domine, quinque talenta tradidiſti mihi; ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Euge ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis; ſupra multa te conſtituam: intra

Anti-phon. in gaudium Domini tui.
Pſal. vt ſupra [*ad Introitum*.]

VIII. Id. Auguſti
Nat. S. Syxti Epiſcopi.

Antiphona ad Introitum.

SAcerdotes Dei benedicite Dominum: Sancti & humiles corde laudate Deum.

Pſal. Benedicite omnia opera Domini Dominum.

1. R. 1 *Al. Ant.* Sacerdotes tui Domine.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. CXXXI.*]

SAcerdotes eius induant ſalutare; & Sancti eius exſultatione exultabunt.

℣. Illic producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo.

2. P. 2 ALleluia. ℣. Inueni Dauid.

5. M. 3 Alleluia. ℣. Diſpoſui teſtamentum electis meis; iuraui Dauid ſeruo meo.

Alleluia. ℣. Beatus vir qui ſuffert tentationem: cùm probatus fuerit accipiet coronam vitæ.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

INueni Dauid ſeruum meum; & in oleo ſancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei; & brachium meum confortabit eum.

℣. *I.* Potens es Domine.

℣. *II.* Veritas. [*pag.* 23.]

Antiphona ad Commun.

FIdelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam; vt det illis in tempore, tritici menſuram.

Pſal. vt ſupra ad [*Introitum*.]

Eodem die
Nat. SS. Feliciſſimi & Agapiti.

Antiphona ad Introitum.

SAlus autem iuſtorum. *Pſal.* 36. Noli æmulari. [*pag.* 191.]

Reſponſorium Gradale.

IVſtorum animæ. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium. [*pag.* 191.]

ALleluia. ℣. Cantate Domino canticum nouum: laus eius in Ecleſia Sanctorum.

Alleluia. ℣. Exſultent.

[*Antiph. ad*] *Offeren.*

GLoriabuntur in te omnes. ℣. *I.* Verba mea auribus.

℣. *II.* Quoniam ad te orabo Domine. [*pag.* 194.]

Antiph. ad Commun.

EGo elegi vos de mundo. [*pag.* 189.]

Pſal. 36. *vt ſupra* [*ad Introitum*.]

[*Ex cod. M.*]
VIII. Id. Auguſti.
Transfiguratio Domini noſtri.

Antiph. In excelſo throno vidi ſedere virum; quem adorat multitudo Angelorum, pſallentes in vnum: ecce cuius imperij numen eſt in æternum. *Pſal.* 99. Iubilate Deo omnis terra; ſeruite Domino in lætitia.

℟. *Grad.* Miſit Dominus Verbum ſuum; & ſanauit eos: & eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur Domino miſericordiæ eius; & mirabilia eius filijs hominum.

Alleluia. ℣. Timebunt gentes nomen tuum Domine; & omnes Reges terræ gloriam tuam.

Offer. Deus enim firmauit orbem terræ qui non commouebitur. parata ſedes tua Deus ex tunc à ſæculo tu es.

℣. *I.*

Digitized by Google

℣. I. Dominus regnauit decorem.
℣. II. Mirabilis in excelſis Dominus. [pag. 16.]
Comm. Mirabantur omnes de his quæ procedebant de ore Dei.

VI. Idus Auguſti
Nat. S. Cyriaci Martyris.

Antiphona ad Introitum.

TImete Dñm omnes Sancti eius; quoniam nihil deeſt timentibus eum: diuites eguerunt, & eſurierunt; inquirentes autem Dominum, non deficient omni bono.

Pſal. 33. Benedicam Dominũ in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.

Reſponſorium Gradale [*Pſal. XXXIII.*]

TImete Dominum omnes Sancti eius; quoniam nihil deeſt timentibus eum.

℣. Inquirentes autem Dominũ, non deficient omni bono.

1. C. 1 ALleluia. ℣. Gaudete iuſti.
2. P. 2 Alleluia. ℣. Exſultabunt Sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.

3. M. 3 Alleluia. ℣. Iuſtus non conturbabitur; quia Dominus firmat manum eius.

Alleluia, ℣. Vox exſultationis.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

LAetamini in Domino, & exſultate iuſti; & gloriamini omnes recti corde.

℣. Beati quorum.

℣. Pro hac orauit. [*pag.* 168.]

Antiph. ad Commun. Antiphon.

SIgna eos qui in me credunt, hæc ſequentur: demonia eijcient; ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.

Pſal. 33. *vt ſupra* [*ad Introitum.*]

V. Idus Auguſti
Vigilia S. Laurentij.

Antiphona ad Introitum.

DIſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi: cornu eius exaltabitur in gloria.

Ton. III. oĩa. euouae.

Pſal. 111. Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis.

Reſponſorium Gradale [*Pſalm. CXI.*]

DIſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi ....

℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.

4 *Al.* ℟. *Grad.* Probaſti Dñe cor meum; & viſitaſti nocte. 4. P.

℣. Igne me examinaſti: & non eſt inuenta in me iniquitas.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

ORatio mea munda eſt; & ideò peto, vt detur locus voci meæ in cælo: quia ibi eſt Iudex meus & conſcius meus 5 in excelſis. aſcendat ad Dominum deprecatio mea. 5. in æternum. M. in excelſo. P.

℣. Probauit me Dominus ſicut aurum: vias eius cuſtodiui; & à præceptis eius non diſceſſi.

Aſcendat ad Dominum.

Digitized by Google

Anti- phon. 1. P. 1 *Al. Offer.* Gloria & honore.

Antiphona ad Commun.

QVi vult venire. [*pag.*170.] [*Pſal.*111. *vt ſupra ad Introitum.*]

IV. Idus Auguſti
Nat. S. Laurentij.
In mane prima.

Antiphona ad Introitum.

PRobaſti Domine cor meum & viſitaſti nocte: igne me examinaſti; & non eſt inuenta in me iniquitas.

Ton. VII. oia. euouae.

Pſal. 16. Exaudi Domine iuſtitiã meam: intende deprecationem meam.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. XX.*]

POſuiſti Domine.
℣. Deſiderium. [*pag.* 170.]

ALleluia. ℣. Beatus vir. [*p.*170.]
2. *A. O.* 2 Alleluia .... ℣. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris; ſed habebit lumen vitæ æternæ.

Alleluia ...... ℣ Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt; qui per ſignũ crucis cæcos illuminauit.

[*Antiphona ad*] *Offeren.*

IN virtute tua Dñe. [*pag.*175.]

Antiphona ad Commun.

MAgna eſt. [*pag.* 176.]

In die ad Miſsã.

Antiphona ad Introitum.

COnfeſſio & pulchritudo.
Pſal. 95. Cantate Domino. [*pag.* 44.]

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. XVI.*]

PRobaſti Domine cor meum; & viſitaſti nocte ......
℣. Igne me examinaſti: & non eſt inuenta in me iniquitas .....

3 ALleluia. ℣. Beatus vir qui timet Dominum; [in mandatis eius cupit nimis.] *3. C. M. P. R.*

4 Alleluia ..... ℣. Poſuiſti Domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. *4. A.*

5 Alleluia .... ℣. Lætabitur iuſtus in Domino; & ſperauit in eo: laudabuntur omnes recti corde. *5. A.*

Alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt: qui per ſignum Crucis cæcos illuminauit; & theſauros Eccleſiæ dedit pauperibus.

Alleluia. ℣. Laurentius bonum opus operatus eſt: qui per ſignum Crucis cæcos illuminauit.

[*Antiph. ad*] *Offer.*

COnfeſſio & pulchritudo in conſpectu eius: ſanctitas & magnificentia in Sanctificatione eius.

℣. *I.* Cantate Domino canticum nouum; cantate Domino omnis terra.

Sanctitas.

℣. *II.* Cantate Domino: benedicite nomen eius: bene nunciate de die in diem ſalutare eius.

Sanctitas. [*al.*] In Sanctificatione.

Anti-

Antiphona ad Commun.

QVi mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum; illic & miniſter meus erit.

Ton. VII oia. euouae.

[*Pſal.95.vt ſupra ad Introitum.*]

℣. [*ad repeten.*] Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus.

III. Idus Auguſti
Nat. S. Tiburtij Martyris.

Antiphona ad Introitum.

IVſtus vt palma florebit: ſicut cedrus quæ eſt in Libano, multiplicabitur: plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri.

Pſal.91. Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſiſime.

Reſponſorium Gradale
[*Pſal. XCI.*]

1. C. 1 IVſtus vt palma. [*pag.20.*]
2. 2 *Al.*℟.*Grad.* Os iuſti medita-
P. R. tur ſapientiam. ℣. Lex Dei eius in corde. [*pag.206.*]

3. A. 3 *Al.* ℟. *Grad.* Iuſtus nõ conturbabitur: quia Dñus firmat manus eius ......

℣. Tota die miſeretur & commodat: & ſemen eius in benedictione erit ....

4. M. 4 *Al.R. Grad.* Poſuiſti Domine. ℣. Deſiderium animæ eius.

5 ALleluia. ℣. Beatus vir qui ti-
5. A.C.G. met Dominum.
Grad. Diffuſa eſt gratia. ℣. Propter veritatem.

Grad. Adiuuauit eam &c. ℣. Fluminis impetus.

Grad. Audi filia. ℣. Specie tua.

Alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia.

Alleluia. ℣. Specie tua.

Alleluia. ℣. Veni ſponſa Chriſti.

Alleluia. ℣. Dilexiſti iuſtitiam.

Alleluia. ℣. Loquebar Domine de teſtimonijs tuis.

Offer. Filiæ Regum.

Offer. Diffuſa eſt gratia.

Comm. Diffuſa eſt gratia. *Pſal.* Specie tua.

Comm. Quinque prudentes Virgines. *Pſal.* Beati qui ſcrutantur.

Comm. Simile eſt regnum cælorum. *Pſal.* Speciosus [forma.]

Comm. Principes perſecuti ſunt me gratis. *Pſal.* Expectabam ſalutare.

Comm. Confundantur ſuperbi, qui iniuſtè. *Pſal.* Fiat Domine cor meum.

[*In hoc Caſinenſi Codice Verſus non exſtant poſt Offertorium, ſed immediatè ſequitur antiphona ad Communionem.*]

DEO. GRATIAS

V. C. Petri Pauli Boſcha Archipresbyteri Modoetiæ in Inſubria Præfatio in vetuſtium hunc librum Gradalem S. Gregorÿ Papæ:

In Baſilica inſigni Sancti Iohannis Baptiſtæ Modoetiæ inter alias res pretioſiſſimas, quas Theodolinda Regina Longobardorum eidem donauit, cuſtoditur liber Antiphonarius Sancti Gregorÿ Magni, deſcriptus in membrana coloris cærulei, litteris inauratis, concluſus duabus tabellis eburneis; quarum pars poſterior habet effigiem Regis Dauidis; anterior verò effigiem S. Gregorÿ; cuius capitĕ impendet diſtichon ſequens.

† Gregorius Præſul meritis & nomino dignus,
Vnde genus ducit, ſummum conſcendit honorem.

Liber autem Antiphonarius incipit hoc modo.

1. S. Felix Papa fuit atauus S. Gregorÿ Papæ.

GRegorius Præſul Meritis Et Nomine Dignus
Vnde 1 Genus Ducit, Summum Conſcendit Honorem
Qui Renouans Monumenta Patrumque Priorum
Tū Conpoſuit Hunc Libellum Muſicæ Artis
Scolæ Cantorum

IN NOMINE DEI SVMMI

Dominica I. de Aduentu Domini.
2. Id eſt, Reſpōſorius Gradalis. 2 *R.G.* Vniuerſi qui te expectant, nō confundentur Domine. ℣. Vias tuas Domine notas fac mihi: & ſemitas tuas edoce me. 3 All. Oſtē-
3. Alleluia. de nobis Domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.

Dominica II. R.G. Ex Sion ſpecies decoris eius: Deus manifeſtè veniet. ℣. Congregate illic Sanctos eius, qui ordinauerunt teſtamentum eius ſuper ſacrificia. All. Lętatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.

In Nat. S. Luciæ. R.G. Dilexiſti iuſtitiam; & odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.

Dominica III. R.G. Qui ſedes Domine ſuper Cherubim, excita potentiam tuam; & veni. ℣. Qui regis Iſrael, intende; qui deducis velut oues, Ioſeph. All. Excita Domine potentiam tuam; & veni vt ſaluos facias nos.

Fer. IIII. R.G. Tollite portas Principes veſtras; & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. ℣. Quis aſcendet in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde.

Fer. VI. R. G. Oſtende nobis Dn̄e miſericordiā tuam; & ſalutare tuum da nobis. ℣. Benedixiſti Domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob.

Sabb. in XII. Lect. R.G. A ſummo cęlo egreſſio eius; & occurſus eius vſque ad ſummū eius. ℣. Cęli

 enar-

enarrant. *R.G.* In ſole poſuit. ℣. A ſummo cælo. *R.G.* Dñe Deus virtutum conuerte nos. ℣. Excita Domine potentiam tuam. *Tract.* Qui regis Iſrael, intende; qui deducis velut oues, Ioſeph; qui ſedes ſuper Cherubim; appare coram Effraim Beniamin & Manaſſe: excita potentiam tuam; & veni vt ſaluos facias nos.

In Vig. Nat. Domini ad Nonam. R.G. Hodie ſcietis quia veniet Dominus, & ſaluabit nos: & manè videbitis gloriam eius. ℣. Qui regis Iſrael, intende; qui deducis velut oues, Ioſeph; qui ſedes ſuper Cherubim; appare coram Effraim Beniamin & Manaſſe.

In Vig. Natal. Domini in nocte. R.G. Tecum principium. ℣. Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis. All. Dominus dixit ad me.

Manè prima. R.G. Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus & inluxit nobis. ℣. A Domino factum eſt; & eſt mirabile in oculis noſtris. All. Dominus regnauit; decorem induit.

In die Nat. Domini. R.G. Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri: iubilate Deo omnis terra. ℣. Notum fecit Dominus ſalutare ſuum; ante conſpectum gentium reuelabit iuſtitiam ſuam. All. Dies ſanctificatus inluxit nobis: venite gentes, & adorate Dominum; quia hodie deſcendit lux magna ſuper terram.

In Nat. Sancti Stephani. R.G. Sederunt principes. ℣. Adiuua me Domine Deus meus. All. Video cælos apertos, & Ieſum ſtantem.

In prima Miſſa Sancti Iohannis. R.G. Iuſtus vt palma florebit. ℣. Ad adnunciandum.

In Nat. Sancti Iohannis. R.G. Exijt ſermo inter fratres. ℣. Sed ſic eum volo manere donec veniam: tu me ſequere. All. Hic eſt diſcipulus ille.

In Nat. Innocentum. R.G. Anima noſtra ſicut paſſer. ℣. Laqueus contritus eſt.

In Nat. Sancti Silueſtri Papæ. R.G. Ecce Sacerdos magnus. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi. All. Inueni Dauid.

In Nat. Sanctæ Mariæ. R.G. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℣. Propter veritatem.

Dom. I. poſt Nat. Domini. R.G. Speciosus forma. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum. All. Dominus regnauit; decorem induit.

In Ephiphania. R.G. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino adnunciantes. ℣. Surge, & inluminare Hieruſalem; quia gloria Domini ſuper te orta eſt. All. Vidimus ſtellam eius in Oriente; & venimus cum muneribus adorare Dominum.

Dominica I. poſt Theoph. R.G. Benedictus Dominus Deus Iſrael; qui facis mirabilia. ℣. Suſcipiant mon-

montes pacem. All. Iubilate Deo.

In Nat. Sancti Felicis. R.G. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. ℣. Dixit Dominus Domino. All. Diſpoſuit teſtamentum electis meis.

Dom. II. poſt Theoph. R.G. Miſit Dominus verbum ſuum. ℣. Confiteantur Domino. All. Laudate Deum.

In Nat. Sancti Marcellini Papa. R.G. Inueni Dauid ſeruum meum. ℣. Nihil proficiet. All. Diſpoſuit teſtamentum.

In Nat. Sanctæ Priſcæ. R.G. Specie tua. ℣. Audi filia. *TRAC.* Qui ſeminãt in lacrimis, in gaudio metent: euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua; Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.

In Nat. Sanctorum Fabiani & Sebaſtiani. R.G. Glorioſus Deus in Sanctis ſuis. ℣. Dextera tua Domine glorificata eſt. All. Sancti tui Domine.

In Nat. Sanctæ Agnæ. R.G. Diffuſa eſt gratia. ℣. Propter veritatem.

Dom. III. poſt Theopha. R.G. Timebunt gentes. ℣. Quoniam ędificabit Dominus Sion. All. Dominus regnauit; exultet terra.

In Nat. Sancti Vincenti. R.G. Poſuiſti Domine ſuper caput eius. ℣. Deſiderium animæ eius. All. Beatus vir qui timet Dominum.

In Nat. Sanctæ Agnes. R.G. Specie tua. ℣. Audi filia.

In Sancti Simeonis. R.G. Suſcepimus Deus miſericordiam in medio templi tui: ſecundùm nomen tuum Domine, ita & laus tua in fines terræ. ℣. Sicut audiuimus, ita & vidimus ciuitate Dei noſtri. All. Adducentur.

In Nat. S. Agathe. R.G. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo. ℣. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.

In Nat. Sãcti Valentini. R.G. Beatus vir qui timet Dominum. ℣. Potens in terra erit ſemen eius. *Tract.* Deſiderium animæ eius tribuiſti ei; & voluntatem labiorum eius non fraudaſti eum: quoniam præueniſti eum in benedictione dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

In Nat. 1 *Sãcti Felicis. R.G.* Iurauit Dominus. ℣. Dixit Dominus. *Tract.* Beatus vir qui timet Dominum; in mandatis eius cupit nimis: potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. *Tract.* Qui ſeminant in lacrimis.

1. *Fer.* Cathedræ S. Petri, *vel,* S. Gregorij Papæ.

In Septuageſi. R.G. Adiutor in oportunitatibus. ℣. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis. *Tract.* De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. fiant aures tuæ intendentes in orationem ſerui tui. Si iniquitatem obſeruaberis Domine; Domine, quis ſuſtinebit? quia apud

te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinuit te Domine.

In Sexageſima. *R.G.* Sciant gentes. ℣. Deus meus pone illos vt rotam. *Tract.* Commouiſti Domine terram; & conturbaſti eam: ſana contritiones eius; quia mota eſt: Vt fugiant à facie arcus, vt liberentur electi tui.

In Quinquageſima. *R.G.* Tu es Deus qui facis mirabilia. ℣. Liberaſti in brachio tuo. *Tract.* Iubilate Domino omnis terra: ſeruite Domino in lætitia. Intrate in conſpectu eius in exultatione. Scitote quòd Dominus ipſe eſt Deus; ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Nos autem populus eius & oues paſcuæ eius.

Cap. Ieiunij. *R.G.* Miſerere mei Deus; miſerere mei. ℣. Miſit de cælo.

Fer. V. *R.G.* Iacta cogitatum tuum in Domino. ℣. Dum clamarem ad Dominum.

Fer. VI. *R.G.* Ad Dominum dum tribularer. ℣. Domine libera animam meam.

In Quadrag. *R.G.* Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. [℣.] In manibus portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuũ. *Tract.* Qui habitat in adiutorio Altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Dicet Domino, Suſceptor meus es & refugium meum: Deus meus, ſperabo in eum. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium & à verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrauit tibi: & ſub pennis eius ſperabis. Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno, A ſagitta volante per diem, à negotio perambulantē in tenebris, à ruina & demonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis: tibi autem non adpropinquauit. Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me ſperauit, liberabo eũ: protegam eum, quoniã cognouit nomen meum. Inuocauit me, & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione. Eripiam eum; & glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum: & oſtendam illi ſalutarē meum.

Fer. II. *R.G.* Protector noſter aſpice Deus. ℣. Domine Deus virtutum exaudi preces.

Fer. III. *R.G.* Dirigatur oratio mea. ℣. Eleuatio manuum meartũ.

Fer. IIII. *R.G.* Tribulationes cordis mei dilatatę ſunt. ℣. Vide humilitatem meam. *G.R.G.* De neceſſitatibus meis eripe me Domine. ℣. Ad te Domine leuaui animam meam.

Fer. V. *R.G.* Cuſtodi me Domine vt pupillam oculi. ℣. De vultu tuo.

Fer.

Digitized by Google

Fer. VI. R.G. Saluum fac ſeruum tuum. ℣. Auribus percipe Domine.

1. Reſponſoria Gradualia iv. & v. loco Benedictiones trium puerorum.

Sabb. in XII. Lect. 1 *R.G. IIII. II. Bened. G.R.* Laudate Dominum omnes gentes; & collaudate eum omnes populi: Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius; & veritas Domini manet in æternum.

Dominica. Vacat.

Fer. II. R.G. Adiutor meus & liberator meus es tu Domine; ne tardaueris, ℣. Confundantur & reuereantur inimici mei qui quærunt animam meam.

Fer. III. R.G. Iacta cogitatum tuum. ℣. Dum clamarem,

Fer. IIII. R.G. Saluum fac populum tuum Domine. ℣. Ad te Domine clamaui.

Fer. V. R.G. Propitius eſto Domine. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter.

Fer. VI. R.G. Ad Dominum dum tribularer. ℣. Domine libera animam meam.

Sabbato. [*R.G.*] Bonum eſt confiteri Domino. ℣. Ad annuntiandum.

Dominica IIII. R.G. Exurge Domine; non præualeat homo. ℣. In conuertendo inimicum meum. *TRACT.* Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo. Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum; Et ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum noſtrum donec miſereatur noſtri. Miſerere nobis Domine; miſerere nobis.

Fer. II. R.G. Deus vitam meam adnunciaui tibi. [℣.] Miſerere mihi Domine; quoniam conculcauit me homo, tota die bellans tribulauit me.

Fer. III. R.G. Ab occultis meis. ℣. Si mei non fuerint dominati.

Fer. IIII. R.G. Miſerere mihi Domine; quoniam infirmus ſum. ℣. Conturbata ſunt omnia oſſa mea.

Fer. V. R.G. Oculi omnium. ℣. Aperis tu manum tuam.

Fer. VI. R.G. In Deo ſperauit cor meum; & adiutus ſum. ℣. Ad te Domine clamaui; Deus meus.

Sabb. R.G. Si ambulem in medio vmbræ mortis. ℣. Virga tua & baculus tuus.

Dominica R.G. Lætatus ſum. ℣. Fiat pax in virtute tua. *TRACT.* Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum qui habitat in Hieruſalem. Montes in circuitu eius; & Dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

Fer. II. R.G. Eſto mihi in Deũ protectorem. ℣, Deus in te ſperaui Domine.

Fer. III. R.G. Exurge Domine; fer opem nobis. ℣. Deus auribus noſtris audiuimus.

Fer. IIII. R.G. Venite filij, audite

Digitized by Google

dite me. ℣. Accedite ad eum. *TRACT*. *R.G*. Beata gens cuius eſt Dominus Deus eorum. ℣. Verbo Dei cæli firmati ſunt.

Fer. V. *R.G*. Reſpice Domine in teſtamentum tuum. ℣. Exurge Domine; & iudica cauſam tuam.

Fer. VI. *R.G*. Bonum eſt confiteri Domino. ℣. Ad adnuntiandum.

Sabb. *R.G*. Tibi Domine derelictus eſt pauper. ℣. Vt quid Domine receſſiſti longè?

Dominica. *R.G*. Eripe me de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuam. ℣. Liberator meus Domine de gentibus iracundis, ab inſurgentibus in me exaltabis me; à viro iniquo eripies me. *TRACT*. Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſrael: Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea; etenim non potuerunt mihi. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores; prolongauerunt iniquitatem ſibi. Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum.

Fer. II. *R.G*. Deus exaudi orationem meam. ℣. Deus in nomine tuo.

Fer. III. *R.G*. Diſcerne cauſam meam Domine. ℣. Emitte lucem tuam.

Fer. IV. *R.G*. Exaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me. [℣.] Domine Deus meus clamaui ad te.

Fer. V. Tollite hoſtias. ℣. Reuelauit Dominus condenſa.

Fer. VI. *R.G*. Pacificè loquebantur mihi. ℣. Vidiſti Domine; ne ſileas, ne diſcedas à me.

Sabb. Vacat.

Dom. in Palmis. *R.G*. Tenuiſti manum dexteram meam: in voluntate tua deduxiſti me; & cum gloria adſumpſiſti me. [℣.] Quàm bonus Iſrael Deus rectis corde! mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus meos mei; quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum videns. *Tractum*. Deus Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti? Longè à ſalute mea, verba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies; & nocte, & non ad inſipientiam mihi. Tu autem in Sancto habitas laus Iſrael. In te ſperauerũt patres noſtri; ſperauerunt, & liberaſti eos. Ad te clamauerunt; & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt; & non ſunt confuſi. Ego autem ſum vermis & non homo, opprobriũ hominum & abiectio plebis. Omnes qui videbant me, aſpernabantur me: locuti ſunt labijs; & mouerunt caput: Sperauit in Domino; eripiat eum: ſaluum faciat eum; quoniam vult eũ. Ipſi verò conſiderauerunt & conſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea; & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Libera me de ore leonis; & à cornibus vnicornuorum humilitatem meã. Qui timetis Dominum laudate eum:

eum: vniuerſum ſemen Iacob magnificate eum. Adnuntiabitur Domino generatio ventura: & adnuntiabunt cæli iuſtitiam eius populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.

Fer. II. R. G. Exurge Domine; & intende iudicio meo: Deus meus & Dominus meus in cauſa mea. ℣. Effunde frameam.

Fer. III. R G. Ego autem dum mihi moleſti eſſent. ℣. Iudica Domine nocentes me.

Fer. IIII. R. G. Ne auertas faciem tuam à puero tuo; quoniam tribulor, velociter exaudi me. ℣. Saluum me fac Deus *G. R. G.* Domine exaudi orationem meam: Et clamor meus ad te veniat. ℣. Non auertas faciem tuam à me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. ℣. In quacumque die inuocauero te, velociter exaudi me. ℣. Defecerunt ſicut fumus dies mei; & oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt. ℣. Percuſſus ſum ſicut fœnum: & aruit cor meum; quia oblitus ſum manducare panem meum. ℣. Tu exurgens Domine miſereberis Sion; quia venit tempus miſerendi eius.

Fer. V. In Cœna Domini. R. G. Chriſtus factus eſt pro nobis. ℣. Propter quod & Deus exaltauit illum.

Fer. VI. R. G. Domine audiui auditum tuum, & timui: conſideraui opera tua, & expaui. ℣. In medio duorum animalium innoteſceris: dum adpropinquauerint anni, cognoſceris: dum aduenerit tempus, oſtenderis. ℣. In eo dum conturbata fuerit anima mea; miſericordiæ memor ero. ℣. Deus à Libano veniet; & Sãctus de monte vmbroſo & condenſo. ℣. Operuit cælos maieſtas eius: & laudis eius plena eſt terra. 1 *Tract.* Eripe me Domine ab homine malo: à viro iniquo libera me: Qui cogitauerunt malitias in corde; tota die conſtituebant prælia. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenum aſpidus ſub labijs eorum. Cuſtodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis libera me: Qui cogitauerunt ſubplantare greſſus meos; abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis: iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi. Dixi Domino, Deus meus es tu: Exaudi Domine vocem orationis meæ. Domine Domine virtus ſalutis meæ, obumbra caput meum in die belli. Non tradas me deſiderio meo peccatori. cogitauerunt contra me; ne derelinquas me, ne vmquam exaltentur. Caput circuitus eorum, Labor labiorum ipſorum operiet eos. Verumtamen iuſti confitebuntur nomini: & habitabunt recti cum vultu tuo.

1. Tractum hunc nuperrimè compilatum dicit lib. de diuinis officijs, ſub nomine Alcuini, & Ord. Rom. interpolatus.

Canticum in Sabbato Sancto ſiu... Sabbato Pentecoſtes. Canticum Exodi. Cantemus Domino: glorioſè enim honorificatus eſt; equum & aſcen-

&c aſcenſorem proicit in mare. Adiutor & protector factus eſt mihi in ſalutem. Hic Deus meus; & honorabo eum: Deus patris mei; & exaltabo eum. Dominus conterens bella: Dominus nomen eſt ei. *Canticum Deuteronomij*. Atende cælum, & loquar: & audiat terra verba ex ore meo. Expectetur ſicut pluuia eloquium meum: & deſcendat ſicut ros verba mea; Sicut imber ſuper gramina; & ſicut nix ſuper fœnum: quia nomen Domini inuocaui. Date magnitudinem Deo noſtro. Deus, vera opera eius; & omnes viæ eius, iudicia. Deus fidelis in quo non eſt iniquitas: iuſtus & ſanctus Dominus. *Canticum pſalmi proprij*. Vinea facta eſt in cornu in loco vberi: & maceriam circumdedi, & circumfodi; & plantaui vineam ſorech: & edificaui turrem in medio eius: & torcular fodij in ea. vinea enim Domini Saboth, domus Iſrael eſt. *Tract.* Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum; ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei mei? Fuerunt mihi lacrimæ meæ die ac nocte, dum dicitur mihi per ſingulos dies, Vbi eſt Deus tuus? *Tract.* Laudate Deum omnes gentes; & colaudate eum omnes populi: Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius; & veritas Domini manet in æternum. Quoniam bon.

In die ſancto Paſchæ. R.G. Hæc dies quam fecit Dñs: exultemus & lætemur in ea. ℣.Confitemini Domino quoniam bonus, quoniã in ſeculum miſericordia eius. All. Paſcha noſtrum immolat. eſt Chriſtus. All. Epulemur in azimis ſinceritatis & veritatis.

Fer. II. R.G. Hæc dies. ℣.Dicat nunc Iſrael. All. Ds regnauit; decorem induit.

Fer. III. R.G. Hæc dies. ℣.Dicant qui redempti ſunt. All. In te Domine ſperaui.

Fer. IIII. R.G. Hæc dies. ℣.Dextera Domini. All. Quoniam Deus magnus Dominus.

Fer. V. R.G. Hæc dies. ℣. Lapidem quem reprobauerũt. All. Lauda Hieruſalem Dominum.

Fer. VI. R.G. Hæc dies. ℣.Benedictus qui venit. All. Surrexit Altiſſimus.

Sabb. R.G. All. Hæc dies.

Dominica Octauas Paſchæ cum ceteris Dominicis. All. S. *II.*

In Litan. maior. All. Confitemini Domino.

In Nat. Sancti Vitalis. All. *quale volu.*

In Nat. Apoſtolorum Philippi & Iacobi. All. Gaudete iuſti in Domino.

In Nat. Sanctorum Alexandri & Euenti & Theodori. R.G. Glorioſus Deus. ℣. Dextera tua Domine.

De-

Dedicatio Baſilicæ Sanctæ Mariæ. All. Adorabo.

In Aſcenſa Domini. All. S. *II.* Aſcendit Deus in iubilatione; & Dñs in voce tubæ. All. Dominus in Sinai ſancto, aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem.

Sabb. Vigiliã Pentecoſt. All. Confitemini Domino, quoniam bon. *Tract.* Laudate Dominum omnes gentes. *vt ſupra.*

In die ſancto Pentec. [All.] Emitte Spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ. All. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, ſcientia habet vocis.

Fer. II. per totam ebdomadam. All. S.

In Vigil. Sancti Iohannis Bapt. R.G. Fuit homo miſſus à Deo. ℣. Vt teſtimonium perhiberet de Lumine.

In Vigil. Sancti Iohannis in nocte. R.G. Iuſtus vt palma. [℣.] Bonum eſt confiteri Domino.

Nat. eiuſdem in die. R.G. Priuſquam te formarem in vtero, noui te; & antequam exires de ventre, ſanctificaui te. ℣. Miſit Dominus manum ſuam; & tetigit os meum: & dixit * mihi. All. Ipſe præibit ante illum in ſpiritu & veritate Eliæ, parare Domino plebem perfectam.

* *Finis huius ℣. omninò requirit repetitionem* ℟. *Priuſquã*

In Nat. Sanctorum Iohannis & Pauli. R.G. Ecce quàm bonum. ℣. Sicut vnguentum.

In Vig. Sancti Petri. R.G. In omnem terram. ℣. Cæli enarrant.

In Nat. Sancti Petri. R.G. Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram: memores erũt nominis tui Domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. All. Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. ℣. Beatus es Simon Petre; quia caro & ſanguis non reuelabit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis.

te formarem &c.

In Natal. Sancti Pauli. R.G. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum, operatus eſt & mihi inter Gentes: & cognouerunt gratiã Dei, quæ data eſt mihi. ℣. Gratia Dei in me, vacua non fuit: ſed gratia eius ſemper in me manet. All. Gaudete iuſti in Domino.

In Nat. Sanctorum Proceſſi & Martiniani. R.G. Exultabunt Sancti in Domino. ℣. Cantate Domino.

In Nat. Septem Fratrum. R.G. Anima noſtra. ℣. Niſi quòd Dominus. All. Laudate pueri Dominum.

In Nat. Sanctæ Praxedis. R.G. Dilexiſti iuſtitiam. ℣. Propterea vnxit te.

In Nat. Sancti Apollinaris. R.G. Inueni Dauid. ℣. Nihil proficiet inimicus in eum.

In Nat. Sanctorũ 1 Fauſtini, Simplicij & Beatricis. [*R.G.*] Ecce Sacerdos magnus. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi.

1. Felicis Papæ &c.

In Nat. SS. Abdon & Senen. R.G.

R.G. Glorioſus Deus. ℣. Dextera tua Domine.

In Nat. Sancti Cyriaci. R.G. Timete Dominum. ℣. Inquirentes autem.

In Vig. Sancti Laurenti. R.G. Probaſti Domine cor meum, & viſitaſti nocte. ℣. Igne me examinaſti: & non eſt inuenta in me iniquitas.

In Nat. Sancti Hiermetis. R.G. Iuſtus non conturbabitur. ℣. Tota die miſeretur.

In Nat. Sanctæ Mariæ. R.G. Propter veritatem. ℣. Audi filia.

In Nat. Sancti Iohanni, & Sanctæ Sabinæ. R.G. Concupiuit rex decorem tuum. ℣. Audi filia.

In Sancti Michaelis Archang. R.G. Benedicite Dominum omnes Angeli eius, potentes virtute qui facitis verbum eius. ℣. Benedic anima mea Dominum; & omnia interiora mea nomen ſanctũ eius. All. Laudate Dominum omnes Angeli eius.

In Nat. Sancti Marci. R.G. Inueni Dauid. ℣. Nihil proficiet.

In Nat. Sanctorum Dionyſi, Ruſtici. R.G. Glorioſus Deus. ℣. Dextera tua Domine.

In Nat. Apoſtolorum Simonis, Hiudæ. R.G. Nimis honorati ſunt. ℣. Dinumerabo eos.

In Natal. Sancti Ceſarij, R.G. Iuſtus non conturbabitur. ℣. Tota die miſeretur.

In Nat. Sanctorum IIII. Coronatorum. R.G. Vindica Domine. ℣. Poſuerunt mortalia.

In Nat. Sancti Theodori. R.G. Domine præueniſti eum. ℣. Vitam petijt à te.

In Nat. Sancti 1 Marini. R.G. Inueni Domine. ℣. Nihil proficiet. *1. Martini.*

In Nat. Sanctæ Cæciliæ. R.G. Audi filia & vide. ℣. Specie tua.

In Nat. Sancti Clementis. R.G. Iurauit Dominus. ℣. Dixit Dominus.

In Vigil. Sancti Andreæ. R.G. Nimis honorati ſunt. ℣. Dinumerabo eos.

In Nat. Sancti Andreæ. R.G. † Conſtitues eos Principes. ℣. Pro patribus tuis.

Incipiunt R.G. in Dominicis diebus à Pentecoſten vſque ad Aduentum Domini.

EBD. I. R.G. Ego dixi; Domine. ℣. Beatus qui intelligit.

EBD. II. R.G. Ad Dominum dum tribularer. ℣. Domine libera animam meam.

EBD. III. R.G. Iacta cogitatum tuum in Domino. ℣. Dum clamarem ad Dominum.

EBDOMADA IIII. R.G. Propitius eſto Domine. ℣. Adiuua nos Deus.

EBD. V. Protector noſter. ℣. Domine Deus virtutum.

EBD. VI. Conuertere Domine. ℣. Domine refugium.

EBD. VII. R.G. Eſto mihi in Deum. ℣. Deus in te ſperaui Domine.

EBD. VIII. R.G. Domine Dominus noſter. ℣. Quoniam eleuata eſt.

HEBD.

Digitized by Google

HEBD. VIIII. R.G. Cuſtodi me Domine. ℣. De vultu tuo.

HEBD. X. R.G. In Deo ſperaui cor meum. [℣.] Ad te Domine leuaui.

HEBD. XI. R.G. Benedicam Dominum in omni tempore. ℣. In Domino laudabitur anima mea.

HEBD. XII. R.G. Reſpice Domine in teſtamentum tuum. ℣. Exurge Domine, & iudica.

HEBD. XIII. R.G. Bonum confidere in Domino. ℣. Bonum eſt ſperare in Domino.

HEBD. XIIII. R.G. Bonum eſt confiteri Domino. ℣. Ad adnuntiandum.

HEBD. XV. R.G. Liberaſti nos Domine. ℣. In Domino laudabimur.

HEBD. XVI. R.G. Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat? ℣. Suſcitans à terra inopem.

HEBD. XVII. R.G. Conuertere Domine aliquantulũ. ℣. Domine refugium.

HEBD. XVIII. R.G. Lætatus ſum. ℣. Fiat pax.

HEBD. XVIIII. R.G. Dirigatur. ℣. Eleuatio.

HEBD. XX. R.G. Oculi omniũ. ℣. Aperis tu manum tuam.

HEBD. XXI. R.G. Domine refugium. ℣. Priuſquam montes fierent.

HEBD. XXII. R.G. Ecce quàm bonum. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam barbam Aaron.

Reuerendiſſimi domni Arnaldi de Loo Prioris Sancti Petri Carnutenſis Ordinis Sancti Benedicti adnotatio.

Antiphonarij manuſcripti annorum circiter octingentorum Eccleſiæ Carnutenſis collatio cum Antiphonario qui editus eſt in Liturgijs Pamelij. Alleluia *cum ſuis Verſibus ad finem codicis reijciuntur.*

Dom. I. Aduentus. Ad te leuaui &c. Neque irrideant me inimici mei: etenim &c. [*Ad Offertorium repetitur,* Etenim vniuerſi &c. *non annotatur Pſalmus ad Communionem.*]

Dom. II. ad Hieruſalem. Populus Sion &c. *Pſal.* Qui regis. ℣. Excita. ℟. Ex Sion. ℣. Congregate. [All.] Lætatus. ℣. Stantes &c. [*Nõ annotatur Pſ. ad Communionẽ.*]

Id. Decemb. Nat. Sanctæ Luciæ. Dilexiſti iuſtitiam. All. Diffuſa eſt. *Off.* Offerentur regi virgines &c. ℣. Eructauit &c. ℣. *II.* Adducentur &c. [*iterum*] Offerentur &c. Comm. Diffuſa eſt. *Pſal.* Eructauit.

Dom. III. Statio ad Sanctum Petrum. Gaudete in Domino &c. *Pſal.* Benedixiſti. ℟. Qui ſedes. [All.] Excita Domine. *Off.*

Benedixiſti. ℣. Operuiſti omnia &c. ℣. Oſtende nobis. [*repetitur* Remiſiſti.] *Comm.* Dicite puſillanimes &c. [*non annotatur Pſal.*]

Dom. IIII. Statio ad Sanctum Memento noſtri Domine &c. *Pſal.* Confitemini Domino &c. ℟. Tollite portas. ℣. Quis aſcendet. All. Veni Domine &c. *Off.* Confortamini, & iam nolite &c. ℣. Tunc aperientur oculi &c. ℣. Audite itaque domus Dauid: non puſillum vobis certamen præſtare hominibus; quoniam Dominus præſtet certamen? propterea dabit vobis Dominus ſignum; Ecce Virgo in vtero accipiet & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. Ipſe veniet &c. *Cõm.* Ecce Virgo concipiet & &c. [*non annotatur Pſalmus.*]

Feria [*IV.*] *Statio ad S. Mar.* Rorate cæli &c. *Pſal.* Cæli enarrant &c. ℟. Prope eſt Dominus &c. ℣. Laudem Domini loquetur. *Off.* Aue Maria. ℣. Quomodo in me fiet hoc quæ virum non cognoſco? Spiritus Dñi ſuperueniet &c. ℣. Ideoque quod naſcetur. *Comm.* Ecce Virgo concipiet. [*non annotatur Pſalmus.*]

Feria VI. Apoſtolorum. Prope es tu Domine &c. *Pſal.* Beati immaculati. ℟. Oſtende nobis. ℣. Benedixiſti Domine terram tuam &c. *Off.* Deus tu conuertens. ℣. Benedixiſti &c. ℣. Miſericordiam. *Comm.* Ecce Dominus veniet. [*non notatur Pſalmus.*]

Sabb. in XII. Lect. ad Sanctum Petrum. Veni & oſtende nobis &c. *Pſal.* Qui regis. ℟. A ſummo cælo egreſſio eius &c. ℣. Cæli enarrant &c. ℟. In ſole poſuit. ℣. A ſummo cælo &c. ℟. Domine Deus virtutum &c. ℣. Excita Domine &c. [℟.] Excita Domine &c. ℣. Qui regis &c. *Tract.* Qui regis Iſrael intende &c. ℣. Qui ſedes ſuper Cherubim. ℣. Excita Domine potentiam &c. *Off.* Exulta ſatis filia Sion. ℣. Loquetur pacem gentibus. ℣. *II.* Quia ecce venio &c. *Comm.* Exultauit vt gigas. [*ſine pſalmo.*]

In Vigilia Domini. Statio ad Sanctam Mariam. Hodie ſcietis &c. *Pſal.* Domini eſt terra. ℟. Hodie ſcietis. ℣. Qui regis Iſrael. *Si Dominica fuerit ipſa die*, Alleluia *de Aduentu Domini, quale volueris. Sin autem, non cantatur* Alleluia. [*Hæc verba litteris maiuſculis & rubricatis ſcribuntur.*] *Off.* Tollite portas. ℣. Domini eſt terra &c. ℣. Ipſe ſuper maria. *Communio.* Reuelabitur gloria &c. [*ſine Pſal.*]

Natal. De 1 mane. prima. Dominus dixit ad me. *Pſal.* Quare. ℟. Tecum principium &c. ℣. Dixit Dñs Domino meo. [All.] Dñs dixit ad me. *Off.* Lætentur cæli. ℣. *I*, Cantate Domino canticum. ℣. *II.* Cantate Domino, benedicite. *Comm.* In ſplendoribus ſanctorum. *Pſal.* 1. *Nocte.*

De mane prima. Lux fulgebit. *Pſalm.* Dominus regnauit, decorem &c. ℟. Benedictus qui venit

Digitized by Google

nit *&c.* ℣. A Domino factum eſt *&c.* Allel. Dominus regnauit, decorem. *Off.* Deus enim firmauit. [℣.] Dominus regnauit, decorem *&c.* ℣. *I.* Mirabilis in excelſis Dominus *&c.* *Comm.* Exulta filia, lauda filia Hieruſalem.

In die Natal. Dñi. Statio ad Sanctum Petrum. Puer natus eſt nobis *&c.* *Pſal.* Cantate. ℟. Viderunt omnes *&c.* ℣. Notum fecit *&c.* All. Dies ſanctificatus. *Off.* Tui ſunt cæli *&c.* ℣. Magnus & metuendus ſuper. ℣. *I.* Miſericordia & veritas *&c.* ℣. Tu humiliaſti ſicut vulneratum *&c.* *Comm.* Viderunt omnes fines *&c.* [*ſine Pſalmo.*]

In Nat. Sancti Stephani. Etenim ſederunt. *Pſal.* Beati. ℟. Sederunt principes. ℣. Adiuua me Domine. [All.] ℣. Video cælos. *Off.* In virtute tua Dñe. ℣. Vitam petijt. ℣. Magna eſt gloria. *Comm.* Video cęlos apertos *&c.* [*ſine* Pſalmo.]

Nat prima Miſſa dicebatur primo diluculo. Amalarius lib. 4. c. 40.

In prima Miſſa Sancti Iohannis. Ego autem ſicut oliua. *Pſal.* Quid gloriaris. ℟. Iuſtus vt palma *&c.* ℣. Ad annunciandum. *Off.* Gloria & honore ℣. Domine Dominus noſter. ℣. Quid eſt homo quòd memor es eius? *Communio.* Magna eſt gloria eius. *Pſal.* Domine in virtute *&c.*

In Nat. Sancti Iohannis. In medio Eccleſiæ. *Pſal.* Bonum eſt confiteri Domino. ℟. Exijt ſermo. ℣. Sed ſic eum volo *&c.* All. Hic eſt diſcipulus. *Off.* Iuſtus vt palma. ℣. *I.* Bonum eſt confiteri. ℣. *II.* Ad annunciandum. ℣. *III.* Plantatus in domo *&c.* *Com.* Exijt ſermo inter. [*ſine Pſalmo.*]

In Nat. Innocentum. Gloria in excelſis Deo *non cantatur*, nec Alleluia. [*Intr.*] Ex ore infãtium. *Pſal.* Domine Dominus noſter. ℟. Anima noſtra. ℣. Laqueus contritus eſt. *Off.* Anima noſtra ſicut paſſer. ℣. Niſi quòd Dominus erat. ℣. *II.* Torrentem pertranſiuit. *Comm.* Vox in rama audita eſt. *Pſal.* Quoniam eleuata eſt.

II. Kal. Ian. Nat. Sancti Syluestri. Sacerdotes tui Domine induantur iuſtitiam. *Pſal.* Memento Domine Dauid. ℟. Ecce Sacerdos magnus. ℣. Non eſt inuentus. All. Inueni Dauid. *Off.* Inueni Dauid. ℣. Potens es Domine; & veritas tua in circuitu tuo: tu dixiſti, Poſui adiutorium ſuper potentem; & exaltaui electum de plebe mea. ℣. Veritas mea. ℣. Et ponam in ſæculum ſæculi. *Com.* Beatus ſeruus. [*ſine pſalmo.*]

Kal. Ian. Natal. S. Mariæ. Vultum tuum deprecabuntur. *Pſal.* Eructauit. ℟. Diffuſa eſt. ℣. Propter veritatem. All. Specie tua. *Off.* Offerentur Regi virgines poſt eam: proximę eius offerentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templum regi Domino. ℣. *I.* Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi: lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. ℣. *I.* Diffuſa eſt

Digitized by Google

eſt gratia in labijs tuis, diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. *Com.* Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori. *Pſal. vt ſupra.*

Dominica I. poſt Natal. Domini. Dum medium ſilentium tenerent *&c.* *Pſal.* Dominus regnauit, decorem. ℟. Specioſus forma. ℣. Eructauit. All. Dominus regnauit. *Off.* Deus enim firm. *Com.* Tolle puerum.

[*Nota quòd nulla Miſſa notetur pro Octaua Natiuitatis, nec pro Vigilia Epiphaniæ.*]

In Epiphania. *Stat. ad Sanctum Petrum.* Ecce aduenit. *Pſal.* Deus iudicium tuum regi da. ℟. Omnes de Saba venient. ℣. Surge & illuminare. All. Vidimus ſtellam eius. *Off.* Reges Tarſis & inſulę. ℣. Deus iudicium tuum regi da. ℣. *I.* Suſcipiant montes. ℣. *II.* Orietur in diebus eius iuſtitia. *Com.* Vidimus ſtellam eius. [*ſine pſalmo.*]

Dominica I. poſt Epiphaniam. In excelſo throno. *Pſal.* Iubilate Deo. ℟. Benedictus Dominus Deus Iſrael. ℣. Suſcipiant montes pacem. All. Iubilate Deo. *Off.* Iubilate Deo. ℣. *I.* Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. ℣. *II.* Laudate nomen eius quoniam. *Com.* Fili quid feciſti nobis? [*ſine pſalmo.*]

[*XIX.*] *Kal. Feb. Nat. Sancti Felicis in Pin.* Os iuſti. *Pſal.* Noli æmulari. ℟. Iurauit Dominus. ℣. Dixit Dominus Domino meo. *Off.* Gloria & honore. *Com.* Poſuiſti Domine in capite. *Pſal.* Domine in virtute tua.

Dominica II. poſt Theoph. Omnis terra adoret te. *Pſal.* Iubilate Deo omnis terra. ℟. Miſit Dominus Verbum *&c.* ℣. Confiteantur Domino miſericordię. All. Laudate. *Off.* Iubilate Deo vniuerſa terra.... [*additur*, Alleluia.] ℣. Reddā tibi vota mea; [*bis*] reddam tibi vota mea. ℣. *I.* Locutum eſt os meum. *Com.* Dicit Dominus, Implete hydrias aqua. *Pſal. vt ſupra.*

XVII. Kal. Nat. Sancti Marcelli. Statuit ei Dominus. *Pſal.* Memento Domine Dauid. ℟. Inueni Dauid. ℣. Nihil proficiet. All. Inueni Dauid. *Off.* Veritas mea. ℣. Poſui adiutorium. ℣. *I.* Miſericordiam meam non diſpergam. *Com.* Domine quinque talenta. *Pſal. vt ſupra.*

XVI. Kal. Nat. Sanctæ Priſcæ. Loquebar. *Pſal.* Beati. ℟. Specie tua. All. Adducentur. *Off.* Filiæ regum. ℣. Eructauit. ℣. Virga recta eſt, virga regni tui. *Com.* Feci iudicium. *Pſal. vt ſupra.*

XIII. Kal. Feb. Nat. Sanctorum Fabiani. Intret *&c.* *Pſal.* Deus venerunt gentes. ℟. Glorioſus Deus. ℣. Dextera tua Domine. All. Sancti tui. *Off.* Lætamini in Domino. ℣. Beati quorum. ℣. *I.* Pro hac orauit. *Com.* Multitudo languentium.

XII. Kal. Feb. Nat. Sanctæ Agnetis. Me expectauerunt. *Pſal.* Beati

imma-

Digitized by Google

immaculati. ℟. Diffuſa eſt. ℣. Specie tua. All. Specie tua. *Off.* Offerentur Regi. ℣. Quinque prudentes. [*Non notatur Communio; ſed potiùs ipſe Verſus eſt Communio.*] *Pſalmus vt ſupra.*

Dominica III. poſt Theophaniam. Adorate Deum. *Pſal.* Dominus regnauit, exultet. ℟. Timebunt gentes nomen tuum. ℣. Quoniam ædificauit Dominus. All. Dominus regnauit, exultet. *Off.* Dextera Domini. ℣. In tribulatione. ℣. *II.* Impulſus verſatus ſum. * ℣. *III.* Mirabantur omnes de his. *Com.* Mirabantur omnes.

* *Non eſt ℣. Offertorij, ſed antiphona ad Communionem.*

XI. Kal. Feb. Nat. Sancti Vincentij. Lætabitur iuſtus. *Pſal.* Exaudi Deus orationem meam; cùm *&c.* ℟. Poſuiſti Domine. ℣. Deſiderium. All. Beatus vir. *Off.* Gloria & honore. *Com.* Qui vult venire poſt me. [*ſine pſalmo.*]

V. Kal. Feb. Nat. Sanctæ Agnetis de Natiuit. Vultum tuum. *Pſal. vt ſupra.* ℟. Specie tua. ℣. Propter veritatem. All. Diffuſa eſt. *Off.* Offerentur. *Com.* Simile eſt regnum. [*non notatur pſalmus.*]

IIII. Non. Febr. Nat. Sancti Simeonis. 1 *Coll. ad Sanctam Mariam.*

1. *Collecta, immo Statio.*

A. Aue gratia plena Dei genitrix virgo; ex te enim ortus eſt Sol iuſtitiæ, inluminans quę in tenebris ſunt. Lætare tu ſenior iuſte, ſuſcipiens in vlnas Liberatorem animarum noſtrarum, donantem nobis & reſurrectionem. *ANS.* Adorna thalamum tuum Sion, & ſuſcipe regem Chriſtum: amplectere Mariam, quæ eſt cæleſtis porta: ipſa enim portat Regem gloriæ nouo lumine. Subſiſtit Virgo adducens in manibus Filium ante Luciferum: quem accipiens Simeon in vlnas ſuas, prædicauit populis Dominum eum eſſe vitæ & mortis, & Saluator Mundi.

Ad Introitum. Suſcepimus Deus. *Pſal.* Magnus Dominus. ℟. Suſcepimus Deus *&c.* ℣. Sicut audiuimus. All. Adorabo. *Off.* Diffuſa eſt gratia. ℣. *I.* Eructauit. ℣. *II.* Specie tua. *Com.* Reſponſum accepit. [*non notatur pſalmus.*]

Non. Feb. Nat. Sanctæ Agathæ Virginis. Gaudeamus. *Pſal.* Eructauit. ℟. Adiuuabit eam. ℣. Fluminis impetus. *Tract.* Qui ſeminant in lachrymis. ℣. Euntes ibant. ℣. Venientes autem. *Off.* Offerentur. *Com.* Qui me dignatus eſt. [*ſine pſalmo.*]

XVI. Kal. Martij. Nat. Sancti Valentini. In virtute tua Domine. *Pſal.* Domine in virtute tua. ℟. Beatus vir qui timet. ℣. Potens in terra. *Tr.* Deſiderium. ℣. Quoniam præueniſti. ℣. *II.* Poſuiſti ſuper. *Off.* In virtute tua. *Com.* Magna eſt.

IIII. Id. Martij. Nat. Sancti Gregorij. Sacerdotes Dei. *Pſal.* Benedicite omnia. ℟. Iurauit Dominus. ℣. Dixit Dominus. *Tract.* Beatus vir qui timet. ℣. Potens in terra. ℣. *II.* Gloria & diuitiæ. *Off.*

Ve-

Veritas mea. *Com.* Fidelis ſeruus. *Pſal.* Memento Domine Dauid.

VIII. Kal. April. Adnuntiatio Sanctæ Mariæ. Vultum tuum, *vt ſupra*. ℟. Diffuſa eſt. ℣. Propter veritatẽ.[*nõ notatur Tract.*]*Off.* Aue Maria. *Com.* Dilexiſti iuſtitiam.

In LXXma. Mar. Stat. ad Sanctũ Laurentium. Circumdederunt me gemitus. *Pſal.* Diligam te. ℟. Adiutor in opportunitatibus. ℣. Quoniam non in finem. *Tract.* De profundis. ℣. Fiant aures. ℣. *I.* Si iniquitatem. ℣. Quia apud te. *Off.* Bonum eſt confiteri. ℣. *I.* Quàm magnificata ſunt. ℣. *II.* Ecce inimici tui Domine. ℣. *III.* Exaltabitur ſicut vnicornis. ℣. *IIII.* Inlumina faciem. [*Cõm.*] Domine non confundar, quoniam inuocaui te. *Pſal.* In te Domine ſperaui.

Dominica in LXma. ad S. Petrum. Exurge quare obdormis *&c.* *Pſal.* Deus auribus noſtris. ℟. Sciant gentes. ℣. Deus meus pone illos. *Tract.* Commouiſti Domine. ℣. *I.* Sana contritiones. ℣. *II.* Vt fugiant à facie *&c.* *Off.* Perfice greſſus. ℣. Exaudi Domine iuſtitiam. ℣. *II.* Cuſtodi me Domine vt pupillam. ℣. *III.* Ego autem cum iuſtitia. *Com.* Introibo ad altare Dei. *Pſal.* Iudica me Deus.

Dominica in Lma. Ad Sanctum Petrum. Eſto mihi in Deum. *Pſal.* In te Domine ſperaui. ℟. Tu es Deus qui facis. ℣. Liberaſti in brachio. *Tract.* Iubilate Domino. ℣. Intrate in conſpectu. ℣. Ipſe fecit nos. ℣. Nos autem populus. *Off.* Benedictus es Domine. ℣. *I.* Beati immaculati. ℣. *II.* In via teſtimoniorum. ℣. *III.* Viam iniquitatis Domine. *Com.* Manducauerunt. *Pſal.* Adtendite.

Fer. IIII. Caput Ieiunij. 1 Exaudi nos. *Pſal.* Saluum me fac Deus. *Ant.* Exurge Domine. *Pſal.* Deus auribus noſtris. *A.* Propitius eſto Domine peccatis noſtris propter nomen tuum: ne quando dicant gentes? Vbi eſt Deus eorum? *Pſal.* Deus venerũt gentes. *A.* [*per viam.*] Iuxta veſtibulum. *A.* Immutemur.

1. Sunt Antiphonæ ad Introitũ Collectæ & per viã proceſſionis pro tota Quadrageſima.

Ad Introitum. Miſereris omnium. *Pſal.* Miſerere mei Deus, miſerere. ℟. Miſerere mei Deus, miſerere. ℣. Miſit de cœlo. *Off.* Exaltabo te. ℣. *I.* Domine abſtraxiſti. ℣. *II.* Ego autem dixi in abund. *Com.* Qui meditabitur. *Pſal.* Beatus vir.

Fer. V. Dum clamarem ad Dominum. *Pſal.* Exaudi Deus orat. & ne. ℟. Iacta cogitatum. ℣. Dum clamarem. *Off.* Ad te Domine leuaui. *Com.* Acceptabis ſacrificiũ. *Pſal.* [50.] Miſerere mei Deus.

Fer. VI. Ad Apoſt. Stat. Audiuit Dominus. *Pſal.* Exaltabo te. ℟. Domine refugium. ℣. Priuſquam. ℟. Vnam petij. ℣. Vt videam. *Off.* Domine viuifica. ℣. Fac cum ſeruo tuo. ℣. *I.* Da mihi intellectum. *Com.* Seruite Domino. *Pſal.* Quare.

Dominica in XLma. Ad Sanctum Petrum.

Digitized by Google

Petrum. Inuocauit me. *Pſal.* Qui habitat. ℟. Angelis ſuis. ℣. In manibus. *Tract.* Qui habitat. ℣. Dicet Domino. ℣. Quoniam ipſe. ℣. Scapulis. ℣. Scuto. ℣. A ſagitta. ℣. Cadent à latere. ℣. Quoniam Angelis. ℣. In manibus. ℣. Super aſpidem. ℣. Quoniam in me. ℣. Inuocauit me. ℣. Eripiam eum. *Off.* Scapulis ſuis. ℣. Dicet Domino. ℣. Quoniam Angelis. ℣. Super aſpidem. *Com.* Scapulis ſuis.

Feria II. Sicut oculi. *Pſal.* Ad te leuaui. ℟. Protector noſter. ℣. Domine Deus virtutum. *Off.* Leuabo oculos meos. ℣. Legem pone. ℣. Veniant ſuper me. *Com.* Voce mea ad Dominum. *Pſal. ipſum.*

Fer. III. Domine refugium factus eſt. *Pſal.* Priuſquam montes. ℟. Dirigatur. ℣. Eleuatio. *Off.* In te ſperaui Domine. ℣. Illumina faciem tuam. ℣. Quàm magna multitudo. *Com.* Cùm inuocarem. *Pſal. ipſum.*

Fer. IIII. Menſis primi. Ad Sanctam Mariam 1 *à Principio.* Reminiſcere miſerationum *&c. Pſal.* Ad te leuaui. ℟. Tribulationes. ℣. Vide humilitatem. ℟. De neceſſitatibus. ℣. Ad te Domine leuaui. ℣. *I.* Etenim vniuerſi. *Off.* Meditabor in mandatis. ℣. Pars mea Dominus. ℣. *II.* Miſerere mei ſecundùm eloquium. *Com.* Intellige. *Pſal.* Verba.

1. For. Ad Præſepe.

Fer. V. Ad Sanctum Laurentium. Confeſſio & pulchritudo. *Pſal.* Cantate Domino. ℟. Cuſtodi me Domine. ℣. De vultu tuo. *Off.* Immittit Angelus. ℣. *I.* Benedicam Dominum. ℣. *II.* In Domino laudabitur. ℣. *III.* Accedite ad eum. *Com.* Panis quem ego dedero. [*non notatur pſalmus.*]

Fer. VI. De neceſſitatibus meis. *Pſal.* Ad te leuaui. ℟. Saluum fac ſeruum. ℣. Auribus percipe. ℣. Miſerere mihi Domine quoniam. ℣. Conturbata ſunt. *Off.* Benedic anima mea. ℣. Qui propitiatur. ℣. *II.* Iuſtitia eius ſuper filios filiorum, cuſtodientibus teſtamentum eius & mandata eius, vt faciant ea. Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam: & regnum eius omnium dominabitur. *Com.* Erubeſcant.

Sabb. in XII. Lectiones. Ad Sanctum Petrum. Intret oratio mea. *Pſal.* Domine Deus ſalutis. ℟. Protector noſter. ℟. Propitius. ℟. Iacta cogitatum. ℟. Dirigatur. ℟. Ad Dominum. [*Poſtea litteris maiuſculis, & rubricatis additur:*] *IIII. AD hæ. Pertinent.* Benedictus es in firmamento cæli. Benedicite omnia opera Domini Domino: Benedicite cæli Domino: Benedicite Angeli Domini Domino. hymnum dicite, & ſuperexaltate eũ in ſæcula. [*Qui verſus repetitur deinceps poſt terna* Benedicite, *& in fine etiam.*] *Tract.* Laudate Dominum omnes *&c.* ℣. Quoniam confirmata eſt *&c. Off.* Domine Deus ſalutis. ℣. *I.* Inclina. ℣. *II.* Et ego

Digitized by Google

ad te Domine clamaui. ℣. *III*. Factus ſum ſicut homo. *Com*. Domine Deus meus. [*non annotatur pſalmus*.].

Dominica II. in XLma. Sperent in te qui nouerunt nomen tuum; quoniam non derelinquis quęrentes te. pſallite Domino qui habitat in Sion. *Pſal*. Confitebor tibi Domine. ℟. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum: fac cum ſeruo tuo ſecundùm magnam miſericordiam tuam. ℣. Greſſus meos dirige Domine ſecundùm eloquium tuum, vt non dominetur mihi omnis iniuſtitia. *Tract*. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius? ℣. Quis loquetur potentias Domini? auditas faciet omnes laudes eius? ℣. Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore. ℣. Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo. *Off*. Domine Deus meus in te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & eripe me. ℣. Oculi mei ſemper ad Dominum, quia ipſe euellet de laqueo pedes meos. Ex omnibus. *Com*. Cuſtodi me Domine vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me. [*non notatur pſalmus*.]

Fer. II. Ad Sanctum Clementem. Redime me Domine. *Pſal*. Iudica me Domine quoniã. ℟. Adiutor meus. ℣. Confundantur. *Off*. Benedicam Dominum qui. ℣. Conſerua me Domine. ℣. *II*. Notas feciſti mihi. *Com*. Domine Dominus noſter. *Pſal*. Quoniam eleuata eſt.

Fer. III. Tibi dixit cor meum. *Pſal*. Dominus inlumin. ℟. Iacta cogitatum. *Off*. Miſerere mihi Domine. ℣. Quoniam iniquitatem. ℣. *II*. Tibi ſoli. *Com*. Narrabo omnia. *Pſal*. *ipſum*.

Fer. IIII. Statio ad Sanctum: [*non deſignatur locus Stationis*.] Ne derelinquas me. *Pſal*. Domine ne in furore. ℟. Saluum fac populum. ℣. Ad te Domine. *Off*. Ad te Domine. *Com*. Iuſtus Dominus. [*non notatur pſalmus*.]

Fer. V. Statio ad Sanctam Mariam. Deus in adiutorium. *Pſal*. Auertantur. ℟. Propitius eſto Domine. ℣. Adiuua nos Deus. *Off*. Precatus eſt. ℣. *I*. Dixit Dominus ad Moyſen, Inueniſti gratiam. ℣. *II*. Dixit Moyſes. *Com*. Qui manducat. *Pſal*. Auertantur.

Fer. VI. Ad Sanctum Vitalem: Ego autem cum iuſtitia. *Pſal*. Exaudi Domine. ℟. Ad Dominum dum tribularer. ℣. Domine libera animam meam. *Off*. Domine in auxilium. ℣. Expectans. ℣. *II*. Auertantur. *Com*. Tu Domine. [*ſine pſalmo*.]

Sabb. Ad Sanctum Marcellinum. Lex Domini irreprehenſibilis, conuertens. *Pſal*. *ipſum*. ℟. Bonum eſt confiteri. ℣. Ad annunciandum. *Off*. Inlumina oculos. ℣. *I*. Vſque-

Vſquequò Domine. ℣. *II.* Reſpice in me. *Com.* Oportet te fili gaudere. [*non notatur pſalmus.*]

Dominica III. in XLma. Oculi mei ſemper ad Dominum. *Pſal.* Ad te Domine leuaui. ℟. Exurge Domine, non præualeat. ℣. In conuertendo inimicum meum. ℣. *II.* Ad te leuaui oculos meos. ℣. Ecce ſicut oculi. ℣. *III.* Ita oculi noſtri. *Off.* Iuſtitiæ Domini rectæ. ℣. Præceptum Domini. ℣. *I.* Et erunt vt complaceant. *Com.* Paſſer inuenit. [*non notatur pſal.*]

Fer. II. St. In Deo laudabo verbum. *Pſal.* Miſerere mei D. ℟. Deus vitam meam nunciaui. ℣. Miſerere mihi Domine. *Off.* Exaudi Deus orationem meam. ℣. *I.* Conturbatus ſum. ℣. *II.* Ego autem ad Deum. *Com.* Quis dabit ex Sion. *Pſal. ipſum.*

Fer. III. Statio. Ego clamaui quoniam. *Pſal.* Exaudi Domine iuſtitiam. ℟. Ab occultis meis munda me. ℣. *I.* Si mei non fuerint dominati. *Off.* Dextera Domini? *Com.* Domine qui habitauit? [*ſine pſalmo.*]

Fer. IIII. Statio. Ego autem in Domino ſperaui. *Pſal.* In te Domine ſperaui. ℟. Miſerere mihi Domine. ℣. Conturbata. *Off.* Domine fac mecum. ℣. *I.* Deus laudem meam. ℣. *II.* Pro eo vt diligerent me. ℣. *III.* Locuti ſunt aduersùm me. *Com.* Notas mihi feciſti.

Fer. V. Salus populi ego ſum. *Pſalm.* Attendite. ℟. Oculi omnium. ℣. Aperis tu manum. *Off.* Si ambulauero. ℣. *I.* In quacumque die. ℣. *II.* Adorabo ad templum. *Com.* Tu mandaſti. *Pſal.* Beati.

Fer. VI. Fac mecum Domine. *Pſal.* Inclina Domine. ℟. In Deo ſperauit cor. ℣. *I.* Ad te Domine clamaui. *Off.* Intende voci orationis. ℣. *I.* Verba mea auribus. ℣. *II.* Dirige in conſpectu tuo. *Com.* Qui biberit aquam. *Pſal. vt ſupra.*

Sabb. ad Sanctam Suſannam. Verba mea auribus percipe. *Pſal.* Quoniam ad te orabo. ℟. Si ambulem in medio. ℣. Virga tua &c. *Off.* Greſſus meos dirige. ℣. *I.* Declaratio ſermonum. ℣. *II.* Cognoui Domine quia æquitas. *Com.* Nemo te condemnauit. *Pſal. vt ſupra.*

Dominica IIII. in XLma. Lætare Ieruſalem; & conuentum. *Pſal.* Lætatus ſum. ℟. Lætatus ſum. ℣. Fiat pax. *Tract.* Qui confidunt. ℣. Montes in circuitu. *Off.* Laudate Dominum. ℣. *I.* Qui ſtatis in domo. [*poſt quem* ℣. *repetitur,* Omnia.] ℣. *II.* Domine nomen tuū. ℣. *III.* Qui timetis Dominum. *Com.* Hieruſalem quæ ædificatur. [*non notatur pſalmus.*]

Fer. II. Deus in nomine tuo. *Pſal.* Quoniam alieni. ℟. Eſto mihi in Deum. ℣. Deus in te ſperaui. *Off.* Iubilate Deo. *Com.* Ab occultis meis. *Pſal.* Cæli enarrant.

Fer. III. Exaudi Deus oratio-

 nem.

nem. *Pſal.* Contriſtatus. ℟. Exurge Dñe. ℣. Deus auribus noſtris. *Off.* Expectans expectaui. ℣. Multa feciſti. ℣. *II.* Statuit ſupra petram. ℣. *III.* Dñe Deus. [*& in fine repetitur,* Et immiſit in *&c.*] *Com.* Lætabimur in ſalutari. *Pſ.* Exaudiat.

Fer. IIII. Dum ſanctificatus fuero. *Pſal.* Benedicam. ℟. Venite filij. ℣. Accedite. All. [*leg.* ℟.] Beata gens. ℣. Verbo Dñi. ℣. *I.* [*leg. Offer.*] Benedicite gentes. [*in cuius fine additur* * Alleluia.] ℣. Iubilate Deo. ℣. Venite & videte. [*repet. in fine* All. *infra autẽ altera manu ſcribitur: Off.* Domine ad adiuuandum me feſtina. ℣. Confundantur omnes.] *Com.* Lutum fecit. [*non notatur pſalm.*]

** Vide notas pag. 66.*

Fer. V. Lætetur cor quærentium. *Pſal.* Confitemini Domino. ℟. Reſpice Domine. ℣. Exurge Domine. *Off.* Domine in auxilium. *Com.* Domine memorabor. [*non notatur pſalmus.*]

Fer. VI. Meditatio cordis mei. *Pſal.* Cæli enarrant. ℟. Bonum eſt confidere. ℣. Bonum eſt ſperare. ℟. Ad Dominum. ℣. Domine libera. *Off.* Populum humilem. ℣. *I.* Clamor meus. ℣. Liberator meus. [*& in fine repetitur,* Quoniam.] *Com.* Videns Dominus. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

Sabbatum. Sitientes venite. *Pſal.* Adtendite. ℟. Tibi Domine derelictus eſt pauper. ℣. Vt quid Dñe receſſiſti? *Off.* Factus eſt Dominus. ℣. Perſequar inimicos. ℣. Pręcinxiſti me. *Comm.* Dominus regit me. [*non notatur Pſalmus.*]

Dominica V. in XLma. Iudica me Deus. *Pſal.* Emitte. ℟. Eripe me Domine. ℣. Liberator meus. *Tract.* Sæpè expugnauerunt me. ℣. Dicat nunc Iſrael. ℣. Sæpè expugnauerunt. ℣. Etenim non potuerunt ℣. Prolongauerunt. *Off.* Confitebor tibi. ℣. Beati immaculati. ℣. Viam veritatis. *Comm.* Hoc corpus. [*non notatur Pſalmus.*]

Fer. II. Statio. Miſerere mihi Domine. *Pſalm.* Conculcauerunt. ℟. Deus exaudi. ℣. Deus in nomine tuo. *Off.* Domine conuertere. ℣. Domine ne in ira tua. ℣. Miſerere mihi Domine. *Comm.* Dominus virtutum. [*ſine Pſalmo.*]

Fer. III. Expecta Dominum; viriliter age. *Pſal.* Dominus illuminatio. ℟. Diſcerne cauſam meam. ℣. Emitte lucem. *Off.* Sperent in te. ℣. Sedes ſuper thronum. ℣. *II.* Cognoſcetur Dominus. *Comm.* Redime me Deus. [*non notatur Pſalmus.*]

Fer. IIII. ad Sanctum Marcellinum. Liberator meus de gentibus. *Pſal.* Diligam. ℟. Exaltabo te. ℣. Dñe Deus meus. *Off.* Eripe me de inimicis. ℣. Quia ecce captauerunt. ℣. *II.* Quia factus eſt adiutor. *Com.* Lauabo. [*ſine Pſalmo.*]

Fer. V. ad Sanctum Apollonarem. Omnia quæ feciſti. *Pſal.* Magnus Dominus & laudabilis. ℟. Tollite hoſtias. ℣. Reuelauit Dominus. *Off.* Super flumina. In Salicibus. Quomodo cantabimus. ℣. Si obli-

tus

tus fuero. Qui dixerunt ſuper flumina Babylonis. ℣. Memor &c. *Comm.* Memento verbi tui. *Pſal.* Beati immaculati.

Sabb. [*leg. Feria VI.*] *Ad S. Mar.* Miſerere mihi Domine quoniam tribulor. *Pſal.* In te Domine ſperaui. ℟. Pacificè loquebantur. ℣. Vidiſti Domine, ne ſileas. *Off.* Benedictus es Domine. ℣. Vidi non ſeruantes pactum. ℣. Appropinquarunt. *Comm.* Ne tradideris me. *Pſal.* Dominus illuminatio.

Dom. VI. In Palmis. Domine ne longè facies. *Pſal.* Deus Deus meus. ℟. Tenuiſti manum. ℣. Quàm bonus Iſrael. *Tract.* Deus Deus meus reſpice. ℣. *I.* Longè à ſalute. ℣. *II.* Deus meus clamabo. ℣. *III.* Tu autem in ſancto. ℣. *IIII.* Ad te clamauerunt. ℣. *V.* Ego autem. ℣. *VI.* Omnes qui videbant. ℣. *VII.* Sperauit in Domino. ℣. *VIII.* Ipſi verò ℣. *IX.* Libera me. ℣. *X.* Qui timetis. ℣. *XI.* Adnunciabitur. *Off.* Improperium. ℣. Saluum me fac. ℣. Aduerſùm me. ℣. Ego verò orationem. *Comm.* Pater ſi non poteſt. *Pſal.* Deus Deus meus.

[*Sequuntur in codice* Alleluia *cum Verſibus ſuis integris: etenim in vnaquaque Miſſa exordia tantùm deſignantur.*]

Antiphonæ.

[*Dominica in Palmis. A.*] Cùm appropinquaret Dominus Hieroſolymam, miſit duos ex diſcipulis, & dixit; Ite in caſtellum quod contra vos eſt: & inuenietis pullum alligatum, ſuper quem nullus hominum ſedit: ſoluite *&c.* *A.* Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium, dicentes; Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? [ſi dimittimus] eum ſic; omnes credent in eum: ne forte veniant Romani; & tollant noſtrum locum & gentem. *A.* Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, dum eſſet Pontifex anni illius, prophetauit dicens; Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo; & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere Chriſtum Dei. Ne forte [*&c. eſt repetitio.*] *A.* Cùm audiſſet populus quia Ieſus venit Hieroſolymam, acceperunt ramos palmarum; & exierunt ei obuiam: & clamabant pueri dicentes; Benedictus qui venturus eſt in ſalutem populo. Hic eſt ſalus noſtra & redemptio. . . . cui Troni & Dominationes occurrunt. Noli timere filia Sion: ecce Rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ, ſicut ſcriptum eſt . . . mundi qui veniſti redimere nos. *A.* Ante ſex dies [Paſchæ venit] Dominus in ciuitatem Hieruſalem: occurrerũt ei . . habentes ramos palmarum; & clamabant voce magna, dicentes . . . Benedictus qui veniſti in multitudine miſericordiæ. [*A.*] Aue Rex noſter, fili Dauid, redemptor mundi; quem pro . . . . orem ecce venturum te enim ad ſaluare . . . quem expectabant omnes Sancti ab origine mundi. Hozanna filio Dauid. benedictus qui venit in nomine Domini, hozanna in excelſis. [*A.*] Omnes turbæ deſcendentium gaudẽtes laudare Deum voce magna, in omnibus quas viderant virtutibus

Digitized by Google

bus dicentes; Benedictus qui venit Rex in nomine Domini. Pax cælo: & gloria in excelſis.

[*Fer. V. in Cœna Domini ad Mandatum.*] *A.* Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, dicit Dominus. *Pſal.* Beati immaculati in via. *A.* Si ego Dominus & Magiſter veſter laui vobis pedes: quanto magis vos debetis alter alterius lauare pedes? *Pſal.* Beati immaculati. *A.* Poſtquam reſurrexit Dominus ad cœnã, miſit aquam in peluem: cœpit lauare pedes diſcipulorum. hoc exemplum reliquit eis. *Pſal.* Deus miſereatur noſtri. *A.* Diligam . . . Charitas ex Deo eſt: & qui diligit fratrem ſuum, ex Deo natus eſt,& vide . . [*A.*] . . fratres in vnum glorificent Deum: vbi dabit Dominus benedictionem. *A.* In diebus illis mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd . . . . leproſi, adtulit alabaſtrum vnguenti: & ſtans retro . . . . rigare pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat & oſculabatur . . . . *Pſal.* Magnus Dominus. *A.* In hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli . . . . .

Vide p. 86.

[*Feria VI. Paraſceue ad adorandam Crucem.*] *A.* Adoramus Crucem . . . . . mus ſacramentum, in quo Dominus noſter quaſi in ſtatera . . . . vt vitam venditam fieret mors captiuã: in quo nec mundus . . . . Chriſtus adfixit & contra fortem fortior totus mundus triumphato . . . . plus eſt mirabile quia quem totus mundus proficeret in vnũ ſtans ſtipite cu . . . . pleuit. Ecce lignum crucis in quo ſalus mundi pependit: venite adoremus. *A.* Crucem tuam adoramus Domine; & ſanctam reſurrectionem tuam laudamus & glorificamus: ecce enim propter crucem venit gaudium in vniuerſo mundo. *Pſal.* Deus miſereatur noſtri.

Vide p. 89.

Comm. in Paſcha. Venite populi ad ſacrum & immortale Myſterium & libamen agendum: cum timore & fide accedamus manibus mundis pœnitentiæ munus . . . . remus quoniam Agnus Dei propter nos Patri ſacrificium propoſitum eſt: ipſum ſolum ad . . . . lorificemus cum Angelis clamantes Alleluia.

Vide p. 100.

Reſurrect. *A.* Surrexit enim, ſicut dixit Dominus: ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis. alleluia, alleluia. *Pſal.* Domine probaſti. *A.* In die reſurrectionis . . . . . congregabo gentes; & colligam regna: & effundam . . . . *A.* Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro . . . aqua iſta, ſalui facti ſunt; & dicunt, All. alleluia . . . . vt dignetur ſanctificare.

Vide p. 17.

Comm. de Natali Domini [*deeſt initium*] . . . imus Domine tu dignare benedicere vt immaculatis manibus . . . Beatus venter ille

qui Chriſtum meruerit portare. O quàm . . . quam lucis mundi inluſtrat gratia. O quàm beati pedes illi . . . ſuſtinere: cui Angeli & Archangeli offerunt munera ſempiterna. Alleluia.

Circa finem cod. A. hac & ſequens Antiph. appellantur, Antiphonæ Proceſſionales. *Vide ſupra p.* 237.

De Sancto Iohanne. Iohannes eſt nomen eius: & multi in natiuitate eius gaudebunt: erit enim magnus coram Domino: & ipſe præibit ante illum in ſpiritu & veritate Eliæ. *Pſal.* Exultate iuſti in Domino.

De Paſſione Petri. Cùm duceretur Petrus Apoſtolus ad crucem, repletus gaudio magno dixit: Non ſum dignus ita eſſe in cruce, ſicut Dominus meus, qui de Spiritu Sancto conceptus eſt: me autem ex humo terræ ipſe formauit: ita crux mea caput meum in terris debet oſtendere. At illi verterunt crucem; & pedes eius ſurſum confixerunt, manus verò deorſum. Dum eſſet Petrus in cruce, venit turba multa maledicens Cæſarem: & fecerunt pla . . . ante crucem. Petrus verò hortabatur eos de cruce, dicens; Nolite flere; ſed . . . ego hodie vado vobis parare locum. Et cùm hoc dixiſſet à . . . quia oues quas tradidiſti mihi compatiuntur mecum . . . mecum de gratia tua in ſempiterno. *A.* Ducti ſunt Petrus & Paulus ante conſpectum . . . iret ad crucem, dixit; Dominus & Magiſter meus rec . . . de terra ad cælos vocare dignatus eſt . . .

De [Martyre.] Coronam gloriæ ponam ſuper caput eius. Stolam candidam; quia ſeruauit mandata mea: & propter . . . ſanguis eius in terra. *Pſal.* Exultate iuſti. *Vide p.* 238.

De Confeſſore. Summe Sacerdos glorioſe, inueniſti gratiam in conſpectu Dei, ſicut . . . in Sacerdotio: ille autem meruit Archangelum videre; & tu ipſum Dominum . . . Confeſſor glorioſe deprecare Dominũ vt ſaluentur animæ noſtræ. *A.* Homo iſte fecit mirabilia in vita ſua: & probatus perfectus inuentus eſt in gloria æterna. *Vide p.* 239.

De Virginibus. *A.* Audi filia & vide; & inclina aurem tuam; & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui: quia concupiſcit Rex pulchritudinem tuam.

De Rege ſuſcipiendo. Domine ſalum fac Imperatorem noſtrum qui per . . corroborauit fidei fundamentum: bene . . . greſſus cogitationum eius. contere virtutem inimicorum ſuorum . . . . corruant: quia facis iudicium & iuſtitiam ſuper terram. Alleluia . . . Deus tuus benedictus cui complacuit vt daret tibi ſedem Imperij . . . *A.* Vſque in æternum præparabo ſedem . . . men, & ſicut luna perfecta in æternum, dicit Dominus. *Vide p.* 241.

Ad Pontificem ſuſcipiendum . . . [*ſic obtrita & eraſa ſunt omnia vt legi vix poſſit aliquid.*] *Vide p.* 241.

In

Digitized by Google

In Litania maiore. Ego ſum Deus patrum veſtrorum, dicit Dominus: videns vidi adfflictionem populi mei; & gemitus eius audiui: & deſcendo liberare eos. Alleluia, alleluia, alleluia. *A.* Populus Sion conuertimini ad Dominum Deum noſtrum: & dicite ei: Potens es Domine dimittere peccata noſtra, vt non inueniant nos iniquitates noſtræ, Deus noſter. Alleluia, alleluia. [*A.*] Dñe Deus noſter qui cum patribus noſtris mirabilia magna feciſti. *A.* Confitemini *&c.* Domine *&c.*

Diebus Ieiuniorum. *A.* Iuxta veſtibulum & altare plorabunt Sacerdotes & Leuitæ miniſtri Domini: & dicent, Parce Domine, parce Domine, parce populo tuo; & ne diſſipes ora clamantium ad te Domine. *A.* Immutemur habitu in cinere & cilicio: ieiunemus & ploremus ante Dominum: quia multùm miſericors eſt dimittere peccata noſtra Deus noſter.

Vide p. 231. *Pro Indulgentia & de Miſericordia*. *A.* Domine, non eſt alius deus præter te: & quia tibi de omnibus cura eſt, eo quòd omniũ *&c.* *A.* Exaudi Domine deprecationem ſeruorum tuorum.... omnes gentes: quia tu es Deus ſæculorum, miſerere ciuitati... Deus noſter. *A.* Miſerere Domine plebi tuæ *&c.* *A.* Exaudi Deus deprecationem noſtram... tribulationem noſtram in gaudium: vt viuentes... *A.* Deprecamur te Domine *&c.* *A.* Inclina Domine aurem tuam, & exaudi: reſpice de cælo; & vide adflictionem populi tui: exaudi Domine; propitiare Domine; intende Domine: & ne auertas; quia nomen ſanctum tuum inuocatur ſuper nos. allel. *A.* Multa ſunt, Domine, peccata noſtra: tibi peccauimus patientia Iſrahel: libera nos Domine in tempore anguſtiæ noſtræ. *A.* Peccauimus Domine.... & non eſt qui effugiat manum tuam. ſed ſupplicamus vt veniat ſuper nos miſericordia tua: qui Niniuen pepercisti, miſerere nobis. *A.* Inuocantes Domine... piciat populum tuum conculcatum & dolentem vt protec... contaminetur, ſed miſereatur nimis adflictæ ciuitati... peccata noſtra tibi peccauimus *vt ſupra*.

[*Ad pluuiam poſtulandam*.] *A.* Domine Rex Deus Abraham dona nobis *&c.* tu es Dominus Deus noſter, quem expectamus: dona pluuiam..... populum tuum confitentem nomini tuo... & populi tui Iſrahel. Et dona nobis pluuiam ſuper... noſtri Domine Deus noſter. *A.* Reſpice Domine qui... iumenta: quia defecerunt paſcuæ, & exiccata ſunt flumina... Domine & excita pluuiam; vt non areſcat quod plantauit dextera. *A.* Domine rigans montes de ſuperioribus tuis, de fructu operum tuorum *Vide p. 232. & Pamelium in Litania maiore. & ſic in ſequentibus.*

ſatiabatur terra. Quàm magnifica ta ſunt opera tua Domine! omnia in ſapientia feciſti: repleta eſt terra creatura tua Domine. *A.* Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquę, Domine, ſicut iuraſti Dauid in veritate tua? Memor eſto Domine opprobrij ſeruorum tuorum.

De nimia pluuia. *A.* Inundauerunt aquæ, Domine, . . inuocabimus nomen tuum de lacu nouiſſimo: ne auertas faciem . . . . *A.* Non nos demergat Domine tempeſtas aquæ; neque . . . que vrgeat in nos puteus os ſuum: mitte manum tuam . . . *A.* Exaudi nos Domine qui exaudiſti Ionam de ventre *&c.* [*ſine* Alleluia.]

De Libatis. Libera Domine populum tuum de manu mortis: & plebem iſtam protegat dextera tua, vt viuentes benedi . . . Deus noſter. *A.* Exaudi nos Domine . . . amus: eſto brachium noſtrum in fortitudine . . . ationis Domine Deus noſter.

De Pœnitentia. *A.* . . . . aliquantulum: & deprecare ſuper ſeruos tuos pro diebus & an . . . mala reſpice in ſeruos tuos & in opera tua: vt ſit ſplendor . . . ſuper nos: & dirige nos. *A.* Immutemur. *A.* Iuxta veſtibulum. *A.* Non in . . . onibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam Domine, ſed in miſerationibus tuis multis: placare Domine; fac, ne moreris propter temetipſum Deus noſter.

Dominicis diebus. Cuſtodit Dominus animas Sanctorum ſuorũ: de manu peccatoris liberauit eos. *A.* Lux orta eſt iuſto; & rectis corde lætitia. *A.* Surgite Sancti de manſionibus veſtris: loca ſanctificate; plebem benedicite: & nos homines peccatores. . . cuſtodire . . . Adnunciate inter gentes gloriam eius. alleluia. *A.* In Sanctis glorioſus eſt Deus noſter. quis ſimilis tibi *&c.* *A.* Ambulate Sancti.

Ad Reliquias. Ecce popul . . . . in te ſperauerunt Domine vſque in æternum via iuſtorum. *A.* Cum iucunditate exibitis; & cum gaudio *&c.* *A.* De Hieruſalem exeunt reliquiæ *&c.* *A.* Plantæ [*leg.* platea] Hieruſalem gaudebunt; & omnes vici eius canticum . . . *A.* Ambulate Sancti Dei: ingredimini in ciuitatem: ædificata eſt enim vobis . . . pulus adorare debeat maieſtatem Domini. *A.* Ambulate Sancti Dei ad locum *&c.*

In diebus Dominicis. *A.* Oremus dilectiſſimi nobis Deum Patrem Omnipotentem, vt cunctis mundum purget erroribus; morbos auferat; famem depellat; aperiat carcerem; vincla diſſoluat; peregrinantibus reditum, infirmantibus ſanitatem, nauigantibus portum ſalutis aperiat *&c.* *A.* Omnipotens Deus ſupplices te rogamus ac petimus *&c.* [*& in fine* alleluia.] *A.* [*ſine initio & titulo.*] . . . vt poſſimus ſequi Chriſtum

Do-

Dominum . . . . per vana huius mundi. te laudamus Dñe omnipotens .... & Seraphim: exaudi nos. te laudant Angeli & Archangeli ... Prophetæ & Apoſtoli. te adoramus; te deprecamur magnum ... quem Pater miſit ouibus Paſtorem. all. all. *A.* Libera Domine. *A.* Benedicat vos trina Maieſtas Domini. benedicat vos Spiritus Sanctus qui in ſpecie columbæ in Iordane fluuio ſuper Chriſtum requieuit. Ille vos benedicat qui de cælis dignatus eſt deſcendere in terris; & de ſuo ſancto ſanguine nos redemit. benedicat Dominus Sacerdotium ... & introitum veſtrum. alleluia. *A.* Dimitte nobis debita noſtra; ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. *A.* Timor & tremor venit in Niniuen ciuitate magna *&c.* Benedicat vos Deus Pater: ſanet vos Deus Filius: illuminet vos Deus Spiritus Sanctus: corpus veſtrum cuſtodiat; animas veſtras ſaluet; cor veſtrum inradiet [*for.* greſſus veſ]tros dirigat, & ad ſupernam patriam cæleſtem vos perducat. Peccauimus Domine; peccauimus tibi: parce peccatis noſtris; & ſalua nos.

Ante cibum. Gratias ſemp. Domine tibi gratias, qui nos de tuis donis ſatias. ſatiati ... memores ſumus Sanctorum tuorum: te laudamus; te benedicimus.

Poſt cibum ... alleluia, alleluia. Laus tibi, laus tibi, laus tibi Domine ... qui nos diuinis muneribus ſatias ex menſa plena donis tuis ... Domine, de quo edentes, laudes tibi dicimus nunc & ... alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

[*In domo*] Benedicite .... nos habitantes in ea quia tu Domine dixiſti, Pax ... teſte puſillis cum maioribus benedicti vos à Domino.

A. [*ſine titulo & initio.*] Aſperges me Domine hyſſopo; & mundabor: lauabis me; & ſuper niuem dealbabor.

Gloria Patri *&c.* Sicut erat *&c.* [*ſecundùm octo Tonos.*]

Gloria in excelſis [*&c. cum notis muſicis.*]

Credo [*&c. cum additione* Filioque.]

Antiphonæ Dominicarum poſt Pentecoſten vſque in Aduentum.

.... mendicus ... ſinu Abrahe. *A.* Pater Abraham miſerere mei. ... tinguat extremum digiti ſui in aqua, vt refrigeret linguam meam .... quia recepiſti bona in vita tua; & Lazarus ſimiliter mala *&c.* [*vſque ad illa verba*] in hunc locum tormentorum.

A. Quidam homo fecit cœnam magnam *&c.* *A.* Exi cito in plateas.

Ebd. III. poſt Pent. Quis ex vobis homo.

[*Hic deſinit codex vetuſtiſſimus Antiphonarij Romani circa finem mutilus.*]

Varietates quibus diſcrepat ab Antiphonario Gregoriano Pamelij Antiphonarius Miſſæ Montis Caſini ſig. 505. ſcriptus litteris Longobardicis, notatæ à Reu. domno Eraſmo Gattola à Caieta eiuſdem Cœnobij Bibliothecario.

In Introitu Dom. I. Aduentus. Neque irrideant me inimici mei: *& poſt quinque verba*, Non conſundentur Domine. *In hoc Antiphonario deſunt ſemper verſus Offertorij.*

In II. Dom. Aduentus deeſt ℣. Rex noſter adueniet. *Pſal. poſt Comm.* Lauda Hieruſalem.

In Offertorio Dom. III. Adu. Captiuitatem Iacob; remiſiſti iniquitatem plebis tuæ. *Pſal. poſt Communionem.* Quoniam loquetur.

Fer. IV. Dom. III. Aduen. Pſal. poſt Comm. Dies diei.

Sabb. poſt Dom. III. Adu. in I. Grad. A ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus eius. *In II. Grad.* Tabernaculum ſuum. *Hymnus trium puerorum.* Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis & glorioſus in ſæcula. ℣. Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Dominum; benedicite ſancti & corde humiles Dominum. ℣. Hymnum. ℣. Benedicite Anania, Azaria, Miſahel Dominum. ℣. Hymnum dicite & ſuperexaltate eum in ſęcula. ℣ Benedicimus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu. ℣. Hymnum dicimus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

In ms. ponitur Dominica IV. & Pſalmus Introitus, Confitemini Domino quoniam *&c.* ℣. Laudem dicite *&c. & poſtea:* Alleluia. Veni Domine; & noli tardare; relaxa facinora plebis tuæ. *Pſalmus poſt Communionem.* Quis loquetur.

In Vigilia Natiuitatis Domini ſine diſtinctione ponitur, Alleluia *cum* ℣. Craſtina erit vobis ſalus, dicit Dominus Deus exercituum. *Pſalmus poſt Comm.* Cantate Domino quia.

Com. ſecunda Miſſæ Natalis Domini. Exulta filia Sion, lauda filia Hieruſalem: ecce rex tuus venit ſanctus & Saluator mundi.

Ante tertiam Miſſam Natalis Domini. Trop. Quē ſine matre Pater genuit, hodie ſine patre *Puer natus eſt* breuis immenſus factus; caro, Sermo Paternus. *Et filius.* Hic rex regnantum dominans erit & dominantum. *Cuius.* gens colet hunc omnis; hunc lingua fatebitur omnis. *Et vocabitur. In Offertorio.* Tui ſunt cæli; & tua eſt terra: orbem terræ & plenitudinem eius tu fundaſti: iuſtitia & iudicium pręparatio ſedis tuæ. *Pſalmus poſt Comm.* Memor fuit.

Trop. S. Stephani Leuitæ. Seruierāt viduis nec non fidelibus almis. *Etenim.* nec tamen accepto potui terrore moueri. *Et iniqui.* in tantum vt lapidum premerent me mole ſuorum. *Adiuua.* ℣. Atque iſtis miſerere precor peccamina laxans. *Quia.* ℣. *poſt Grad.* Adiuua me Domine Deus meus: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. *Offer.* Elegerunt Apoſtoli Stephanum Leuitam, plenum fide ex Spiritu Sancto: quem lapidauerunt Iudæi, orantem & dicentem; Domine Ieſu accipe ſpiritum meum. *Pſal. poſt Comm.* Cùm autē eſſet Stephanus plenus Spiritu Sancto, intendens in cælum, ait.

In Feſto S. Io. Apoſt. ante Miſſam maiorem. Trop. Gratia celſa Dei, Iohannis pectus adimplens. *In medio.* ℣. Vnde ſaluiferæ fluxerunt dogmata vitæ. *Et impleuit.* ℣. Hæc quæ docente patris docuit verbum caro factum. *Stolam. Pſalm. poſt Comm.* Plantatus in domo Domini *&c.*

In Feſto SS. Innocentium. Tract. Effuderunt ſanguinem ſanctorum velud aquā in circuitu Hieruſalem. ℣. Et non erat qui ſepeliret. ℣. Vindica Domine ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt ſuper terram. All. ℣. Sancti tui Domine benedicant te. *Offertorio additur*, De laqueo venantium: laqueus contritus eſt; & nos liberati ſumus. *Deeſt Miſſa de S. Maria in Octaua Domini.*

Dom. poſt Natale Domini, All. ℣. Ecce

jam

iam venit plenitudo temporis;in quo miſit Deus Filium ſuum in terris.

Si venerit die Dominico Vigilia Epiphaniæ Domini,dicatur. All. ℣.Multifariè olim Deus loquens in Prophetis ; nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio ſuo. *Pſalmus poſt Comm.*Mirabiles elationes &c.

*In Epiphan.Domini.Trop.*Exultet tellus, iubilet mare, plaudat olimpus. *Ecce.* ℣. Præſidet hic aſtris; pontum regit ; imperat aruis. *Et regnum.*℣. Virtus præcellens decet ingens , gloria præſtans . *Et poteſtas. Pſal.poſt Comm.*Coram illo &c.

Dom.I.poſt Epiphaniam. All. ℣.Deus qui ſedes ſuper thronum;tu iudicas equitatem .

Dom.II.poſt Epiph. All ℣. Omnis terra adoret te Deus;pſallat tibi : pſalmum dicat nomini tuo Domine . *In fine Offertorÿ ponitur* Alleluia .

*Dom.III.poſt Epiph.*All ℣.Timebunt gentes nomen tuum Domine ; & omnes reges terræ gloriam tuam .

In Feſto S.Agnetis . All. ℣.Ingreſſa Agnes turpitudinis locum,Angelum Domini præparatum inuenit . *Tract.* Adducentur regi virgines: proximæ eius afferentur tibi in letitia & exultatione : adducentur in templum regi Domino.

In Feſto S.Vincentÿ. Tract. Poſuiſti Domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. ℣.Vitam petijt, & tribuiſti ei . ℣. Longitudinem dierum in ſæculum ſæculi .

Conuerſio S.Pauli . Intr. Scio cui credidi:& certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illo die . *Pſalm.* Domine probaſti me . *Grad.* Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatu ; operatus eſt & mihi inter Gentes : & cognouerunt gratiam Dei,quæ data eſt mihi. ℣.Gratia Dei in me,vacua non fuit:ſed gratia eius ſemper in me manet. All. ℣.Magnus Sanctus Paulus, vas electionis,verè dignè eſt glorificatus; qui & meruit thronum duodecimum poſſidere . *Offer.*Mihi autem. *Comm.*Ego vos elegi .

*In Purificat. B.V. Mariæ. Trop.*Promiſſum dudum gaudentes ecce benignam. *Suſcepimus.* ℣.Verbum incarnatum legis ſub lege magiſtrũ. *In medio.* ℣.Oblatum purum munere purificandum. *Secundùm.* Africus , & zephirus , boreas vbi perflat, & eurus. *In fines* .

In Purificatione V.Mariæ. Grad. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui : ſecundùm nomen tuum, ita & laus tua in fines terræ.℣.Sicut audiuimus,ita & vidimus in ciuitate Dei noſtri,in monte ſancto eius . All. ℣. Senex puerum portabat ; puer autem ſenem regebat . *Tract.* Nunc dimittis Domine ſeruum tuum ſecundùm verbum tuum in pace . ℣ Quia viderunt oculi mei Salutare tuum. ℣. Quod paraſti ante faciem omnium populorum.℣.Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael .

In Feſto S.Aghatæ. All. ℣. Mens mea ſolidata eſt: & à Chriſto Domino in ęternum fundata permanet . *Sequitur Tractus vt in edito . In Comm.* Mammillam meam meo pectori reſtituere . *Pſal.* Specie tua &c.

Habentur hic S.Scholaſticæ , S.Gregorÿ Papæ, Vigiliæ ac diei S.P.Benedicti officia .

*In Annunciat. S.V.Mariæ.Trop.*Tellus areſcit;non rore, nec imbre madeſcit: quid nubes agitis, aut quid olimpe facis? *Rora.* ℣. Non tellus germen deſerat non fœmina ſemen,Virgo ſit & pariat , clauſa ſit & pateat . *Aperi .* ℣. Pullulet in virgam Ieſſe generetque Mariam: virga Nazareum , Virgo feratque Deum . *Intr.* Rorate cæli. *Grad.*Tollite portas. *Tract.* Aue Maria gratia plena:Dominus tecum. ℣.Benedicta tu inter mulieres; & benedictus fructus ventris tui. All. ℣.Aue Maria gratia plena:Dominus tecum : benedicta inter mulieres; & benedictus fructus ventris tui. All. Ne timeas Maria , ne timeas : inueniſti enim gratiam apud Dominum : concipies & paries filium;& vocabitur nomen eius Ieſus .

Digitized by Google

In Quinquageſima vltimus verſus Gradualis. Nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius.

Feria IV. Cinerum poſt Ant. Immutemur. *ſequitur Ant.* Exurge Domine, adiuua nos: & libera nos propter nomen tuum. Exurge. *Deeſt totus Tractus.*

Introitus Sabbati poſt Cineres. Dum clamarem. *& nihil aliud ponitur.*

In I. Dominica Quadrageſimæ. Grad. Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te, nè vnquam offendas ad lapidem pedem tuum.

In offertorio Feriæ II. Leuabo oculos meos, *additur in fine*, Mandata Domini. *Com.* Amen dico vobis, quòd vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Venite benedicti Patris mei; poſſidete præparatum vobis regnum ab initio ſæculi.

Feria III. Pſalmus poſt Com. Scitote quoniam.

Feria IV. In ſecundo ℣. Tractus. Cogitantes vana.

Fer. V. Off. Immittet Angelum.

Fer. VI. Grad. Saluum fac ſeruum tuũ Deus meus ſperantem in te. ℣. Auribus percipe Domine orationem meam. *Pſal. poſt Com.* Domine ne in ira tua.

Sabb. primum Grad. Propitius eſto Domine. ℣. Protector noſter. *Grad* Conuertere Domine aliquantulum; & deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine refugiũ factus eſt nobis à generatione & progenie. *Grad.* Dirigatur. *Bẽñ.* Benedictus es in firmamẽto cæli; & laudabilis & glorioſus in ſæcula. Benedicite omnia opera Domini Dominum. benedicite cæli Dominum. benedicite Angeli Domini Dominum. hymnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite aquæ quæ ſuper cælum ſunt Dominum. benedicite omnes virtutes Domini Dominum. benedicite ſol & luna Dominum. hymnum. Benedicite ſtellæ cæli Dominum. benedicite imber & ros Dominum. benedicite omnes virtutes Dominum. hymnum.

Miſſa Dominicæ II. Quadrageſimæ. Introit. Dirige me Domine in veritate tua; & doce me: quia tu es Deus ſalutaris meus, & te ſuſtinui tota die. *Pſal.* Ad te Domine leuaui. *Grad.* Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum. ℣. Quia non derelinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum. *Tractus* Confitemini Domino quoniam bonus; quoniam in ſæculum miſericordia eius. ℣. Quis loquetur potentias Domini? auditas faciet omnes laudes eius? ℣. Beati qui cuſtodiũt iudicium; & faciunt iuſtitias in omni tempore. ℣. Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui; viſita nos in ſalutari tuo. *Offert.* Exaltabo te Domine. *Comm.* Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum; & non derelinquet omnes qui ſperant in eo. *Pſal.* Benedicam Dominum in omni.

Feria VI. Pſalmus poſt Com. Saluum me fac.

Feria II. poſt Dom. III. Com. Quis dabit. *& paulò poſt*, Dum auerterit. *Pſal.* Dixit inſipiens.

Feria IV. Pſalmus poſt Comm. Conſerua me Domine.

Feria VI. Pſalmus poſt Comm. Inclina Domine.

Sabb. Offertorium. Greſſus meos Domine dirige ſecundùm eloquium tuum. *Pſalmus poſt Comm.* Deduc me in tua.

Feria II. poſt IV. Dominicam Quadrageſimæ. In Introitu, Et in virtute tua libera me. *Pſalmus.* Auribus percipe.

Feria IV. Pſalmus poſt Introitum. Attendite populus meus. *Pſalmus poſt Comm.* Aperiam in parabolis.

Feria V. Offertorium, Domine in auxilium meum. *& nihil aliud ponitur.*

Dominica in Palmis, Pſalmus poſt Comm. Verumtamen non ſicut.

Fer II. in verſu ante Offertorium. Et conclude aduerſùs eos qui me perſequuntur. *In fine Comm.* Aduerſùs me. *Pſal. poſt Comm.* Fiant tamquam puluis.

Feria III. Pſalmus poſt Comm. Saluum me fac,

Feria

Feria V. in Cœna Domini poſt Introitum. Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon. Gloria in excelſis Deo.

Feria V. in Cœna Domini, Pſalmus poſt Comm. Confiteantur tibi populi.

Feria VI. in Paraſceue, poſt vltimum ℣. *qui ſic incipit*, Verumtamen iuſti, *ſequitur Ant.* Ecce lignum Crucis; in quo ſalus mundi pependit· venite adoremus. ℣. Beati immaculati. *Tunc vadant tres Clerici ante Crucem, & canant*, Agios ò Theos. *& illi in choro*; Sanctus Deus. *Et illi ante Crucem*; Agios Yſchiros. *& illi in choro*; Sanctus fortis. *Et illi ante Crucem*; Agios Athanatos eleyſon ymas. *& illi in choro*; Sanctus immortalis miſerere nobis. *Et illi ante Crucem*, Popule meus quid feci tibi, aut in quo contriſtaui te? reſponde mihi. quia eduxi te de tera Aegypti; paraſti crucem Saluatori tuo. *& illi in choro*; Agios ò Theos. *Et illi ante Crucem*: Quia eduxi te per deſertum quadraginta annis; & manna cibaui te; & introduxi in terram ſatis optimam: paraſti. *& illi in choro*; Agios Yſchirios. *Et illi ante Crucem*: Quid vltra debui facere tibi, & non feci? ego quidem plantaui te vineam meam ſpecioſiſſimam; & tu facta es mihi nimis amara: aceto namque ſiti mea potaſti; & lancea perforaſti latus Saluatori tuo. *& illi in choro*; Agios Athanatos. *Et alij tres canant Improperia in choro*. Ego propter te flagellaui Aegyptum cum primogenitis ſuis: & tu me flagellatum tradidiſti. *& illi*; Popule meus. Ego te eduxi de Aegypto, demerſo Pharaone in mare rubrum: & tu me tradidiſti principibus Sacerdotum. Popule. Ego ante te aperui mare; & tu aperuiſti lancea latus meum. Popule. Ego ante te præibam in columna nubis & ignis; & tu me duxiſti ad prætorium Pilati. Popule. Ego te paui manna per deſertum; & tu me cediſti alapis & flagellis. Popule. Ego te potaui aqua ſalutis de petra: & tu me potaſti felle & aceto. Popule. Ego propter te Chananeorum reges percuſſi: & tu me percuſſiſti arundine caput meum. Popule. Ego præ cæteris glorioſum elegi: & tu me vmilimum eſſe voluiſti. Popule. Ego tibi dedi ſceptrum reale: & tu meo capiti ſpineam coronam. Popule. Ego te exaltaui magna virtute: & tu me ſuſpendiſti in patibulo crucis. Popule. *Et alij tres canant*, Pange lingua.

Sabb. Sancto in primo Tractu, Dominus nomen eſt illi.

Deſunt Miſſæ à die Reſurrectionis Domini vſque ad Commune. quod tamen ſupra editum eſt pag. 254. colum. 2.

Veteres Litaniæ vſitatæ (quantum coniectura aſſequimur) à Canonicis Baſilicæ S. Petri ſæculo circiter XII. Ex cod. membranaceo eiuſdem Baſilicæ ſig. x). in quo ſunt Pſalmi & Cantica ex Romana vetere editione, & hymnus Te Deum laudamus: *cui hic alius breuior additur.* Te decet laus, te decet hymnus, tibi gloria Deo Patri & Filio cum Sancto Spiritu in ſæcula ſæculorum. Amen. *Porro breuis hic Hymnus dicebatur à Canonicis S. Petri ad Vigiliam de S. Petro pro Pallijs Archiepiſcoporum. vide pag. 441. Appendicis libri Reſponſorialis & Antiphonarij Romæ editi 1686 Dicebatur etiam Romæ in alijs Vigilijs ſerotinis vt Radulphus ſcribit in libro de obſeruantia Canonum prop. 21. Caterùm quod ad Litanias attinet Canonicorum S. Petri, hæc nota exſtat in alio vetuſto codice Miſſali eiuſdem Baſilicæ de Litanijs Stationalibus quæ dicebantur ante Miſſas Quadrageſimæ.* Feria IV. in capite Ieiunij... Diaconus incipit Letaniam. Nota quòd in Feria II. & Feria IV. & Feria VI. [non] dicimus *Kyrie eleiſon* in Miſſa: eo quòd VIIII. *Kyrie eleiſon* dicimus in Litania: tres *Kyrie* & *Kyrie* [leg. *Chriſte*] in principio; & tres *Kyrie* in fine.

Incipit

Incipit Letania.

KYrie eleiſon. *III.*
Chriſte audi nos.[*leg.*Chriſte eleiſon.]*III.*
Pater de cælis Deus, miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, miſ
Spiritus Sancte Deus, miſ
Sancta Trinitas vnus Deus, miſ
Sancta Maria, ora pro nobis
Sancta Dei genitrix, ora
Sancta Virgo virginum, ora
Sancta Regina cælorum, ora
Sancta Mater caſtitatis, ora
Sancte Michael, ora
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora
Omnes ſancti Angeli & Archangeli, orate
Omnes ſancti Throni & Dominationes, orate.
Omnes ſancti Principatus & Poteſtates, orate
Omnes ſanctę Virtutes cælorum, orate.
Omnes ſancti Cherubim & Seraphim, orate.
Omnes ſancti beatorum Spirituum ordines, orate.
S.Iohannes Baptiſta, ora.
S.Petre, ora.
S.Paule, ora
S.Andrea, ora.
S.Iacobe ora.
S.Iohannes, ora.
S.Iacobe, ora.
S.Philippe, ora
S.Thoma, ora.
S.Bartholomæe, ora.
S.Matthæe, ora.
S.Simon, ora.
S.Thadæe, ora.
S.Matthia, ora.
S.Barnaba, ora.
S.Luca, ora.
S.Marce, ora
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, orate.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate.
Omnes ſancti Innocentes, orate
S.Stephane, ora.
S.Line, ora.
S.Clete, ora.
S.Clemens, ora.
S Vrbane, ora.
S Sebaſtiane, ora.
S Corneli, ora.
S.Cypriane ora.
S Syxte. ora.
S.Laurenti, ora.
S Vincenti, ora.
S.Ceſari, ora.
S Apollinaris: ora.
S. Anaſtaſi, ora.
Sancti Iohannes & Paule, orate.
Sancti Coſma & Damiane, orate.
Sancti Prime & Feliciane, orate.
Sancti Marce & Marcelliane, orate.
Sancti Nabor & Felix, orate.
Sancti Marcelline & Petre orate.
Sancti quatuor Coronati, orate.
Sancti ſeptem Fratres, orate.
Sancti duodecim Fratres, orate.
Sancti quadraginta Martyres, orate.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Omnes ſancti Leuitæ, orate.
S.Silueſter, ora.
S Leo, ora.
S.Ylari, ora.
S Martine, ora.
S.Gregori, ora.
S.Ambroſi, ora.
S.Auguſtine, ora.
S Hieronyme, ora.
S.Nicolae, ora.
S.Felix ora.
S.Donate, ora.
S Fortunate, ora.
S.Alexi, ora.
S.Euſebi, ora.
Omnes SS.Pontifices & Côfeſſores, orate.
S. Paule Eremita, ora.
S. Antoni, ora.
S.Baſili, ora.
S.Benedicte, ora.
S.Maure, ora.

S.Pla-

S.Placite, ora.
S.Romane, ora.
S.Equiti, ora.
S.Sabba, ora.
S.Ephrem, ora
S.Machari. ora
S.Honorate, ora
S.Liberane, ora
S.Onuphri, ora.
S.Papnuti, ora.
S Florenti, ora.
Omnes SS.Monachi & Eremitæ, orate.
Sancta Anna, ora.
S.Suſanna, ora.
S.Eliſabeth, ora.
S.Felicitas, ora.
S.Perpetua, ora.
S.Agata, ora.
S.Cæc[ilia,] ora.
S.Agne, ora.
S.Lucia, ora.
S.Balbina, ora.
S.Anaſtaſia, ora.
S.Sabina, ora.
S.Scolaſtica, ora.
S.Praxedis, ora.
S.Pudentiana, ora.
S.Viuiana, ora.
S.Emerentiana, ora.
Omnes ſanctæ Virgines, orate.
Omnes ſanctæ Viduæ, orate.
Omnes ſancti Continentes, orate.
Omnes ſanctæ Ancillæ Dei, orate.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius eſto, parce nobis [Domine.]
Propitius eſto, defende nos[Dñe.]
Propitius eſto,Fac miſericordiam [Dñe.]
Ab omni malo, Libera nos D.
Ab omni peccato, Libera nos D.
A culpis multis, Libera.
Ab ira tua, Libera.
A furore tuo, Libera.
A perſecutione omniũ inimicorũ, [Lib.]
Ab inſidijs diaboli, Libera
A malis operibus, Libera
A carnalibus deſiderijs, [Libera.]
Ab omni immunditia mentis & corporis, Libera.
A ſpiritu ſuperbiæ, Libera.
A gente non ſancta, Libera.
A pœnis inferni, [Libera.]
Per myſteriũ ſanctæ Incarnationis [tuæ,] Libera.
Per Aduentum tuum, Libera.
Per Natiuitatem tuam, Libera.
Per Baptiſmum [tuum;] Libera.
Per Ieiunium tuum, [Libera.]
Per Crucem & Paſſionem tuam, [Lib.]
Per mortem & ſepulturam tuam. Lib.
Per ſanctam Reſurrectionem[tuã] [Lib.]
Per glorioſam Aſcenſionem [tuã] [Lib.]
Per aduentum Spiritus Sancti Paraclyti, Libera
In die Iudicij, Libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt parcas nobis, Te rog.
Vt nobis indulgeas, Te rog.
Vt pacem nobis dones. [Te rog.]
Vt ſpatium [pœnitentiæ] nobis dones, [Te rog.]
Vt indulgentiam & remiſſionẽ p[eccato]rum nobis[dones,] [Te rog.]
Vt Eccleſiam tuam regere ... & defendere digneris, [Te rog.]
Vt omnes Eccleſiæ Gradus [in ſancta re]ligione conſeruare digneris. Te rog.
Vt cuncto populo Chriſtiano pacem & vnitatem donare digneris, Te rog.
Vt compunctionem cordis, & fontem lacrymarum nobis dones. [Te rog.]
Vt dies & actus noſtros in tua pace diſponas. [Te rog.]
Vt in tuo ſeruitio nos cõfortes,[Te rog.]
Vt omnibus benefactoribus noſtris æterna bona retribuas. Te rogamus au.
Vt animas noſtras & parentum noſtrorum ab æterna damnatione eripias.Te.
[Vt ad g]audia æterna nos [perduc]as, Te r.
[Vt nos e]xaudire digneris, Te.
Fili Dei, Te rogamus.
Redemptor mundi, Te.
Mediator Dei & hominum, [Te rog.]
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Parce nobis D.

Agnus

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Exaudi nos D.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi; Miſerere nobis [Dñe.].

Chriſte audi nos. *III.*

Kyrie eleiſon. *III.*

Chriſte eleiſon.

Oratio.

PAter noſter qui es in cælis.

Capitula.

Oſtende nobis Domine miſericordiam [tuam.]

Et ſalutare tuum da nobis.

Dñe non ſecundùm peccata noſtra [facias nobis.]

Neque ſecundùm iniquitates noſtras [retribuas nobis.]

Peccauimus cum patribus noſtris:

Iniuſtè egimus: iniquitatem [fecimus.]

Dñe ne memineris iniquitates [noſtras.]:

Cito nos anticipet miſericordia [tua.]

Adiuua nos Deus, ſalutaris noſter.

Et propter honorem nominis [tui Domine libera nos.]

Eſto nobis Dñe turris fortitudinis

A facie inimici.

Nihil proficiat inimicus in nos:

Et filius iniquitatis nõ no[ceat nobis.]

Ne reminiſcaris Dñe delicta noſtra:

Neque vindictas ſumas de [peccatis noſtris.]

Dñe exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te perueniat.

OMnipotens ſempiterne Deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti Filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per.

Alia Or.

Omnipotẽs ſempiterne Deus, qui cæleſtia ſimul & terrena moderaris; ſupplicationes populi tui clementer exaudi; & pacem tuam noſtris concede temporibus. Per.

Omnipotens ſempiterne Deus infirmitatem noſtrã propitius reſpice: atque ad protegendum nos, dexteram tuæ maieſtatis extende. Per.

Deus qui nos in tantis periculis conſtitutos, pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere; da nobis ſalutem mentis & corporis: vt ea quæ pro peccatis noſtris patimur, te adiuuante vincamus. Per.

Preces populi tui, quæſumus, Domine clementer exaudi: vt qui iuſtè pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Deus qui conſpicis [quia ex] nulla noſtra a[ctione] confidimus; concede propitius vt contra aduerſa omnia, Do[ctor[is gentium] protectione muniamur. Per. *Al.*

Preces noſtras quæſumus Do[mine clementer] exaudi [at]que à peccatorum vin[culis abſolutos] ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per.

Populum tuum, quæſumus, Domine propitius reſpice: atque ab eo flagella tuæ iracundiæ clementer auerte. Per.

Protector noſter aſpice Deus: & qui malorum noſtrorum pondere premimur; percepta miſericordia, libera tibi mente famulemur. Per. *Al.*

Adeſto, quæſumus, Domine ſupplicationibus noſtris: vt eſſe, te largiente, mereamur & inter proſpera humiles, & inter aduerſa ſecuri. Per. *Al.*

Deus, qui conſpicis omni nos virtute deſtitui; interius exteriuſque cuſtodi: vt ab omnibus aduerſitatibus muniamur in corpore; & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per.

[*Cætera deſunt.*]

COMES

Digitized by Google

COMES AB ALBINO

EX. CAROLI. IMPERATORIS. PRAECEPTO EMENDATVS

Incipiunt Tituli Lectionum ſequentis libri.

I. *In Vigilia Domini.*
II. *Ad ſanctam Mariam.*
III. *Ad ſanctam Mariam.*
IV. *Ad ſanctum Petrum.*
V. *In Natali ſancti Stephani.*
VI. *In Natali ſancti Iohannis* &c.

[*Numerus autem horum Titulorum eſt CCXLII. vt videri poterit.*]

Item Tituli aliarum Lectionum, quæ à multis ad Eccleſiaſtica Officia neceſſariò inſtituti ſunt.

I. *Infra hebdomadam Natalis Domini.*
II. *Item in eadem hebdomada.*
III. *In hebdomada poſt Theophaniam* &c.

[*Horum numerus eſt LXV. quorum vltimus eſt*; Contra iudices malè agentes. *Extra ſeriem numerorum legitur Epiſtola ſequens.*]

VI. *Idus Sept. Natiuitas S. Mariæ.* Lectio Hezechielis prophetę. In diebus illis, Conuerti me ad viam portę Sanctuarij, quę reſpiciebat ad Orientem *&c. vſque* Et per viam eius egredietur. c. 44.

[*Hæc additio forte ſub finem ſæculi IX. alia manu & atramento exarata videtur.*]

[*Pagina prima litteris maiuſculis & aureis tota conſcripta eſt.*]

I. *In Vigilia Domini.* Lectio epiſtolę Beati Pauli Apoſtoli ad Romanos. Fratres Paulus *&c.* cap. 1. *vſque* Et vos vocati Ieſu Chriſti Domini noſtri.

II. *Ad Sanctam Mariam.* Lectio Eſayę Prophetę. Hęc dicit Dominus: Populus gentium *&c.* 9. *vſque* A modo & vſque in ſempiternum.

III. *Item ad Sanctam Mariam.* Lectio epiſtolę B. Pauli Apoſtoli ad Titum. Kariſſime, Apparuit 2. gratia *&c. vſque* Et exhortare in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

IV. *Item ad Sanctum Petrum.* Lectio epiſtolę B. Pauli Apoſtoli ad Hebręos. Fratres, Multifariè 1. *&c.* Et anni tui non deficient.

V. *In Natali ſancti Stephani.* Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Stephanus plenus gra- 6. & 7. tia *&c. vſque* Obdormiuit in Domino.

Digitized by Google

VI. *In Natali* S. Iohannis *Euang.*
Lectio libri Sapientiæ. Qui timet
Eccli. Deum *&c. vſque* Hæreditabit
15. [*additur recentioribus litteris*] Dominus Deus noſter.

VII. *Alia vt ſupra S. Iohannis Euangeliſtæ*. Lectio epiſtolę Beati
Pauli Apoſt. ad Epheſios. Fratres,
2. Iam non eſtis hoſpites & aduenæ
&c. vſque In habitaculum Dei in
Spiritu Sancto.

VIII. *In Natali Innocentium*.
Lectio libri Apocalypſis. In die-
14. bus illis, Vidi ſupra montem Sion
agnum *&c. vſque* Sine macula
ſunt ante thronum Dei.

IX. *Dominica I. poſt Natale*
12. *Domini*. Lectio epiſtolę B. Apoſtoli ad Romanos. Fratres, Habentes donationes ſecundùm *&c. vſque* Sed humilibus conſentientes.

X. *In Natali Sancti Silueſtri*.
7. Lectio epiſtolę B. Pauli Apoſtoli
ad Hebręos. Fratres, Plures facti ſunt Sacerdotes *&c. vſque* Se offerendo Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

XI. *In Natali cuius ſupra*. Le-
Eccli. 44. & ctio libri Sapientię. Ecce Sacer-
45. dos magnus qui in *&c. vſque* In
odorem ſuauitatis.

XII. *Dominica Secunda poſt Na-*
4. *tal. Domini*. Lectio Beati Pauli
Apoſtoli ad Galathas. Fratres, Quanto tempore hęres paruulus eſt *&c. vſque* Quòd ſi filius, & hęres per Deum.

XIII. *In Vigilia Theophaniæ*.
3. Lectio B. Pauli Apoſt. ad Titum. Kariſſime, Apparuit benignitas & humanitas *&c. vſque* Vitę æternę in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

XIV. *In Theophania*. Lectio 60.
Eſayę Prophetę. Surge, inluminare Hieruſalem *&c. vſque* Et laudem Domino adnunciantes.

XV. *Dominica Prima poſt Theo-*
phaniam. Lectio epiſtolę B. Pauli 12.
Apoſtoli ad Romanos. Fratres, Obſecro vos per miſericordiam. *&c. vſque* Alter alterius membra in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

XVI. *Secunda Dominica poſt* I. 1.
Theophaniam. Lectio epiſtolę B. Pauli Apoſtoli ad Timotheum. Kariſſime, Fidelis ſermo & omni acceptione *&c. vſque* Et gloria in ſęcula ſęculorum. amen.

XVII. *Tertia Dominica poſt*
Theophaniam. Lectio epiſtolę B. 3.
Pauli Apoſt. ad Hebręos. Fratres, Conſiderate Apoſtolū & Pontificem *&c. vſque* Firmum retineamus.

XVIII. *Quarta Dominica poſt*
Theophaniam. Lectio epiſtolę B. 12.
Pauli Apoſtoli ad Romanos. Fratres, Nolite eſſe prudētes apud voſmetipſos *&c. vſque* Sed vnice in bono malum.

XIX. *Quinta Dominica poſt*
Theophaniam. Lectio epiſtolę B. 13.
Pauli Apoſtoli ad Romanos. Fratres; Nemini quicquam debeatis niſi *&c. vſque* Legis eſt dilectio.

XX. *Item alia*. Lectio epiſtolę
B. Pauli Apoſtoli ad Timotheum.
Kariſſime, Noli erubeſcere teſti- II. 1.
monium

Digitized by Google

monium *&c. vſque* In fide & dile-
ctione in Chriſto Ieſu Domino
noſtro

XXI. *In Natali ſancti Felicis*.
13. Lectio epiſtolę B. Pauli Apoſtoli
ad Hebręos. Fratres, Doctrinis
varijs & peregrinis *&c. vſque*
Hoſtijs promeretur Deus.

XXII. *In Natal.* S. *Marcelli Pa-*
Eccli. *pæ*. Lectio libri Sapientię. Iuſtus
19. cor ſuum tradidit *&c. vſque* Re-
quiretur à generatione in genera-
tionem.

XXIII. *In Natali* S. *Sebaſtiani*.
11. Lectio epiſtolę B. Pauli Apoſtoli
ad Hebręos. Fratres, Sancti per
fidem vicerunt regna *&c. vſque*
Probati inuenti ſunt in Chriſto
Ieſu Domino noſtro.

XXIV. *In Natali ſanctæ Agnæ*.
II. 10. Lectio epiſtolę B. Pauli Apoſtoli
ad Corinthios. Fratres, Qui glo-
riatur, in Domino glorietur *&c.
vſque* Exhibere Chriſto.

XXV. *In die qua Beata Virgo
offerebat Chriſtum in Templo*. Le-
3. ctio Malachię Prophetę. Hęc di-
cit Dominus Deus: Ecce ego
mittam Angelum *&c. vſque* Sicut
anni antiqui, dicit Dominus omni-
potens.

XXVI. *In Natali ſanctæ Agathæ*.
Eccli. Lectio libri Sapientię. In omnibus
24. requiem quęſiui; & in *&c. vſque*
Dedi ſuauitatem odoris.

XXVII. *In Natali* S. *Valentini*.
Eccli. Lectio libri Sapientię. Beatus vir
31. qui inuentus eſt ſine macula; &
qui poſt *&c. vſque* Omnis eccleſia
Sanctorum.

XXVIII. *In Adnunciatione San-
ctæ Mariæ*. Lectio Iſayę Prophetę. 11.
Hęc dicit Dominus Deus: Egre-
dietur virga *&c. vſque* Et fides
cinctorium renis eius.

XXIX. *In Septuageſima*. Lectio I. 9.
epiſtolæ Beati Pauli Apoſtoli
ad Corinthios. Fratres, Neſcitis
quòd hi qui in ſtadio currunt *&c.
vſque* Petra autem erat Chriſtus.

XXX. *In Sexageſima. ad ſanctũ
Paulum*. Lectio epiſtolæ B. Pauli II. 11.
Apoſtoli ad Corinthios. Fratres;
Libenter ſuffertis inſipientes *&c.
vſque* Vt inhabitet in me virtus
Chriſti.

XXXI. *In Quinquageſima. ad
ſanctum Petrum*. Lectio epiſtolę I. 13.
B. Pauli Apoſtoli ad Corinthios.
Fratres, Si linguis hominum lo-
quar & Angelorum *&c. vſque*
Maior autem his eſt charitas.

XXXII. *Feria iv. ad ſanctam
Sabinam*. Lectio Iohel Prophetę. 2.
Hęc dicit Dominus Deus: Conuer-
timini ad me in toto corde *&c.
vſque* Obprobrium in gentibus,
dicit Dominus omnipotens.

XXXIII. *Feria vi.* [*ad SS.*] Iohãnis
& Pauli. Lectio Iſayę Prophetæ. 58.
Hęc dicit Dominus Deus; Clama,
ne ceſſes *&c. vſque* Quia miſeri-
cors ſum Dominus Deus tuus.

XXXIV. *In Quadrageſima ad
Lateran*. Lectio epiſtolę B. Pauli II. 6.
Apoſtoli ad Corinthios. Fratres,
Hortamur vos nè in vacuũ gratiã,
&c. vſque Et omnia poſſidentes.

Digitized by Google

XXXV. *Feria ij. ad Vincula*.
Lectio Ezechiel Prophetę. Hęc
34. dicit Dominus Deus; Ecce ego
ipſe requiram oues *&c. vſque*, In
iudicio & iuſtitia dicit Dominus
omnipotens.

XXXVI. *Feria iij. ad ſanctam*
Anaſtaſiam. Lectio Iſayę Prophe-
tę. In diebus illis locutus eſt Iſaias
55. Propheta dicens; Quærite Domi-
num dum inueniri *&c. vſque*, Ad
quę miſi illud ait Dominus omni-
potens.

XXXVII. *Incipiunt Lectiones*
Menſis Primi. Feria iv. ad ſanctam
24. *Mariam*. Lectio libri Exodi. In
diebus illis dixit Dominus ad
Moyſen; Aſcende ad me *&c. vſque*,
Et quadraginta noctibus.

XXXVIII. *Item vt ſupra ad* S.
III. 19. *Mariam*. Lectio libri Regum. In
diebus illis, Venit Helias in Ber-
ſabee *&c. vſque*, Ad montem Dei
Horeb.

XXXIX. *Feria v.* Lectio libri
Heſdrę. In diebus illis, Orauit
II. 2. Heſdras dicens; Queſo Domine
&c. vſque Et da miſericordiam
populo tuo Domine Deus noſter.

XL. *Feria vi. Ad Apoſtolos*.
18. Lectio Hezechiel Prophetę. Hęc
dicit Dominus Deus; Anima quę
peccauerit, ipſa morietur *&c. vſque*
vita viuet & non morietur, dicit
Dominus omnipotens.

XLI. *Sabbato ad* S. *Petrum in*
XII. Lectiones. Lectio libri Deu-
26 teronomij. In diebus illis, Locutus
eſt Moyſes ad Dominum dicens;
Reſpice Domine de Sanctuario
&c. vſque, Populus ſanctus Do-
mini Dei tui, ſicut locutus eſt tibi.

XLII. *Lectio ij. vbi ſupra*. Le-
ctio libri Deuteronomij. In diebus 11.
illis, Dixit Moyſes filijs Iſrael; Si
cuſtod. *&c. vſque* Calcaturi eſtis,
ſicut locutus eſt vobis Dominus
Deus veſter.

XLIII. *Lectio iij. vbi ſupra*. Le- II. 1.
ctio libri Machabeorum. In diebus
illis, Orationē faciebāt Sacerdotes
&c. vſque Nec vos deſerat in tem-
pore malo Dominus Deus veſter.

XLIV. *Lectio iv. vt ſupra*. Le- Eccli.
ctio libri Sapientię. Miſerere no- 36.
ſtri Deus omnium; & reſpice nos
&c. vſque, Vt enarrent mirabilia
tua Domine Deus noſter.

XLV. *Lectio v. Danihel Pro-*
phetæ. require in Vigilia Paſchæ.

Lectio vi. vbi ſupra. Lectio
epiſtolę Beati Pauli Apoſtoli ad I. 5.
Theſſalonicen. Fratres, Rogamus,
corripite inquietos *&c. vſque*,
Corpus ſine querela in aduentu
Domini noſtri Ieſu Chriſti ſer-
uetur.

XLVI. *Dominica I. Menſis Primi.*
Lectio epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli I. 4.
ad Theſſalonicenſes. Fratres roga-
mus vos & obſecramus in Domi-
no Ieſu, vt quemadmodum *&c.*
vſque, In immunditia, ſed in ſan-
ctificatione in Chriſto Ieſu Domi-
no noſtro.

XLVII. *Feria ij. ad ſanctum*
Clementem. Lectio Danhiel Pro- 9.
phetæ. In diebus illis, Orauit Da-
nhiel

nhiel, dicens, Domine Deus noſter qui eduxiſti *&c. vſque* Et ſuper populũ tuum Domine Deus noſter

I. 17. XLVIII. *Feria iij. ad ſanctam Balbinam. hebdomada ſecunda in Quadrageſima.* Lectio libri Regũ. In diebus illis factus eſt ſermo Domini ad Heliam Thesbiten, dicens; Surge *&c. vſque*, Iuxta verbũ Domini, quod locutus eſt in manu Heliæ.

XLIX. *Feria iv. ad S. Ceciliam.*
15. Lectio libri Heſter. In diebus illis, Orauit Heſter ad Dominũ, dicens; Domine Deus Rex omnium. *&c. vſque*, Et ne claudas ora canẽtium te Domine Deus noſter.

L. *Feria. v.* Lectio Hieremiæ Prophetæ. In diebus illis, Locutus eſt Hieremias propheta dicens; Miſericordiæ Domini multæ *&c. vſque* Ne timeas; quia ego ſum Dominus Deus tuus.

37. LI. *Feria vi. ad ſanctũ Vitalem.* Lectio libri Geneſis. In diebus illis, Dixit Ioſeph fratribus ſuis; Audite ſomnium *&c. vſque* De manibus eorum, & reddere patri ſuo.

LII. *Sabbato. ad ſanctos Marcel-*
27. *linum & Petrum.* Lectio libri Geneſis. In diebus illis dixit Rebecca filio ſuo Iacob; Audiui *&c. vſque* Cæli deſuper erit benedictio tua.

LIII. *Dominica in Triceſima. ad*
5. *ſanctum Laurentium.* Lectio epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Epheſios. Fratres, Eſtote imitatores Dei, ſicut filij *&c. vſque* In omni nitate & iuſtitia & veritate.

LIV. *Feria ij. ad S. Marcum.*
Lectio libri Regum. In diebus IV. 5.
illis Naaman princeps militiæ regis Syriæ *&c. vſque* In vniuerſa terra niſi tantùm Dominus Deus Iſrael.

LV. *Feria iij. ad S. Potentianam.*
Lectio libri Regum. In diebus IV. 4.
illis, Mulier clamabat ad Helizeum prophetam *&c. vſque* Tu autem & filij tui viuite de reliquo.

LVI. *Feria iv. ad ſanctũ Sixtum.*
Lectio libri Exodi. Hæc dicit 20.
Dominus Deus; Honora patrẽ *&c. vſque* In quo memoria fuerit nominis mei.

LVII. *Feria v.* Lectio Hieremiæ propheta. Hæc dicit Do- 17.
minus; Beatus vir qui confidit in Domino *&c. vſque* Adinuentionum ſuarum, dicit Dominus omnipotens. [*Hic ad marginem alia manu & atramento ſcribitur.*]

Sta in porta domus Domini. *re-* 7.
quire poſt in xiij. folio.

LVIII. *Feria vi. ad S. Lauren-*
tium in Lucin. Lectio libri Nume- 20. & *Exod.*
ri. In diebus illis, Conuenerunt 17.
filij Iſrahel ad Moyſen & Aaron; & verſi in ſeditionem *&c. vſque* Contra Dominum: & ſanctificatus eſt in eis.

LIX. *Sabbato. ad S. Suſannam.*
Lectio Danhiel prophetæ. In 13.
diebus illis, Erat vir in Babylone; & nomen eius Ioachim *&c. vſque* Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa.

LX. *Dominica* [*in*] *Viceſima. ad*
4. *Hieruſalem* . Lectio epiſtolæ B.
Pauli Apoſtoli ad Galatas. Fratres, Scriptum eſt quoniam Abraham duos filios *&c. vſque* Qua libertate Chriſtus nos liberauit.

LXI. *Feria ij. ad ſanctos quatuor*
3. *Coronatos.* Lectio libri Regum, In
diebus illis, Venerunt duæ mulieres meretrices *&c. vſque* Ad faciendum iudicium.

LXII. *Feria iij. ad S. Laurentium*
* Damaſci. *in* * *Damaſci*. Lectio libri Exodi.
32. In diebus illis, Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens; Diſcende de monte; pecc. *&c. vſque*, Et miſertus eſt populo Dominus Deus noſter.

LXIII. *Feria iv. ad* S. *Paulum. in Mediana*. Lectio Hiezechiel Prophetæ. Hæc dicit Dominus
36. Deus; Sanctificabo nomen meum
magnum *&c. vſque* Et ego ero vobis in Deum, dicit Dominus omnipotens.

Secunda vt ſupra. Lectio Iſayæ
1. Prophetæ. Hæc dicit Dominus
Deus: Lauamini, mundi eſtote *&c. vſque* Bona terra comedetis, dicit Dominus omnipotens.

LXIV. *Feria v.* Lectio libri
13. Regum. In diebus illis, Helizæus
ægrotabat infirmitate *&c. vſque* Et ſtetit ſuper pedes ſuos.

LXV. *Feria vi. ad S. Euſebiũ.*
III, 17. Lectio libri Regum. In diebus illis
Aegrotauit filius mulieris matrisfamiliæ *&c. vſque* Et verbum Domini in ore tuo verum eſt.

LXVI. Sabbato. *ad* S. *Laurentiũ. in Mediana*. Lectio Iſayæ Prophe- 49.
tæ. Hæc dicit Dominus; In tempore placito exaudiui *&c. vſque* Ego tamen non obliuiſcar tui, dicit Dominus omnipotens.

LXVII.

LXVIII. *Item vt ſupra*. Lectio 55.
Iſayæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus; Omnes ſitientes venite ad aquas *&c. vſque* Quod egredietur de ore meo, dicit Dominus omnipotens.

LXIX. *Dominica VI.*[*leg.V.*] *in*
Quadrageſima. ad Sanctum Petrum. 9.
Lectio epiſtolæ B. Pauli Apoſt. ad Hebræos. Fratres, Chriſtus adſiſtens Pontifex futur. *&c. vſque* Aeternæ hæreditatis in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

LXX. *Feria ij. ad* S. *Chriſogonũ.*
Lectio Ionæ prophetæ; In diebus 3.
illis, Factum eſt verbum Domini ad Ionam prophetam ſecundò *&c. vſque* Et miſertus eſt populo ſuo Dominus Deus noſter.

LXXI. *Feria iij. ad* S. *Quiriacum.*
Lectio Danihel prophetæ. In die- 14.
bus illis, Congregati ſunt Babylonij *&c. vſque* Qui liberauit Danihelem de lacu leonum.

LXXII. *Feria iv. ad* S. *Marcel-*
lum. Lectio libri Leuitici. In 19.
diebus illis, Locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens; Ego Dominus Deus veſter: non facietis furtum *&c. vſque* Leges meas cuſtodite; ego ſum Dominus Deus veſter.

LXXIII.

LXXIII. *Feria v.* Lectio Hie-
III. *Primo manè. Statio ad S. Anaſtaſiã. Lect. prima.* Lectio Eſaiæ
Prophetæ. Hæc dicit Dominus: 61. H.M.P
Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxit me: ad annunciandum manſuetis miſit me; Vt mederer contritos corde; & prędicarem captiuis indulgentiam; & clauſis apertionem; Vt prędicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro: vt con-

Digitized by Google

conſolarer omnes lugentes; & ponerem fortitudinem lugentibus Sion:& darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu; pallium laudis pro ſpiritu mœroris. Et vocabuntur in ea fortes
c.61. iuſtitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ. Dicite filiæ Syon : Ecce Saluator tuus venit; ecce merces eius cum eo; & opus illius coram ipſo; & vocabunt eos, Populus ſanctus, redempti à Domino Deo noſtro.

Lectio ſecunda. Lectio epiſt. B. Pauli Apoſtoli ad Titum. Chariſſime, Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ quę fecimus nos *&c. vt in Miſſali Rom.*

IV. *In die Natalis Domini. Lectio prima.* Lectio Eſaiæ Prophetæ. Hęc dicit Dñus: Propter hoc ſciet
52. II.M.P populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum. Quàm pulchri ſupra montes pedes anunntiantis *&c. vſque.* Parabit Dominus brachium ſuum in oculis omnium gentium : & videbunt omnes fines terrę Salutare Dei noſtri.

Lectio ſecunda. Lectio ep. B. Pauli Apoſtoli ad Hebręos. Fratres, Multifariè multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio *&c. vt in Miſſali Romano.*

V. *In die S. Sthephani Protomartyris.* Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & ſigna magna in populo *&c. vt in Miſſali Rom.*

VI. *Miſſâ prima manè in feſtiuitate S. Iohannis Euangeliſtæ.* Lectio...... ad Epheſios. Fratres, Benedictus Deus & Pater I.3.
Domini noſtri Ieſu Chriſti; qui H.O.V.
benedixit nos in omni benedictione ſpiritali in cæleſtibus in Chriſto *&c. vſque.* In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum, ſecundùm diuitias gratiæ ſuæ, quæ ſuperabundauit in nobis per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ.

In maiori Miſſa. Lectio libri Sapientiæ. Qui timet Deum, faciet bona : & qui continens eſt iuſtitiæ, apprehendet illam : & obuiabit illi quaſi mater honorificata *&c. vt in Miſſali Romano.*

VII. *In Natali Innocentum. Statio ad S. Paulum.* Lectio libri Apocalypſis B. Iohannis Apoſtoli. In diebus illis, Vidi ſupra montem Sion Agnum ſtantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius & nomen Patris eius, ſcriptum in frontibus ſuis *&c. vt in Miſſali Romano.*

VIII. *In feſto S. Silueſtri Papæ. Epiſtola* Teſtificor coram Deo. L.
Lectio ad Hebræos. Plures fa- 7.
cti

Digitized by Google

H.V. cti ſunt Sacerdotes ſecundùm Legem; idcirco quòd morte prohiberentur permanere.

O. *Vel*. Fratres, Plures facti ſunt Sacerdotes ſecundùm Legem: hic autem iureiurando per eum qui dixit ad illum; Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum; Tu es Sacerdos in æternum: in tantum melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus. Et alij quidem plures facti ſunt Sacerdotes: idcirco quòd morte prohiberentur permanere *&c. vſque*. Hoc enim fecit ſemel, ſe offerendo Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

P. *Lectio*. Ecce Sacerdos magnus.

IX. *In Oct. Natalis Domini. Statio ad S. Mariam Tranſtiberim.*

H.L.M. Chariſſime, Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri, *Require in natali Domini de nocte.*

3. P.V. Lectio epiſtolæ ad Galatas. Fratres, Priuſquam veniret fides, ſub Lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque Lex pedagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur *&c. vſque.* Si autem vos Chriſti: ergo Abrahæ ſemen eſtis ſecundùm promiſſionem hæredes.

X. *Eodem die in Natali S. Martinæ.* Lectio epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

II. 10. M. Fratres, Qui gloriatur, in Domino glorietur: non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt *&c. vſque*. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.

XI. *Dominica poſt Nat. Domini.* Lectio...... ad Galatas. Fratres, Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo; cùm ſit dominus omnium *&c. vt in Miſſali Romano.*

XII. *In Vigilia Epiphaniæ.* Lectio Epiſtolæ ad Titũ. Chariſſime, Apparuit benignitas & humanitas. *Require in Natali Domini manè.* M. V.

Lectio ... ad Romanos. Fratres, Scimus quoniã quæcumque lex loquitur, his qui in lege ſunt loquitur; vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo *&c. vſque.* Vt ſit iſte iuſtus, & iuſtificans eum qui ex fide eſt Ieſu Chriſti Domini noſtri. 3. P. Micrologus c. 40.

XIII. *In die ſancto Epiphaniæ.* Lectio Eſaiæ Prophetæ. Surge, illuminare Hieruſalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt *&c. vt in Miſſ. Rom.*

[*Sequentes Lectiones pro diebus Octauarum Epiphaniæ ſolus exhibet Vaticanus codex.*]

XIV. *Feria II.* Lect. epiſt. ... ad Coloſſenſes. Fratres, Audiſtis diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vobis vt impleam verbum Dei *&c. vſque*, Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu Domino noſtro. I.

XV. *Feria III.* Lectio ... ad Timotheum. Chariſſime, Fidelis ſermo & omni acceptione dignus: quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere *&c. vſque.* Regi autem ſæculorum, immortali, inuiſibili, ſoli I. I.

Deo

Digitized by Google

Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum. amen.

XVI. *Feria IV.* Lectio epiſt. . . . ad Hebræos. Fratres, Conſiderate Apoſtolum
3. & Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum *&c. vſque*. Si fiduciam & gloriam ſpei vſque ad finem firmum teneamus.

XVII. *Feria V.* Lectio Iſaię Prophe-
30. tæ. Ecce nomen Domini venit de longinquo: ardens furor eius & grauis ad portandum *&c. vſque*. Et auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ; & terrorem brachij ſui oſtendet in commutatione furoris & flammæ ignis deuorantis.

XVIII. *Feria VI.* Lectio Iſaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus: Ecce ſeruus
42. meus; ſuſcipiam eum: Electus meus; complacuit ſibi in illo anima mea *&c. vſque*. Non erit triſtis neque turbulétus; donec ponat in terra iudicium: & legem eius inſulæ exſpectabunt.

XIX. *Septima* Lectio Iſaiæ Prophetæ. Hęc dicit Dominus: Spiritus Do-
61. mini ſuper me eo quòd vnxerit me; ad
62: annuntiandum manſuetis miſit me *&c. vſque*. Ecce Saluator tuus venit: ecce merces eius cum illo: & vocabunt eos, Populus ſanctus, redempti à Domino Deo noſtro. [*require ſupra pag. 27.*]

XX. *In Octaua Epiphaniæ.* Lectio Eſaiæ Prophetæ. Domine Deus meus, honorificabo te: laudem tribuam nomini tuo, qui facis mirabiles res. Conſilium tuum antiquum verum fiat. Domine excelſum eſt brachium tuum; Deus Sabaoth, corona ſpei, quæ ornata eſt gloria. Exſultet deſertum: & exſultent ſolitudines Iordanis: & populus meus videbit altitudinem Domini & maieſtatem Dei: & erit congregatus & redemptus per Deum: & veniet in Sion cum lętitia: & lętitia ſempiterna ſuper caput eius, laus & exſultatio. Et aperiam in montibus flumina: & in medijs campis fontes diſrumpam: & terram ſitientem ſine aqua, effundam. Et ecce Puer meus exaltabitur & eleuabitur: & ſublimis erit valdè. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris: & dicetis in illa die; Confitemini Domino; & inuocate nomen eius. Notas facite in populis adinuentiones eius: cantate Domino; quia mirabilia fecit. Annunciate hoc in vniuerſa terra: dicit Dominus omnipotens.

H.L.P. Miſſ. Gallicanum, & Meſſanen. editum Venetijs 1527. Miſſal. Carmelit. ann. 1574.

Lectio Iſaię Prophetę. Hęc dicit Dominus: Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxit *&c. vſque*. Populus ſanctus redempti à Domino Deo noſtro. [*req. pag. 27.*] *L.*

Lectio Iſaiæ Prophetę. Hęc dicit Dominus: Propter hoc ſciet populus meus nomen meum *&c. vſque*. Omnes fines terræ ſalutare Dei. *require in die Natalis Domini*. *L:*

XXI. Dominica poſt Epiphaniam. Lectio epiſt. . ad Romanos. Fratres, obſecro vos per miſericordiam Dei vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem *&c. vt in Miſſali Romano*.

XXII. *Feria quarta*. Lectio epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Romanos. Fratres, Scimus quia quæcumque lex loquitur. *require in Vigilia Epiphaniæ*. *H.L.P.*

XXIII. *Feria ſexta*. Lectio epi-

ſtolæ

ſtolæ B.Petri Apoſtoli.Chariſſimi,
II.1. Non commenticias fabulas ſecuti,
H.L. notam fecimus vobis Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti virtutem & præ-
ſentiam *&c. vſque*. Non enim
volũtate humana allata eſt aliquã-
do Prophetia, ſed Spiritu Sancto
inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei
homines.

Lectio.... ad Theſſalonicen-
ſes.Fratres,Nolite deficere benefa-
II.3. cientes. Quòd ſi quis non obedit
P. verbo noſtro per epiſtolam, hunc
notate *&c.vſque*.Ipſe autẽ Domi-
nus pacis det vobis pacem ſempi-
ternam. In omni loco Dominus
cum omnibus vobis.

XXIV. *Dominica II. poſt Epi-
phaniã*.Lectio...ad Romanos. Fra-
tres, Habentes donationes,ſecun-
dùm gratiam quæ data eſt no-
bis, differentes; ſiue prophetiam
ſecundùm rationem fidei *&c. vt
in Miſſali Romano*.

1. XXV. *Feria quarta*. Le-
H.L.P. ctio... ad Coloſſenſes. Fratres,
Audiſtis diſpenſationem Dei, quæ
data eſt mihi in vobis vt impleam
verbum Dei; myſterium quod
abſconditum fuit à ſæculis & ge-
nerationibus *&c.vſque*.Et docen-
tes in omni ſapientia; vt exhibea
mus omnem hominem perfectum,
in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

XXVI. *Feria ſexta*. Lectio epi-
I. 1. ſtolę B. Pauli Apoſtoli ad Timo-
H.L. theum. Chariſſime, Fidelis ſermo
& omni acceptione dignus: quia
Chriſtus Ieſus venit in hunc mun-
dum peccatores ſaluos facere *&c.
vſque*. Regi autem ſęculorum,im-
mortali,inuiſibili, ſoli Deo honor
& gloria in ſęcula ſęculorum
amen.

Lectio...... ad Timotheum.
Chariſſime, Fidelis ſermo & omni I. 4. P.
acceptione dignus:in hoc enim la-
boramus & maledicimur; quia
ſperamus in Deum viuum *&c. vſ-
que*. Attende tibi & doctrinę; inſta
in illis: hoc enim faciens, & te-
ipſum ſaluum facies, & eos qui te
audiunt.

XXVII. *Dominica III.poſt Epi-
phaniã*.Lectio .. ad Romanos.Fra-
tres, Nolite eſſe prudentes apud
vosmetipſos *&c. vt in Miſſ. Rom.*

XXVIII. *Feria quarta*. Le-
ctio... ad Hebreos.Fratres,Cõſi- 3.
derate Apoſtolum & Pontificem H.L.
confeſſionis noſtrę Ieſum: qui fi-
delis eſt ei qui fecit illum *&c. vſ-
que*. Quæ domus ſumus nos: ſi fi-
duciam & gloriam ſpei eius vſque
ad finem firmam retineamus.

Lectio... ad Timotheum.Cha-
riſſime, Fidelis ſermo & omni ac- P.
ceptione dignus:quia Chriſtus Ie-
ſus venit *&c. [req. ſupra feria 6.]*

XXIX. *Feria ſexta*. Lectio epi-
ſtolæ B. Ioannis Apoſtoli.Chariſſi- I. 2.
mi,Qui dicit ſe in luce eſſe,& fratrẽ H.L.
ſuum odit, in tenebris eſt vſque
adhuc *&c. vſque*. Scribo vobis iu-
uenes:quia fortes eſtis;& verbũDei
in vobis manet,& viciſtis malignũ.
Le-

I. 7. Lectio ...... ad Corinthios.
P. Fratres, Bonum eſt homini mulierē non tangere: propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat *&c. vſque*. Quòd ſi non ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere quàm vri.

XXX. *Dominica IV. poſt Epiphaniam*. Lectio ... ad Romanos. Fratres, Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis *&c. vt in Miſſali Romano*.

XXXI. *Feria quarta*. Lectio .. .
5. ad Romanos. Fratres, ſicut per vnū
H.L. hominem in hunc mundum peccatum intrauit; & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſijt *&c. vſque*. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem.

5. Lectio ...... ad Romanos Fra-
P. tres. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitę *&c. vſque*. Ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam ęternam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

11. XXXII. *Feria ſexta*. Lectio ...
L. ad Romanos. Fratres, Nolo vos ignorare myſteriū hoc, vt non ſitis vobiſipſis ſapientes; quia cęcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret *&c. vſque*. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſęcula ſęculorum. amen.

Lectio ...... ad Coloſſenſes. 4.
Fratres, Orationi inſtate; vigilātes P.
in ea in gratiarum actione; orantes ſimul & pro nobis *&c. vſque*. Vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere, in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

XXXIII. *Dominica V. poſt Epiphaniam*. Lectio ... ad Coloſſenſes.
Fratres, Induite vos ſicut electi H.L.P.
Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordię, benignitatem humilitatem *&c. vt in Miſſali Romano*.

Lectio .... ad Romanos.
Fratres, Sicut per vnius delictū in V.
omnes homines in condemnationem *&c.* [*Require ſupra Feria IV.*]

Lectio ...... ad Coloſſenſes. I.
Fratres, Audiſtis diſpenſationem O.
Dei, quę data eſt mihi in vobis *&c. vſque*. Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

XXXIV. *Feria quarta*. Le-
ctio ... ad Corinthios. Fratres, Vi- I. I.
dete vocationem veſtram: quia nō P.
multi ſapientes ſecundùm carnem; non multi potentes; non multi nobiles *&c. vſque*. Vt quemadmodum ſcriptum eſt: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

Lectio ...... ad Romanos. 2.
Fratres, Scimus enim quoniam iu- H.
dicium Dei eſt ſecundùm veritatē in eos qui nequiter agunt. Exiſtimas autem hoc homo qui iudi-

cas

cas eos qui impiè agunt: & facis
ea: quia tu effugies iudicium Dei?
An diuitias bonitatis eius *&c. vſque.* Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudęi primum & Gręci: gloria autem & honor & pax, omni operanti bonum.

2. H. XXXV. *Feria Sexta.* Lectio ... ad Romanos. Fratres, Non eſt perſonarum acceptio apud Deum. Quicumque enim ſine lege peccauerint: ſine lege peribunt *&c. vſque.* Nam iudicabit Deus occulta hominum ſecundùm euangelium meum, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

I.4. P. Lectio Epiſtolæ Beati Pauli Apoſtoli ad Theſſalonicenſes. Fratres, De charitate fraternitatis non neceſſe habemus ſcribere vobis: ipſe enim vos à Deo didiciſtis vt diligatis inuicem *&c. vſque* Et vt honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt; & vt nullius aliquid deſideretis. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit vobiſcum.

3. D. XXXVI. *Dominica VI. poſt Epiphaniam.* Lectio ... ad Coloſſenſes. Fratres, Induite vos ſicut electi Dei, ſancti *&c. vſque.* Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris.

XXXVII. *Dominica in Septuageſima. Statio ad S. Laurentium Foras murum.* Lectio ... ad Corinthios. Fratres, Neſcitis quòd hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt *&c. vt in Miſſali Romano, vſque.* Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus.

XXXVIII. *Feria quarta.* Lectio ... ad Hebræos. Fratres, Feſtinemus ingredi in illam requiem: vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus eſt enim Sermo Dei, & efficax *&c. vſque.* Vt miſericordiam conſequamur; & gratiam inueniamus in auxilio opportuno: per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. 4. H.L.P.

XXXIX. *Feria ſexta.* Lectio epiſtolæ Beati Iohannis Apoſtoli. Chariſſimi, Qui non credit in Filium Dei, mendacem facit eum: quia non credit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt Deus de Filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium quoniam vitam ęternam dedit nobis Deus *&c. vſque.* Et dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus verum Deum; & ſimus in vero Filio eius. hic eſt verus Deus, & vita æterna. I. 5. L.

Lectio ... ad Epheſios. Fratres, Eramus ergo natura filij iræ, ſicut & cæteri: Deus autem qui diues eſt in miſericordia, propter nimiã ſuam charitatem qua dilexit nos *&c. vſque.* Vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gloriæ ſuæ in bonitate ſuper nos, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. 2. P.

XL. *Dominica in Sexageſima. Statio ad Sanctum Paulum.* Lectio

Digitized by Google

ctio ... ad Corinthios. Fratres, Libenter ſuffertis inſipientes; cùm ſitis ipſi ſapientes: ſuſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit; ſi quis deuorat, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit *&c. vt in Miſſali Romano.*

11. H.L.P. XLI. *Feria quarta.* Lectio ... ad Hebræos. Fratres, Recogitate Dominum Ieſum Chriſtum, qualem ſuſtinuit à peccatoribus aduersùs ſemeptipſum contradictionem: vt non fatigemini animis veſtris deficientes *&c. vſque.* Deindè patres quidem carnis noſtræ habuimus eruditores; & reuerebamur eos: nunc multo magis obtemperabimus Patri ſpirituum; & viuemus.

12. H.L. XLII. *Feria ſexta.* Lectio ... ad Hebræos. Fratres, Omnis diſciplina in præſenti quidem non videtur eſſe gaudij, ſed mœroris, poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ *&c. vſque.* Vt Eſau qui propter vnam eſcam vendidit primitiua ſua. ſcitote enim quoniam & poſtea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus eſt.

I. 2. P. Lectio ... ad Theſſalonicenſes. Fratres, Nos deſolati à vobis ad tempus horæ, aſpectu non corde; abundantiùs feſtinauimus faciem veſtram videre cum multo deſiderio: quoniam volumus venire ad vos; ſed impediuit nos ſatanas. Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante Dominum Ieſum Chriſtum eſtis in aduentu eius? Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

XLIII. *Dominica in Quinquageſima. Statio ad Sanctum Petrum.* Lectio ... ad Corinthios. Fratres, Si linguis hominum loquar & Angelorum; charitatem autem non habeam: factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens *&c. vt in Miſſali Romano.*

XLIV. *Feria quarta. Caput Ieiunij. Statio ad Sanctam Sabinam.* Lectio Ioelis Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus: Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu *&c. vt in Miſſali Romano.*

XLV. *Feria quinta. Statio ad Sanctũ Georgium.* Lectio Iſaiæ Prophetæ. In diebus illis, Aegrotauit Ezechias vſque ad mortem: & introiuit ad eum Iſaias filius Amos Propheta *&c. vt in Miſſali Romano vſque.* Et Ciuitatem iſtam protegam, dicit Dominus omnipotẽs.

XLVI. *Feria ſexta. Statio ad SS. Iohannem, & Paulum.* Lectio Iſaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus: Clama ne ceſſes; quaſi tuba exalta vocem tuam: & annuntia populo meo ſcelera eorum *&c. vt in Miſſali Romano, vſque.* Tunc inuocabis; & Dominus exaudiet: clamabis; & dicet, Ecce adſum: quia miſericors ſum dicit, Dominus Deus tuus.

XLVII.

XLVII. *Sabbato. Statio ad Sanctum Triphonem*. Lectio Iſaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus: Si abſtuleris de medio tui catenam, & deſieris digitū tuum extendere, & loqui quod non prodeſt *&c. vt in Miſſali Romano vſque*. Et cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os enim Domini locutum eſt hæc.

XLVIII. *Dominica Caput Quadrageſimæ*. Lectio ... ad Corinthios. Fratres, Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: ait enim; Tempore accepto exaudiui te: & in die ſalutis adiuui te *&c. vt in Miſſali Romano*.

XLIX. *Feria ſecunda. Statio ad Sanctum Petrum ad Vincula*. Lectio Ezechielis Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipſe requiram oues meas: & viſitabo illas, ſicut viſitat paſtor gregem ſuum *&c. vt in Miſſali Romano, vſque*. Et paſcam illas in iudicio & iuſtitia, dicit Dominus omnipotens.

L. *Feria tertia. Statio ad Sanctam Anaſtaſiam*. Lectio Iſaiæ Prophetæ. In diebus illis, Locutus eſt Iſaias Propheta, dicens: Quærite Dominum dum inueniri poteſt *&c. vt in Miſſali Romano*.

LI. *Feria Quarta. Statio ad S. Mariam Maiorem. Lectio prima*. Lectio libri Exodi. In diebus illis; Dixit Dominus ad Moyſen: Aſcende ad me in montem; & eſto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas *&c. vt in Miſſali Romano. Lectio ſecunda*. Lectio libri Regum. In diebus illis, Venit Elias in Berſabee Iuda; & dimiſit ibi puerum ſuum: & perrexit in deſertum, via vnius diei *&c. vt in Miſſali Romano*.

LII. *Feria quinta. Statio ad Sanctum Laurentium in Formoſum*. Lectio Ezechielis Prophetæ. In diebus illis, Factus eſt ſermo Domini ad me dicens: Quid eſt quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium illud in terra Iſrael *&c. vt in Miſſali Romano, vſque*. Et iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatem, hic iuſtus eſt; vita viuet: ait Dominus omnipotens. *at in H. ſequitur*. Quòd ſi genuerit filium latronem *&c. vſque*. Omnia præcepta mea cuſtodiuit, & fecit illa, vita viuet: ait Dominus omnipotens.

LIII. *Feria ſexta. Statio ad SS. Apoſtolos*. Lectio Ezechielis Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus: Anima quæ peccauerit ipſa morietur, filius non portabit iniquitatem patris *&c. vt in Miſſali Romano, vſq*; Conſiderans enim, & auertēs ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt, vita viuet; & non morietur: dicit Dominus omnipotens.

LIV. *Sabbato ad S. Petrum in xij. Lection. Lectio prima*. Lectio libri Deuteronomij. In diebus illis, Locutus eſt Moyſes ad Dominum dicens; Reſpice Domine de ſanctuario tuo, & de excelſo cœlorum habita-

bitaculo: & benedic populo tuo Iſrael, & terræ quam dediſti nobis *&c. vt in contextu primæ Lectionis in Miſſali Romano, vſque.* Et ſis populus ſanctus Domini Dei tui, ſicut locutus eſt tibi.

Lectio ſecunda. Lectio libri Deuteronomij. In diebus illis, Dixit Moyſes filijs Iſrael: Si cuſtodieritis mandata, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea; vt diligatis Dominum *&c. vt in Miſſali Romano vſque.* Super omnem terram quam calcaturi eſtis: ſicut locutus eſt vobis.

II. 1. *H.L.O. P.V.* *Lectio tertia.* Lectio libri Machabęorum. In diebus illis, Orationem faciebant Sacerdotes dum offerrent ſacrificium pro populo Iſrael; Ionatha inchoante, cæteris autē reſpondentibus, 1 & dicentibus. Benefaciat vobis Deus: & meminerit teſtamenti ſui, quod ad Abraham & Iſaac & Iacob locutus eſt, ſeruorum ſuorum fidelium: Et det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem. Adaperiat cor veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis: & faciat pacem. Exaudiat orationes veſtras; & reconcilietur vobis. Nec vos deſerat in tempore malo Dominus Deus noſter [*al.* veſter.]

1. *Vat. omittit,* & dicentibus.

Lectio quarta. Lectio libri Sapientiæ. Miſerere noſtri Deus omnium; & reſpice nos; & oſtende nobis lucem miſerationum tuarum *&c. vt in Miſſali Romano.*

2. *Hæc Lectio in omnibus quatuor Temporibus anni legitur.* 2. *V.*

Lectio quinta. Lectio Danielis Prophetæ. 3. Angelus Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem; & excuſſit flammam ignis de fornace; & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem: & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldęis miniſtros Regis, qui eam incendebant. Illos autem omninò non tetigit ignis neque contriſtauit; nec quicquam moleſtiæ intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore hymnum dicebant, & magnificabant Deum in fornace, dicentes: Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum; & laudabilis & ſuper exaltatus in ſęcula. Et benedictum nomen gloriæ tuę ſanctum; & laudabile, & ſuperexaltatum in omnibus ſęculis. Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ; & ſuperlaudabi- *

3. In diebus illis. *O.P.S.*

* *In Cod. O. hoc modo legitur.*

Tunc hi tres tanquam ex vno ore hymnum dicebant, & benedicebant Deum in fornace dicentes: Benedictus es Domine Deus Patrum noſtrorum, & laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula. Benedictum nomen gloriæ tuæ, quod eſt ſanctum; & laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula. Benedictus es, qui vides abyſſos, & ſedes ſuper Cherubim; & laudabilis & ſuperexaltatus in ſæcula. Benedictus es ſuper ſedem Regni tui; & laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula. Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ; & laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula. Benedicite *&c.*

Digitized by Google

1. Vat. addit. Et ſuperexaltatus. 2. Laudabilis. V. 3. In ſecula. V. 4. Verſiculus iſte in cod. Lat. eſt penultimus. 5. O. S. V.

dabilis & ſuper glorioſus, 1 in ſecula. Benedictus es in throno regni tui; 2 & ſuperlaudabilis & ſuperexaltatus 3 in õnibus ſeculis. Benedictus es qui intueris abyſſos, & ſedes ſuper Cherubin; & laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula. 4. Benedictus es in firmamento cœli; & laudabilis & glorioſus in ſæcula.

5. Benedicite omnia opera Domini Dominum: benedicite cæli Dominum: benedicite Angeli Domini Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite aquæ omnes quę ſuper cælos ſunt, Dominum: benedicite omnes Virtutes Domini Dominum: benedicite Sol & Luna Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite ſtellæ cæli Dominum: benedicite ymber & ros Dominum: benedicite omnes ſpiritus Dei Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite ignis & æſtus Dominum: benedicite noctes & dies Dominum: benedicite tenebræ & lumen Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite frigus & cauma Dominum: benedicite pruina & niues Dominum: benedicite fulgura & nubes Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicat terra Dominum: benedicite montes & colles Dominum: benedicite omnia naſcentia terræ Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite maria & flumina Dominum: benedicite fontes Dominum: benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite omnes volucres cæli Dominum: benedicite beſtiæ, & vniuerſa pecora Dominum: benedicite filij hominum Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicat Iſrael Dominum: benedicite Sacerdotes Domini Dominum: benedicite ſerui Domini Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Dominum: benedicite ſancti, & humiles corde Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite Anania, Azaria, Miſael Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedictus es in firmamento cæli; & laudabilis, & glorioſus in ſecula.

Lectio ſexta. Lectio epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Theſſalonicenſes. Fratres, Rogamus vos: corripite inquietos; conſolamini puſillanimes; ſuſcipite infirmos; patientes eſtote ad omnes *&c. vt in Miſſali Romano, vſque*. Vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine quærela in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.

LV. *Dominica II. Quadrageſima. Statio ad Sanctam Mariam in*

Do-

Dominica. Lectio... ad Theſſalonicęſes. Fratres, Rogamus vos, & obſecramus in Domino Ieſu, vt quemadmodum accepiſtis à nobis *&c. vt in Miſſali Romano.*

LVI. *Feria ſecunda. Statio ad Sanctum Clementem.* Lectio Danielis Prophetæ. In diebus illis, Orauit Daniel dicens, Domine Deus noſter, qui eduxiſti populum tuum de terra Aegypti, in manu forti; & feciſti tibi nomen ſecundùm diem hanc *&c. vt in Miſſali Romano.*

LVII. *Feria tertia. Statio ad Sanctam Balbinam.* Lectio libri Regum. In diebus illis, Factus eſt ſermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge, & vade in Sarepta Sydoniorum; & manebis ibi *&c. vt in Miſſali Romano.*

15. LVIII. *Feria quarta. Statio*
H.L.O. *ad Sanctam Cæciliam.* Lectio libri
P.S.V. Eſther. In diebus illis, Orauit Eſther ad Dominum dicens: Domine Deus Rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta ſunt poſita: & non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati. Si decreueris ſaluare nos; continuò liberabimur. Tu enim Domine feciſti cœlum & terram, & quicquid cœli ambitu continetur. Tu es Dominus omniũ: & non eſt qui reſiſtat maieſtati tuæ. Et nunc Domine Rex regum, Deus Abraham, miſerere populo tuo: quia volunt nos inimici noſtri perdere, & hæreditatem tuam delere. Ne deſpicias partem tuam, quam redemiſti tibi ſed exaudi deprecationem noſtram: & propitius eſto ſorti & funiculo hæreditatis tuæ: & conuerte luctum noſtrum in gaudium; vt viuentes laudemus nomen tuum: & ne claudas ora canentium te Domine Deus noſter.

LIX. *Feria quinta. Statio ad Sanctam Mariam in Tranſtiberim.* Lectio Hieremiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus, Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. Erit enim quaſi myrice in deſerto *&c. vt in Miſſali Romano, vſque.* Ego, Dominus ſcrutans cor, & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum, dicit Dominus omnipotens.

LX. *Feria ſexta. Statio ad Sanctum Vitalem.* Lectio libri Geneſis. In diebus illis, Dixit Ioſeph fratribus ſuis; Audite ſomnium meum quod vidi. Putabam ligare manipulos in agro *&c. vt in Miſſali Romano.*

LXI. *Sabbato. Statio ad Sanctum* 17.
Petrum & Marcellinum. Lectio libri Geneſis. In diebus illis, Dixit Rebecca filio ſuo Iacob; Audiui patrem tuum loquentem cum Eſau fratre tuo & dicentem ei; Affer mihi de venatione tua; & fac cibos vt comedam *&c. vſque.* At ille ſubiunxit, Iuſtè vocatum eſt nomen

eius

eius Iacob: ſubplantauit enim me en altera vice: primogenita me antè tulit: & nunc ſecundò ſubripuit benedictionem meam. Rurſumque ad patrem; Numquid non reſeruaſti, ait, & mihi benedictionem? Reſpondit Iſaac, Dominum tuum illum conſtitui; & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui: frumento & vino ſtabiliui eum; & tibi poſt hæc fili mi vltra quid faciam? Cui Eſau ait; Num vnam, inquit, tantùm benedictionem habes pater: mihi quoque obſecro vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret, motus Iſaac dixit ad eum; In pinguedine terræ & in rore cæli deſuper erit benedictio tua.

LXII. *Dominica III. Quadrageſimæ. Statio ad S. Laurentium foras murum.* Lectio ... ad Epheſios. Fratres, Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi: & ambulate in dilectione; ſicut & Chriſtus dilexit nos *&c. vt in Miſſali Romano.*

26. S. LXIII. *In Miſſis, quæ pro Scrutinio celebrantur.* Lectio Ezechielis Prophetæ. Hæc dicit Dominus; Effundam ſuper vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris *&c. vſque.* Et eritis mihi in populum; & ego ero vobis in Deum: & ſaluabo vos ex vniuerſis inquinamentis veſtris: dicit Dominus omnipotens.

1. O. Lectio Eſaiæ Prophetæ Hæc dicit Dominus Deus; Lauamini, mundi eſtote: auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis *&c. vſque.* Si volueritis, & audieritis me; bona terræ comedetis, dicit Dominus omnipotens.

Lectio libri Geneſis. In diebus 48. O. illis, Benedixit Iacob filijs ſuis, & ait; Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraham & Iſaac; Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſq; in præſentem diem: Angelus *&c. vſque.* Scio fili mi, ſcio: & iſte quidem erit in populos; & multiplicabitur. ſed frater eius iunior, maior illo erit; & ſemen illius creſcet in gentes. Benedixitque illis in ipſo tempore; & dimiſit eos.

LXIV. *Feria ſecunda. Statio ad S. Marcum.* Lectio libri Regum. In diebus illis, Naaman Princeps militiæ Regis Syriæ erat vir magnus apud dominum ſuum & honoratus; per illum enim dedit Dominus ſalutem Syriæ *&c. vt in Miſſali Romano, vſque.* Et ait, Verè ſcio quòd non ſit alius Deus in vniuerſa terra, niſi tantùm Deus Iſrael.

LXV. *Feria tertia. Statio ad Sanctam Potentianam.* Lectio libri Regum. In diebus illis, mulier quædam clamabat ad Heliſæum Prophetam dicens; Seruus tuus, vir meus mortuus eſt: & tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens Deum *&c. vt in Miſſali Romano.*

LXVI. *Feria quarta. Statio ad*

ad

ad Sanctum Xixtum. Lectio libri Exodi. Hæc dicit Dominus Deus: Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam dominus Deus tuus daturus eſt tibi *&c. vt in Miſſali Romano*.

LXVII. *Feria quinta. Statio ad S. Coſmam & Damianum*. Lectio Hieremiæ Prophetæ. In diebus illis, Factum eſt verbum Domini ad me dicens; Sta in porta domus Domini; & prędica verbũ iſtud:& dic *&c. vſque*. Habitabo vobiſcum in loco iſto, in terra quam dedi patribus veſtris à ſæculo & vſque in ſæculum: dicit Dominus omnipotens.

LXVIII. *Feria ſexta. Statio ad S. Laurentium in Lucina*. Lectio libri Numeri. In diebus illis, Conuenerunt filij Iſrael ad Moyſen & Aaron; & verſi in ſeditionem dixerunt; Da nobis aquam vt bibamus *&c. vt in Miſſali Romano*.

LXIX. *Sabbato. Statio ad Sanctam Suſannam*. Lectio Danielis Prophetæ. In diebus illis, Erat vir in Babylone; & nomen eius Ioachim: & accepit vxorem nomine Suſannam, filiam Chelchiæ, pulchram nimis & timentem Deum *&c. vt in Miſſali Romano, vſque*. Et conſurrexerunt aduersùm duos presbyteros (conuicerat enim eos Daniel, ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium) feceruntque eis, ſicut malè egerant aduersùs proximum; & interfecerunt eos. Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa.

LXX. *Dominica IV. Quadrageſimæ. Statio ad Hieruſalem*. Lectio .... ad Galatas. Fratres, Scriptum eſt quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, vnum de libera *&c. vt in Miſſali Romano*.

LXXI. *Feria ſecunda. Statio ad Eccleſiam ſanctorum quatuor Coronatorum*. Lectio libri Regum. In diebus illis, Venerunt duæ mulieres meretrices ad regem Salomonem; ſteteruntque coram eo *&c. vt in Miſſali Romano*.

LXXII. *Feria tertia. Statio ad S. Laurentium in Damaſo*. Lectio libri Exodi. In diebus illis, Locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens; Deſcende de monte: quia peccauit populus tuus, quem eduxiſti de terra AEgypti *&c. vt in Miſſali Romano, vſque*. Placatuſque eſt Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat. Et miſertus eſt populo ſuo Dominus Deus noſter.

LXXIII. *Feria quarta. Statio ad Sanctum Paulum. Lectio prima*. Lectio Ezechielis Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus: Sanctificabo nomen meum magnum: 1 vt ſciant Gentes quia ego Dominus, cùm ſanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de Gentibus *&c. vt in Miſſ. Rom.* 1. Quod pollutum eſt inter Gẽtes; quod polluiſtis in medio earum. H.

Lectio ſecunda. Lectio Eſaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus: Lauamini, mundi eſtote: auferte malum cogitationum veſtrarum ab

ab oculis meis *&c. vt in Miſſali Rom.*

LXXIV. *Eodem die. In Miſſa pro Scrutinio tertio in aurium apertionem. Lectio prima.* Lectio Eſaiæ
55. ms.S. Prophetæ. Hæc dicit Dominus: Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite *&c. vſque.* Derelinquat impius viam ſuam; & vir iniquus cogitationes ſuas: & reuertatur ad Dominum; & miſerebitur eius: & ad Deum noſtrum; quoniam multus eſt ad ignoſcendum.

Lectio ſecunda Lectio..... ad
3. ms.S. Coloſſenſes. Fratres, Exſpoliate vos veterem hominem cum actibus ſuis: & induite nouum, eum qui renouatur in agnitionem Dei ſecundùm imaginem eius, qui creauit eum *&c. in cod. S. vſque.* Verbũ Chriſti habitet in vobis abundanter in omni ſapientia. *in alio cod. ms. vſque.* Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.

LXXV. *Feria quinta. Statio ad S. Silueſtrum.* Lectio libri Regum. In diebus illis, Venit mulier Sunamitis ad Eliſæum in montem Carmelum: cumque vidiſſet eam vir Dei de contra, ait ad Giezi puerum ſuum *&c. vt in Miſſali Romano.*

LXXVI. *Feria ſexta. Statio ad Sanctum Euſebium.* Lectio libri Regum. In diebus illis, Aegrotauit filius mulieris matris familias: & erat languor fortiſſimus *&c. vt in Miſſ. Rom.*

LXXVII. *Sabbato. Statio ad Sanctum Laurentium foras murum. Lectio prima.* Lectio Eſaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus: In tempore placito exaudiui te: & in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Et ſeruaui te; & dedi te in fœdus populi *&c. vt in Miſſali Rom.*

Lectio ſecunda. Lectio Iſaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus: 55. H.O.P.
Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate; emite, & comedite. Venite, emite *&c. in cod. Pal. vſque.* Propter Dominum Deum tuum & Sanctum Iſrael, qui glorificauit te. *in cod. autẽ O. vſque.* Sic erit verbũ meum quod egredietur de ore meo: dicit Dominus omnipotens. *in H. verò ita finit hac Lectio.* Non reuertetur ad me vacuum: ſed faciet quæcumque volui; & proſperabitur in his ad quæ miſi illud: dicit Dominus omnipotens.

LXXVIII. *Dominica de Paſſione Domini. Statio ad Sanctum Petrum.* Lectio... ad Hebręos. Fratres, Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum *&c. vt in Miſſali Romano.*

LXXIX. *Feria ſecunda. Statio ad Sanctum Chryſogonum.* Lectio Ionæ Prophetæ. In diebus illis, Factum eſt verbum Domini ad Io-

Digitized by Google

nam Prophetam, ſecundò dicens: Surge & vade in Niniuen ciuitatem magnam *&c. vt in Miſſali Romano*.

LXXX. *Feria tertia*. *Statio ad Sanctum Cyriacum*. Lectio Danielis Prophetæ. In diebus illis, Congregati ſunt Babylonij ad Regem; & dixerunt ei: Trade nobis Danihelem; qui Bel deſtruxit, & draconem interfecit *&c. vt in Miſſali Romano*.

LXXXI. *Feria quarta*. *Statio ad Sanctum Marcellum*. Lectio libri Leuitici. In diebus illis Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Ego Dominus Deus veſter: non facietis furtum: non mentiemini: nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum *&c. vt in Miſſali Romano*.

LXXXII. *Feria quinta*. *Statio ad Sanctum Apollinarem*. Lectio Danihelis Prophetæ. In diebus illis, Orauit 1 Danihel ad Dominũ dicens: Domine Deus Iſrael 2 ne diſperdas populum tuum propter nomen tuum: & ne diſſipes teſtamentum tuum: neque auferas miſericordiam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſeruum tuum, & Iſrael ſanctum tuum *&c. vt in Miſſali Romano, vſque*. Et ſciant, quia tu es Domine Deus ſolus, & glorioſus ſuper omnem terram, Domine Deus noſter.

1. Azarias. 2. Ne deſpicias. V.

LXXXIII. *Feria ſexta*. *Statio ad Sanctum Stephanum in Cœlio monte*. Lectio Hieremiæ Prophetæ. In diebus illis, Dixit Hieremias; Domine omnes qui te derelinquunt, confundentur *&c. vt in Miſſali Romano*.

LXXXIV. *Sabbato 3 quando datur eleemoſyna*. Lectio Hieremiæ Prophetæ. In diebus illis, Dixerunt impij Iudæi ad inuicem; Venite, & cogitemus contra Iuſtum cogitationes: non enim peribit lex à Sacerdote *&c. vt in Miſſali Romano, vſque*. Fiant corruentes in conſpectu tuo in tempore furoris tui, Domine Deus meus. 3. V. H.L.P. V.

Lectio Zachariæ Prophetæ. Hęc dicit Dominus: Exſulta ſatis filia Hieruſalem; ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator. Ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinę *&c. vſque*. Et deuorabunt & ſubijcient lapidibus fundę; & bibentes inebriabuntur quaſi vino; & replebuntur vt phialæ, & quaſi cornua altaris. Et ſaluabit eos Dominus Deus eorum. 9. Ord. Rom. ms.

[*Cod. O. duas ſequentes hac die Lectiones exhibet.*]

Lectio libri Sapientiæ. In diebus illis, Dixerunt impij Iudæi; Venite circumueniamus Iuſtum; quoniam inutilis eſt nobis *&c. vſque*. Nec iudicauerunt honorem animarum ſuarum: dicit Dominus omnipotens. [*vt in Feria tertia ſequenti: & hac ſola huic diei adſcribitur in cod. S.*] 2.

Lectio... ad Theſſalonicenſes. II. 2.

Fra-

Fratres, Nos debemus ſemper
gratias agere Deo pro vobis fra-
tres dilecti à Deo; vt elegerit nos
Deus primitias in ſalutem, in ſan-
ctificationem ſpiritus, & fidem
veritatis: in qua & vocauit nos per
Euangelium noſtrum, in adquiſi-
tione gloriæ Domini noſtri Ieſu
Chriſti.

LXXXV. *Dominica in ramis Palmarum.* Statio ad S. Iohannem in Lateranum.

* *Ad benedictionem Palmarum.*
16. Lectio libri Exodi. In diebus illis,
Venerunt filij Iſrael in Helim; vbi
erant duodecim fontes aquarum,
& ſeptuaginta palmæ *&c. vſque.*
Veſperè ſcietis quòd Dominus
eduxerit vos de terra Aegypti; &
Tal. Domini. manè videbitis gloriam 1 eius. *in*
Ord.Rom.ms. vſque. Et ecce gloria
Domini apparuit in nube. *in cod.*
verò P. vſque. Loquere ad eos;
Veſperè comedetis carnes; & ma-
nè ſaturabimini panibus: ſcietiſ-
que quòd ſim Dominus Deus ve-
ſter.

Ad Miſſam maiorem. Lectio ... ad Philippenſes. Fratres, Hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu; qui cùm in forma Dei eſſet *&c. vt in Miſſali Romano.*

LXXXVI. *Feria ſecunda. Statio ad Sanctum Nereum & Achilleum. Lectio prima.* Lectio Iſaiæ Prophetæ. In diebus illis, Dixit Iſaias; Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico *&c. vt in Miſſali Romano.* H.L.O. P.S.V.

Lectio ſecunda. [*ex cod.O.*] Le-
ctio Zachariæ Prophetæ. Hæc di- 11.
cit Dominus: Si bonum eſt in
oculis veſtris, adferte mercedem
meam; aut abnegate. Appende-
runt mercedem meam triginta
argenteos. Et dixit Dominus ad
me; Proijce illud ad ſtatuarium,
decorum pretium quod adpre-
tiatus ſum ab eis. Et tuli triginta
argenteos; & proijci illos in do-
mo Domini ad ſtatuarium.
Et nunc effundam ſuper do- 12.
mum Dauid, & ſuper habita-
tores Ieruſalem ſpiritum gratiæ &
miſerationis. Et aſpicient in me,
quem confixerunt: & plangent
planctum, quaſi ſuper vnigenitum:
& dolebunt ſuper eum; vt doleri
ſolent in morte primogeniti. In
die illa magnus erit planctus in
Iſrael: & dicetur ei; Quid ſunt pla-
gæ iſtæ in medio manuum tua-
rum? Et dicet; His plagatus ſum 13.
in medio eorum qui diligebant
me. Framea ſuſcitare ſuper Paſto-
rem meum, & ſuper virum cohæ-
rentem mihi; dicit Dominus exer-
cituum. Percutiam Paſtorem; &
diſpergentur oues: & conuertam
manum meam ad paruulos; &

* Cod.O. pro benedictione Palmarum ſolam Euangelicam Lectionem habet. Equidem ante decimum ſæculum Lectiones ad eam benedictionem legi conſueuiſſe non arbitramur: imò neque poſt illud in Statione Romani Pontificis, vt Ritualia demonſtrant edita à Cl. Mabillonio.

Digitized by Google

erunt in omni terra, dicit Domi-
nus. Diſpergentur, & deficient; &
tertia pars relinquetur in ea. Et
adducam tertiam partem per
ignem: & vram eos, ſicut vritur ar-
gentum; & probabo eos, ſicut pro-
batur aurum. Ipſe inuocabit no-
men meum; & ego exaudiam
eum: & dicam, Populus meus es:
& ipſe dicit, Dominus Deus no-
ſter.
11. *Lectio ſecunda*. [*ex cod. P.*]
Lectio Zachariæ Prophetæ. Hæc
dicit Dominus Deus: Si bo-
num eſt in oculis veſtris, affer-
te mercedem meam: & ſi non,
quieſcite. Et appenderunt mer-
cedem meam triginta argenteis.
Et dixit Dominus ad me; Proij-
ce illud ad ſtatuarium, decorum
precium, quod appretiatus ſum
ab eis. Et tuli triginta argen-
teos: & proieci illos in do-
mum Domini ad ſtatuarium. Et
præcidi virgam meam, quæ appel-
labatur Funiculus; vt diſſoluerem
germanitatem inter Iudam & in-
12. ter Iſrael. Et dixit Dominus ad
me: Ecce ego ponam Hieruſalem
ſuperliminare crapulæ omnibus
populis per circuitum: ſed & Iu-
da erit in obſidionem contra Hie-
ruſalem. Et habitabitur Hieruſa-
lem rurſum in loco ſuo in Hieru-
ſalem: & ſaluabit Dominus taber-
nacula Iuda ſicut in principio. Et
erit in die illa; Effundam ſuper
domum Dauid, & ſuper habitato-
res Hieruſalem ſpiritum gratiæ &
precum. Et aſpicient ad me quem
confixerunt; & plangent cum
planctu, quaſi ſuper vnigenitum:
& dolebunt ſuper eum, vt doleri
ſolet in morte primogeniti. In
die illa magnus erit planctus in
Hieruſalem; ſicut planctus ad
Edremon in campo Magedon. Et 13.
dicetur ei; Quid ſunt plagæ iſtæ
in medio manuum tuarum? Et di-
cet; His plagatus ſum in domo
eorum qui diligebant me. Framea
ſuſcitare ſuper Paſtorem meum, &
ſuper virum cohærentem mihi;
dicit Dominus exercituum. Per-
cute Paſtorem; & diſpergentur
oues. Et conuertam manum
meam ad paruulos: & erunt in
omni terra, dicit Dominus. Par-
tes duæ in ea diſpergentur; & de-
ficient: & tertia pars relinquetur
in ea. Et ducam tertiam partem
per ignem: & vram eos, ſicut vri-
tur argentum; & probabo eos, ſic-
ut probatur aurum. Ipſe inuoca-
bit nomen meum; & ego exau-
diam eum: dicam, Populus meus
es: & ipſe dicit, Dominus Deus
noſter.

LXXXVII. *Feria tertia. Statio ad Sanctam Priſcam. Lectio prima*. Lectio Hieremiæ Prophetæ. In diebus illis, Dixit Hieremias; Domine demonſtraſti mihi & cognoui: tu oſtendiſti mihi ſtudia eorum *&c. vt in Miſſali Romano.*

Lectio ſecunda. Lectio libri Sa-
pientiæ. In diebus illis, Dixerunt 1. O.P.
impij Iudæi apud ſemetipſos; Ve-
nite,

Digitized by Google

nite; circumueniamus Iuſtum; quoniam inutilis eſt nobis; & contrarius eſt operibus noſtris; & improperat nobis peccata legis; & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſcientiā Dei habere *&c. vſque*. Neque mercedem ſperauerunt iuſtitiæ; nec iudicauerunt honorem animarum ſuarum: 1 dicit Dominus omnipotens.

1. Dicit *&c. omittit P.*

LXXXVIII. *Feria quarta. Statio ad Sanctam Mariam Maiorem. Lectio prima*. Lectio Iſaiæ Prophetæ.
62. Hæc dicit Dominus Deus: Dicite filiæ Sion: Ecce Saluator tuus venit: & merces eius cum eo;
H.L.O.S. & opus illius coram ipſo. Et vocabunt eos, Populus ſanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis, Quæſita ciuitas; & non, Derelicta.
63. Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? *&c. vt ſequitur in Miſſali Romano*.

Lectio ſecunda. Lectio Iſaiæ Prophetæ. In diebus illis, Dixit Iſaias; Domine quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui reuelatum eſt? *&c. vt in Miſſali Romano, vſque*. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Si poſuerit pro peccato animam ſuam; videbit ſemen longæuum. Et voluntas Domini in manu eius dirigetur: pro eo quòd tradidit in morte animam ſuam; & cum ſceleratis reputatus eſt. Et ipſe peccata multorum tulit: & pro tranſgreſſoribus rogauit vt non perirent: dicit Dominus omnipotens.

LXXXIX. *Feria quinta in Cœna Domini. Statio ad S. Iohannem in Lateranum*. Lectio ... ad Corinthios. Fratres, Conuenientibus vobis in vnum, iam non eſt Dominicam Cœnam manducare *&c. vt in Miſſali Romano*.

XC. *Feria ſexta in Paraſceue. Statio ad S. Crucem. Lectio prima*. Lectio Oſeæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus; In tribulatione ſua manè conſurgent ad me, dicentes; Venite, & reuertamur ad Dominum: quia ipſe cępit; & ſanabit nos *&c. vt in Miſſali Rom.*

Lectio ſecunda. Lectio libri Exodi. In diebus illis, Dixit Dominus ad Moyſen & Aaron in terra Aegypti; Menſis iſte vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni *&c. vt in Miſſali Romano, vſque*. Caput cum pedibus eius & inteſtinis vorabitis: & os non comminuetis ex eo. Nec remanebit ex eo quicquam vſque manè: ſi quid reſidui fuerit, igni comburetis. Sic autem comedetis illum: renes veſtros accingetis; calceamenta habebitis in pedibus veſtris, tenentes baculos in manibus: & comedetis feſtinantes: eſt enim Phaſe, ideſt, Tranſitus Domini.

XCI. *Sabbato Sancto. Statio ad S. Iohannem in Lateranum.* 2 *Lectiones omnes ſequentes legantur ſine titulis*.

2. *L.* Omnes iſtæ Lectiones ſine titulo legantur. *V.*

Le-

H.L.O. P.S.V. Sacramentarium Gelaſianum, et Gregorianũ. I. In diebus illis. O.S. 3. L.O. S.V. Sacr. Gelaſianum.

Lectio prima Libri Geneſis. In principio creauit Deus cælum & terram: terra autem erat inanis & vacua *&c. vt in Miſſali Romano.*

Lectio ſecunda Libri Geneſis. I Noe verò cùm quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, Cham & Iaphet. Cumque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent; videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchrę *&c. vt in textu Bibliorum, vſque.* Adhuc enim poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnem ſubſtantiam quam feci, deſuper faciem terræ. Fecit ergo Noe omnia, quæ mandauerat ei Deus. Eratque ſexcentorum annorum, quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram. Ruptique ſunt omnes fontes abyſſi magnæ; & cataractæ cæli apertæ ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem & Cham & Iaphet filij eius, & vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis in arcam; ipſi & omne animal ſecundùm genus ſuum, vniuerſaque iumenta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terram in genere ſuo, cunctumque volatile ſecundùm genus ſuum. Porrò arca ferebatur ſuper aquas: & aquæ præualuerunt nimis ſuper terram. opertique ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo. quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper montes quos operuerat. Conſumataque eſt omnis caro quæ mouebatur ſuper terram, volucrum, animantium, beſtiarum, omniumque reptilium quæ reptant ſuper terram. remanſit autem ſolus Noe, & qui cum eo erant in arca. Obtinuerunt-

* In vigilijs Paſchæ ſecundùm ordinem Gelaſianum duodecim Lectiones legebantur, vt tradit vetuſtus codex ms. relatus à Io: Morino in Appendice ad librum de Pœnitentia pag.54. & liber Sacramentorum Rom. Eccl. editus 1680. licet in hac parte duabus videatur Lectionibus mutilatus, iuxta Gregorianum autem tantummodo quatuor; vt eiuſdem Sacramentaria mss. vetuſtiſſima teſtantur: ſcilicet, prima de Geneſi. *In principio creauit Deus.* ſecunda de Exodo, *Factum eſt autem.* tertia de Iſaia, *Apprehendent ſeptem mulieres.* quarta de Iſaia, *Hæc eſt hæreditas ſeruorum.* quas quatuor & ſolas Lectiones eodem ordine Sabbato Sancto exhibent cod. Palatinus & H. Porro in iſtis duodecim Lectionibus, quæ ad Catechumenorum eadẽ nocte baptizandorum maximè pertinebant, is videtur ordo ſeruatus tum in legendis ex ſacra Hiſtoria vel ex maioribus Prophetis quibuſdã mirabilioribus, quę ſuauiùs audiuntur, quæque in articulis quinque ætatum mundi ſunt conſtituta, aut ad reſurrectionem carnis, baptiſmum, pugnamque cum tentationibus faciunt; quem ordinem pulchrè tradit S. Auguſtinus lib. de catechizandis rudibus: ad quem harum Lectionum Paſchalium rationem expendere, periucundum erit rei ſacræ ſtudioſo Lectori.

tuntque aquę terras centum quinquaginta diebus. Recordatus eſt autem Dominus Deus Noe & qui cum eo erant in arca, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca: adduxit ſpiritum vitæ ſuper terram: & imminutæ ſunt aquæ; & clauſi ſunt fontes abyſſi; & cataractæ cæli: & prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo; reuerſæque ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes; & cœperũt minui centum quinquaginta dies. Requieuit arca menſe ſeptimo, vigeſima & ſeptima die menſis ſuper montes Armeniæ. At verò aquæ ibant & decreſcebant vſque ad decimum menſem. decimo enim menſe, prima die menſis apparuerunt cacumina montium. Cumque tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtram arcæ quam fecerat, dimiſit coruum: qui egrediebatur & non regrediebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram *&c. vt in Miſſali Rom. vſque ad finẽ Lect.*

L. O.S. V. Sacr. Gelaſianum. *Lectio tertia Libri Geneſis*. In diebus illis. Temptauit Deus Abraham, & dixit ad eum; Abraham, Abraham. At ille reſpondit, Adſum *&c. vt in Miſſali Romano.*

H.L.O. P.S.V. Sacr. Gelaſianum & Gregorianũ mſ. *Lectio quarta Libri Exodi*. In diebus illis, Factum eſt in vigilia matutina; & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis *&c. vt in Miſſali Romano, vſque.* Tunc cecinit Moyſes & filij Iſrael carmen hoc Domino, & dixerunt.

Tractus [al.] Canticum. Cantemus Domino.

H.L.P. S.V. Sacr. Gelaſianum, et Gregorianum mſ. *Lectio quinta Iſaiæ Prophetæ*. Hæc eſt hæreditas ſeruorum Domini, & iuſtitia eorũ apud me; dicit Dominus. Omnes ſitientes venite ad aquas; & qui non habetis argentũ, properate & emite, & comedite. Venite & emite *&c. vt in Miſſali Romano. in cod. V. & P. vſque*. Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo: dicit Dominus omnipotens *in cod. verò Lateran. vſque*. Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum; ſed faciet quæcumque volui; & proſperabitur in his ad quæ miſi illud: ait Dominus omnipotens.

[Eadem quinta Lectio ex cod. O.] *Lectio Eſaiæ Prophetæ*. 1 Hæc eſt hæreditas credentibus in Domino: & vos eritis mihi iuſti; dicit Dominus. Qui ſititis, ite ad aquas: & quicumque non habetis argentum, euntes emite, & bibite ſine argento & pretio vinum & adipem. Vt quid adpretiatis argento, & laborem veſtrum non in ſatietatem? Audite me; & manducabitis bona: & delicias habebit in bonis anima veſtra. Intendite auribus veſtris; & ſectamini vias meas: audite me; & viuet in bonis anima veſtra. Et diſponam vobis teſtamentum æternum, ſancta Dauid fidelia. Ecce teſtimonium illum *54. 55. 1. Iuxta veterem editionem LXX. Interpretum.*

lum dedi gentibus ; principem & imperantem gentibus. Gentes quę te ignorant, inuocabunt te: & populi qui te neſciunt, ad te confugiunt : propter Deum Sanctum Iſrael, quia glorificauit te.

Lectio ſexta de Ieremia. Au-
L.O.S.V. di Iſrael mandata vitæ: auribus percipe vt ſcias prudentiam. Quid eſt Iſrael quòd in terra inimicorum es? Inueteraſti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis *&c. vt in Miſſali Romano*.

[*Item Lectio ſexta ex cod. S.*] Le-
31. ctio Ieremiæ Prophetæ. In diebus illis [dixit] Ieremias: Surgite, & aſcendamus ad Dominum Deum noſtrum. Quia hæc dicit Dominus: Exſultate in lætitia Iacob: & hinnite contra caput gentium. Perſonate, canite & dicite; Salua Domine populum tuum, reliquias Iſrael. Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis: & congregabo eos ab extremis terræ *&c. vſque* : Et conuertam luctum eorum in gaudium: & conſolabor eos; & lætificabo eos à dolore ſuo. Et inebriabo animas Sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis meis adimplebitur.

Lectio ſeptima de Ezechiele.
L.O.S.V. In diebus illis, Facta eſt ſuper me manus Domini: & eduxit me in ſpiritu Domini: & dimiſit me in medio campi, qui erat plenus oſſibus; & circumduxit me per ea in girum *&c. vt in Miſſali Romano*.

H.L.O.P.S.V. *Lectio octaua de Iſaia*. 1 Apprę-
1. In diebus illis, S. hēdent ſeptem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem noſtrum comedemus; & veſtimentis noſtris cooperiemur: tantummodò inuocetur nomen tuum ſuper nos *&c. vt in Miſſali Romano*.

Canticum Iſaiæ. Vinea facta eſt Dilecto in cornu, in loco vberi.

Lectio nona Libri Exodi. In diebus illis, Dixit Dominus ad
Moyſen & Aaron in terra Aegy- L.O.V.
pti: Menſis iſte vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuersũ cœtum filiorum Iſrael; & dicite eis: Decima die menſis huius *&c. vt in Miſſali Romano, vſque*. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantùm igni. Caput cum pedibus eius & inteſtinis vorabitis: Et os eius non confringetis: nec remanebit ex eo quicquam vſque manè. ſi quid reſiduum fuerit, igni comburetis. Sic autem comedetis illum: renes accingetis; & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus: & comedetis feſtinanter. Eſt enim Phaſe, id eſt, Tranſitus Domini.

Lectio decima de Iona. In diebus illis, Factũ eſt verbum Domini ad
Ionam filium Amathi dicens: Sur-
ge, & vade in Niniuen ciuita- L.O.S.V.
tem grandem; & prædica in ea: quia aſcendit clamor malitiæ eius coram me. Et ſurrexit Ionas vt fugeret in Tharſis à facie Domini. & deſcendit Ioppen; & inuenit nauem euntem in Tharſis; & dedit naulum eis: & deſcendit in

eam,

eam, vt iret cum eis in Tharſis. Dominus autem miſit ventum magnum in mare; & facta eſt tempeſtas magna in mari. & nauis periclitabatur cõteri. & timuerunt nautæ; & clamauerunt viri ad Dominum Deum ſuum: & miſerunt vaſa quę erant in naui in mare, vt adleuiaretur ab eis. 1 *Incipit cantare*. Et Ionas deſcẽdit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui: & acceſſit ad eum gubernator, & dixit ei; Quid tu ſopore deprimeris? ſurge, inuoca Deum tuũ [*&c. vſque.*] Et præparauit Dominus piſcem grandem, vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad Dominum Deum ſuum de vtero ceti, & dixit. *Oratio Ionę Prophetę.* Clamaui de tribulatione mea ad Dominum; & exaudiuit me. De ventre inferi clamaui; & exaudiſti vocẽ meam. Et proieciſti me in profundum in corde maris *&c.* [*vſque.*] Ego autẽ in voce laudis immolabo tibi: quæcumq; voui, reddam pro ſalute mea Dño. 2 *Hìc incipit legere in ſono primo*. Et dixit Dominus piſci; & euomuit Ionam in aridam. 3 *Hìc mutat ſenſus quaſi lectio*. Et factum eſt verbum Domini ad Ionam Prophetam ſecundò dicens: Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam; & prædica in ea prędicationem quam ego loquor ad te. Et ſurrexit Ionas; & abijt in Niniuen iuxta verbum Domini.

1. ms. S. Rectiùs non hinc, ſed ab Orationis exordio commutanda vox in cantũ.

2 Vatic.

3. S. ſed melius vt in Vatic. paulò ſuperiùs.

Et Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium *&c. vſque*. Et conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus; & reuertatur à furore iræ ſuę: & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt citò de via ſua mala. Et miſertus eſt populo ſuo Dominus Deus noſter. [*al. verò ſic finit.*] Et miſertus eſt Deus ſuper malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

[*Sequitur in cod. S.*] *Incipit cantare.* Et adflictus eſt Iona afflictione magna, & iratus eſt; & orauit ad Dominum, & dixit: Obſecro Domine; nunquid non hoc eſt verbum meum cùm adhuc eſſem in terra mea? propter hoc præoccupaui fugere in Tarſis. Scio enim quia tu clemens & miſericors es, patiens *&c. vſque.* Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt pluſquam cxx. milia hominum, qui neſciunt quid ſit inter dexteram & ſiniſtram ſuam; & iumenta multa?

Lectio vndecima. 4 Lect. Deuteronomij. In diebus illis, Scripſit Moyſes canticum, & docuit filios Iſrael. Præcepitque Ioſue filio Nun, & ait: Confortare & eſto robuſtus: tu enim introduces filios Iſrael in terram, quam pollicitus ſum eis *&c. vt in Miſſali Romano vſque*. Locutus eſt ergo Moyſes audiente vniuerſo cætu filiorum Iſrael verba carminis huius, & ad finem vſque compleuit.

4. L. O. S V. Sacr. Gelaſianum.

Canticum Moyſi. Attende cælum; & loquar.

Lectio duodecima de lib. Danielis.

1.L.O. S.V. Sacr. Gelaſianum. 1 In diebus illis, Nabuchodonoſor Rex fecit ſtatuam auream altitudine cubitorum ſexaginta, & latitudine cubitorum ſex: & ſtatuit eam in campo Duran prouinciæ Babylonis [*&c. vt in textu Bibliorum, vſque.*] Porrò viros illos, qui miſerant Sidrach, Miſach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem Sidrach, Miſach, & Abdenago ceciderunt in medio ignis colligati: & ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum, & benedicentes Dominum. Stantes autem orauerunt ſic; aperienteſque os ſuum in medio ignis, dixerunt.

2 Vat. Hic mutatur ſonum in cantico. S. 2 *Hìc mutatur ſonus in cantu.* Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum; & laudabilis, & glorioſum nomen tuum in ſæcula. Quia iuſtus es in omnibus, quæ feciſti nobis: & vniuerſa opera tua, vera; & viæ tuæ, rectę; & omnia iudicia tua vera: iudicia enim vera feciſti iuxta omnia [*&c. vt in textu Bibliorum vſque.*] Et erue nos in mirabilibus tuis: & da gloriam nomini tuo Domine: & confundantur omnes qui oſtendunt ſeruis tuis mala. Confundantur in omnipotentia tua: & robur eorum conteratur: & ſciant quia tu es Dñus ſolus & glorioſus ſuper orbem terrarum.

3.V.S. 3 *Hìc incipit legere in ſono priore.* Et non ceſſabant qui miſerant eos miniſtri Regis ſuccendere fornacē napta, & ſtuppa, & pice, & malleolis: & effundebatur flāma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem; & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldęis. Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria & ſocijs eius in fornacem: & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem: & non tetigit eos omninò ignis, neque contriſtauit; nec quicquam moleſtię intulit. 4.S.

4 *Hìc canere incipit Clerus cum organis.* Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant, & glorificabant & benedicebant Deum in fornace dicentes. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum; & laudabilis & ſuperexaltatus in ſæcula. Benedicite omnia opera Domini Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite Angeli Domini Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite maria & flumina Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite Sacerdotes Domini Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſęcula. 5.S.

5 *Et reſpondent omnes in Choro*, Amen.] Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicite Anania, Azaria, Miſael Dominum: hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu: hymnum dicimus, & ſuperexaltamus eum in ſæcula. 6.S.addit, Amen.

6 Quo-

Quoniam eripuit nos ab inferis; & de manu mortis liberauit nos. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſæculum
1. S. miſericordia eius. 1 *Poſt iſtã Benedictionẽ incipit legere in priore ſono.* Tunc Nabuchodonoſor Rex obſtupuit: & ſurrexit propere; & ait optimatibus ſuis: Nonne tres viros miſimus in medium ignis compeditos? Qui reſpondentes dixerũt Regi, Vere Rex. Reſpondit Rex & ait; Ecce ego video viros quatuor ſolutos, & ambulantes in medio ignis; & nihil in eis corruptionis eſt: & ſpecies quarti, ſimilis eſt Filio Dei. Tunc Nabuchodonoſor Rex acceſſit ad oſtiũ fornacis ignis ardentis [*&c. vt in textu Bibliorum vſque.*] Tunc Rex promouit Sidrach, Miſach, & Abdenago in prouincia Babylonis. Nabuchodonoſor Rex omnibus populis gentibus & linguis, quæ habitant in vniuerſa terra; pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia apud me fecit Deus excelſus: placuit ergo mihi prædicare ſigna eius, quia magna ſunt; & mirabilia eius, quia fortia; & regnum eius, regnum ſempiternum; & poteſtas eius in generatione & generationem.

Canticum. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea.

Ad Miſſ. Lectio... ad Coloſſenſes. Fratres, Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite *&c. vt in Miſſali Romano.*

XCII. *In die ſancto Paſchæ: Statio ad Sanctam Mariam Maiorem.* Lectio.... ad Corinthios. Fratres; Expurgate vetus fermentũ vt ſitis noua 2 conſperſio; ſicut eſtis azymi *&c. vt in Miſſali Romano.* 2. Conſparſio, Q. S.

XCIII. *Feria ſecunda. Statio ad Sanctum Petrum.* Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Stans Petrus in medio plebis dixit; Viri fratres, vos ſcitis quod factum eſt verbum per vniuerſam Iudæam; incipiens enim à Galilæa poſt baptiſmum quod prædicauit Iohannes, Ieſum à Nazareth *&c. vt in Miſſali Romano.*

XCIV. *Feria tertia. Statio ad S. Paulum.* Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Surgens Paulus, & manu ſilentium indicens, ait; Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt *&c. vt in Miſſali Romano.*

XCV. *Feria quarta. Statio ad S. Laurentium foras murum.* Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Aperiens Petrus os ſuum dixit: Viri Iſrahelitæ, & qui timetis Deum, audite: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus patrum noſtrorum glorificauit filium ſuum Ieſum *&c. vt in Miſſali Romano.*

Digitized by Google

XCVI. *Feria quinta. Statio ad Apoſtolos*. Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Angelus Domini locutus eſt ad Philippum dicens; Surge, & vade contra meridianum *&c. vt in Miſſali Romano vſque*. Et pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis donec veniret Cæſaræam, nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti.

XCVII. *Feria ſexta. Statio ad Sanctam Mariam ad Martyres*. Lectio epiſtolæ Beati Petri Apoſtoli. Chariſſimi, Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis; vt nos offerret Deo *&c. vt in Miſſali Romano vſque*. Per reſurrectionem Ieſu Chriſti, qui eſt in dextera Dei.

XCVIII. *Sabbato. Statio ad Sanctum Iohannem in Lateran.* Lectio epiſtolæ Beati Petri Apoſtoli. Chariſſimi, Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes *&c. vt in Miſſali Romano*.

1. Dominica clauſũ Paſchę. E.

XCIX. 1 *Dominica Octau. Paſchæ. Statio ad Sanctum Pancratium*. Lectio epiſtolæ Beati Iohannis Apoſtoli. Chariſſimi, Omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum. Et hæc eſt victoria quæ vincit mundum; fides noſtra *&c. vt in Miſſali Romano*.

2. *Micrologus cap. 56.*

C. *In Paſcha Annotino*. 2 Lectio Apocalypſis Beati Iohannis Apoſtoli. In diebus illis, Vidi in
5. dextera Dei ſedentis ſuper thronum, librum ſcriptum intus & foris. [*vt infra*.]

O. Lectio ... ad Corinthios. Fratres, Expurgate vetus fermentum. *Require in die ſancto Paſchæ*.

5. L. CI. *Feria quarta*. Lectio Apocalypſis B. Iohannis Apoſtoli. In diebus illis, Vidi in dextera ſedentis ſuper thronum, librum ſcriptum intus & foris *&c. vſque*. Et feciſti nos Deo noſtro regnum & Sacerdotes: & regnabunt in ſæcula ſæculorum.

13. P. *Rabanus in homil.* Lectio ... ad Hebræos. Fratres, Obedite Præpoſitis veſtris; & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant; quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri *&c. vſque*. Faciens in vobis quod placeat coram ſe, per Ieſum Chriſtum: cui gloria in ſæcula ſæculorum. amen.

1. L. CII. *Feria ſexta*. Lectio ... ad Epheſios. Fratres, Non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis: vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater gloriæ *&c. vſque*. Supra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro.

I. 6. P. Lectio : .. ad Timotheum. Chariſſime, Diuitibus huius ſæculi præcipe, non ſublimè ſapere *&c. vſque*. Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia Dei tecum. amen.

13. L. CIII. *Sabbato*. Lectio ... ad He-

Hebræos. Fratres, Obedite Præpoſitis veſtris; & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri *&c. vſque.* Faciens in vobis quod placeat coram ſe, per Ieſum Chriſtum: cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculoum.

CIV. *Dominica ſecunda poſt Paſcha. Statio ad Sanctum Petrum Apoſtolorum Principem.* Lectio epiſtolæ Beati Petri Apoſtoli. Chariſſimi, Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius *&c. vt in Miſſali Romano.*

I. 15. L. CV. *Feria quarta.* Lectio ... ad Corinthios. Fratres, Si Chriſtus prædicatur quòd ſurrexit à mortuis; quomodo quidam dicunt in vobis quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? *&c. vſque.* Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors; & per hominem reſurrectio mortuorum.

I. 1. P. Rabanus in homil. Lectio epiſtolæ B. Petri Apoſtoli. Chariſſimi, Scientes, quòd non corruptibilibus argento vel auro redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati Ieſu Chriſti *&c. vſque.* Quia omnis caro, fœnum; & omnis gloria eius, tamquam flos fœni. Exaruit enim fœnum; & flos decidit. Verbum autem Domini manet in æternum.

CVI. *Feria ſexta.* Lectio ... ad Corinthios. Fratres, Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificabuntur; vnuſquiſque autem in ſuo ordine: primitiæ Chriſtus; deinde ij qui ſunt Chriſti, qui in aduentu eius crediderunt *&c. vſque.* Cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia; tunc & ipſe Filius ſubiectus erit illi qui ſibi ſubiecit omnia; vt ſit Deus omnia in omnibus. I. 15. L.

Lectio ... ad Romanos. Fratres, Certus ſum ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia; itaut poſſitis alterutrum monere *&c. vſque.* Vt fiat oblatio Gentium accepta, ſanctificata in Spiritu Sancto. Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu Domino noſtro. 15. P.

CVII. *Dominica tertia poſt Paſcha.* Lectio epiſtolæ B. Petri Apoſtoli, Chariſſimi obſecro vos, tamquam aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſiderijs *&c. vt in Miſſali Romano.*

CVIII. *Feria quarta.* Lectio ... ad Hebræos. Fratres, Non enim in manufacta Sancta Ieſus introiuit 1 exemplaria verorũ, ſed in ipſum cælum; vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. *&c. vſque.* Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata: ſecundò ſine peccato apparebit exſpectantibus ſe in ſalutem. 9. H. L. 1. Exemplaria verorũ, omitt. L.

Lectio epiſtolæ Beati Iohannis Apo- I. a.

Apoſtoli. Chariſſimi, Hæc ſcribo
P. vobis vt non peccetis: ſed & ſi
Rabanus in homil. quis peccauerit; aduocatum habemus apud Patrem, Dominũ Ieſum Chriſtum iuſtũ *&c. vſque.* Iterum mandatum nouum ſcribo vobis; quod eſt verum & in ipſo & in vobis. Quoniam tenebræ tranſierunt; & lumen verum iam lucet, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

14. H.L. CIX. *Feria ſexta.* Lectio... ad Romanos. Fratres, Nemo noſtrum ſibi viuit; & nemo ſibi morietur. Siue enim viuimus, Domino viuimus: ſiue morimur, Domino morimur *&c. vſque.* Quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo.

2. P. Lectio... ad Coloſſenſes. Fratres, Dico vobis vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum; nam & ſi corpore abſens ſum: ſed ſpiritu vobiſcum ſum *&c. vſque.* In ipſo ambulate, radicati & ſuperædificati in ipſo, & confirmati in fide; ſicut & didiciſtis.

CX. *Dominica quarta poſt Paſcha.* Lectio epiſtolæ Beati Iacobi Apoſtoli. Chariſſimi, Omne datum optimum & omne donum perfectum, deſurſum eſt; deſcendens à Patre luminum *&c. vt in Miſſali Romano.*

1.5. H.L.P. CXI. *Feria quarta.* Lectio... ad Theſſalonicenſes. Fratres, Omnes vos filij lucis eſtis, & filij diei, nõ ſumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus, Rabanus in homil.
ſicut & cęteri: ſed vigilemus & ſobrij ſimus *&c. vſque.* Vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus; ſimul cum illo viuamus. Propter quod conſolamini inuicem, & ædificate alterutrum, ſicut & facitis: in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Feria ſexta. Lectio... ad Coloſſenſes. Fratres, Gratias agentes 1. H.L.
Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum: & tranſtulit in regnum Filij dilectionis ſuæ *&c. vſque.* Et per eum reconciliari omnia in ipſum; pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt.

Lectio... ad Theſſalonicenſes. 1.5. P.
Fratres, De temporibus & momentis non indigetis vt ſcribamus vobis: ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet *&c. vſque.* Omnes enim vos filij lucis eſtis & filij diei.

CXII. *Dominica quinta poſt Paſcha.* Lectio epiſtolæ B. Iacobi Apoſtoli. Chariſſimi, Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes voſmetipſos *&c. vt in Miſſali Romano.*

CXIII. 1 *In diebus Litaniarum.* 1. In Letania maiori vel minori. P. L. P.
Lectio epiſtolæ B. Iacobi Apoſtoli. Chariſſimi, Confitemini alterutrum peccata veſtra: & orate pro inuicem *&c. vt in Miſſ. Rom. vſque.*

Sal.

Saluabit animam eius à morte; & operit multitudinem peccatorum.

I.2. H.L. Lectio . . . ad Timotheum. Chariſſime, Obſecro primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus *&c. vſq.* Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus: cuius teſtimonium confirmatum eſt temporibus.

I.5. O.S. *In tribus Litanijs ante Aſcenſ. Domini. In primo die*. Lectio epiſtolæ B. Petri Apoſtoli. Chariſſimi, Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis *&c. vſque*. Ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque. ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. amen.

I.3. O.S. *In die ſecundo*. Lectio epiſtolæ Beati Petri Apoſtoli. Chariſſimi, Omnes vnanimes in oratione eſtote, compatientes, fraternitatis amatores *&c. vſque*. Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris.

22. O.S. *In tertio die*. Lectio Hieremiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus. Facite iudicium, & iuſtitiam: & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris *&c. vſque*. Et aſcendentes currus & equos; ipſi, & ſerui, & populus eorum: ait Dominus omnipotens.

4. L. CXIV. *In Vigilia Aſcenſionis Domini*. Lectio Actuum Apoſtolorum. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, eſſe aliquid ſuum dicebat *&c. vſque*. Diuidebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat.

[*Superiori Lectioni in cod. Later. in margine adſcribitur*, Vacat. *itemque*, Epiſtola Vnicuique data eſt gratia. Require in Comm. Apoſtolorum.]

Lectio . . . ad Epheſios. Fratres, Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti *&c. vſque*. In menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. 4. *H.L.P. Rabanus in homil.*

Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Receperunt Iudæi ſermonem Domini noſtri Ieſu Chriſti; & baptizati ſunt: & appoſitę ſunt in illa die animę circiter tria milia. Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione in fractione panis *&c. vſque*. Et frangentes circa domos panes, ſumebant cibum cum exſultatione & ſimplicitate cordis collaudentes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. 2. S.

CXV. *In die Aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Statio ad Sanctum Petrum Apoſtolorum Principem*. Lectio Actuum Apoſtolorum. Primum quidem ſermonem feci de omnibus ò Theophile, quæ cœpit Ieſus facere & docere *&c. vt in Miſſali Romano*. 1. *Hæc in ſolo cod. Later. exſtant.*

1 *Feria ſexta, & per Octauam præterquam in Dominica, in Miſſa de Aſcenſione*

Digitized by Google

ſione Domini dicitur epiſtola ſupraſcripta, ſcilicet Primum quidem *&c.*

10. *L.* CXVI. *Feria ſexta.* Lectio ... ad Romanos. Fratres, Finis enim Legis, Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Moyſes ſcripſit, quoniam iuſtitiam quæ ex lege eſt qui fecerit homo, viuet in ea *&c. vſque.* Quia ſi confitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quia Deus ſuſcitauit illum ex mortuis; ſaluus eris.

[*Superiori Lectioni in cod. Lateranen. in margine adnotatur:* Vacat quia non eſt * ſecundùm Curiam.]

4. *P.* * Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Nec quiſquã eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia *&c. vſque.* Quotquot enim poſſeſſores domorum aut agrorum erant, vendentes, afferebant precia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum. Diuidebant autem ſingulis, prout cuique opus erat.

CXVII. *Dominica poſt Aſcenſionem Domini.* Lectio epiſtolæ Beati Petri Apoſtoli. Chariſſimi, Eſtote prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis *&c. vt in Miſſali Romano.*

CXVIII. *Feria quarta.* Lectio ... ad Hebræos. Fratres Vidimus Ieſum Chriſtum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum; vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem. *&c. in cod. P. vſque.* In eo enim in quo paſſus eſt ipſe, & tentatus; potens eſt & eis qui tentãtur, auxiliari Ieſus Chriſtus Dominus noſter. *in cod. verò L. & H. vſq.* Vnde fratres ſancti vocationis celeſtis participes, conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. 2. *H.L.P. Rabanus in homil.*

[*Et Lectioni ſupraſcriptæ in cod. Lateran. adnotatur in margine.* Vacat quia non legitur ſecundùm Curiam.]

CXIX. *Feria ſexta.* Lectio ... ad Epheſios. Fratres, Deus qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos: & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto *&c. vſque.* Vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos: in Chriſto Ieſu Domino noſtro. 2. *L.*

[*Prædictæ Lectioni in cod. Lateran. præfigitur hac nota:* Vacat quia non ſecundùm Curiam.]

Lectio ... ad Corinthios. Fratres, Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. I. 7. *P.*

Seruus

* De ratione diſcriminis inter officia Romanæ Eccleſiæ, atq; Romanæ Curiæ, videndus Radulphus lib de Canonum obſeruantia prop. 22. Petruſq Abaelardus epiſt quinta, quæ eſt ad S Bernardum; vbi de diuerſo meminit ritu Baſilicæ Lateranenſis & Baſilicæ ſacri Palatij Papæ.

Digitized by Google

Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ *&c. vſque.* Nolite fieri ſerui hominum. Vnuſquiſque In quo vocatus eſt frater, in hoc permaneat apud Deum.

CXX. [*Ex Antiphonario ms. Bibliothecæ Angelicæ in Vrbe.*] *Sabbato in Vigilijs Pentecoſten.*

Lectio prima. In principio.

Secunda. Tentauit Deus.

Tertia. Factum eſt in vigilia. *ſequitur canticum*, Cantemus Domino.

Quarta Lectio. Scripſit Moyſes. *ſequitur canticum*, Attende cælum.

Quinta Lectio. Apprehendent. *ſequitur canticum*, Vinea facta eſt.

Sexta Lectio. Audi Iſrael. *ſequitur canticum*, Sicut cedrus.

[*Ex cod. Lateranenſi.*] *Sabbato Pentecoſtes.*

Lectio prima. In diebus illis, Tentauit.

Lectio ſecunda. In diebus illis, Factum eſt in vigilia matutina.

Lectio tertia. In diebus illis, Scripſit Moyſes canticum.

Lectio quarta. Apprehendent ſeptem mulieres.

Lectio quinta. Audi Iſrael.

Lectio ſexta. Facta eſt ſuper me manus Domini.

[*Ex cod. Vaticano.*] *In Sabbato ſancto Pentecoſten. Prophetiæ iſtæ leguntur cum titulo, quas in Sabbato ſancto Paſchæ inuenies.*

Lectio prima. Tentauit Deus Abraham.

Lectio ſecunda. Factum eſt in vigilia. *Tractus.* Cantemus Domino.

Lectio tertia. Hæc eſt hæreditas.

Lectio quarta. Apprehendent ſeptem mulieres. *Tractus.* Vinea facta eſt.

Lectio quinta. Audi Iſrael mandata.

Lectio ſexta. Scripſit Moyſes canticum. *Require in Sabbato Sancto Paſchæ. Tractus.* Attende cælum.

[*Ex cod. Palatino, & Sacramentarijs genuinis mss.* S. *Gregorij.*] *In Sabbato ſancto Pentecoſten.*

Lectio prima. In diebus illis, Tentauit Deus Abraham; & dixit ad eum *&c. vſque.* Abieruntque Berſabee ſimul; & habitauit ibi.

Lectio ſecunda. In diebus illis, Scripſit Moyſes canticum; & docuit filios Iſrael *&c. vſque.* Verba carminis huius; & ad finem vſque compleuit.

Lectio tertia. Apprehendent ſeptem mulieres. *Require in Sabbato ſancto Paſchæ.*

Lectio quarta. Audi Iſrael mandata vitæ: auribus percipe, vt ſcias prudentiam. Quid eſt Iſrael, quòd in terra inimicorum es? *&c. vſque.* Et cum hominibus conuerſatus eſt.

[*Ex codice Oratorij.*] *In die Sabbato in Vigilijs Pentecoſten ante diſcenſum Fontis.*

Lectio prima. Lectio libri Geneſis. In diebus illis, Tentauit Deus

Abraham, & dixit ad eum *&c.* *vſque*. Reuerſus eſt Abraham ad pueros ſuos: abieruntque Berſabee ſimul; & habitauit ibi.

Lectio ſecunda. Lectio libri Deuteronomij. In diebus illis, Scripſit Moyſes canticum: & docuit filios Iſrael: præcepitque Ioſue filio Nun *&c. vſque*. Locutus eſt ergo Moyſes audiente vniuerſo cœtu Iſrael verba carminis huius; & ad finem vſque compleuit.

Lectio tertia. Lectio Abbacuc Prophetæ. Gaudens gaudebo in Deo ſalutari meo. Domine Deus virtus mea. Domine audiui auditionem tuam; & timui. Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud. Domine Deus virtus mea. In medio annorũ notum facies: cùm iratus fueris, miſericordiam recordaberis. Domine Deus virtus mea. Deus ab auſtro veniet; & Sanctus de monte vmbroſo. Domine Deus virtus mea. Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius. Domine Deus virtus mea. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum, iuramenti tribubus, quę locutus es. Domine Deus virtus mea. Egreſſus es in ſalute populi tui, in ſalute cum Chriſto tuo. Domine Deus virtus mea. Viam feciſti in mare equis tuis, in luto aquarum multarum. Domine Deus virtus mea. Deus Dominus, fortitudo mea; & ponet pedes meos quaſi ceruorum; & ſuper excelſa mea deducet me Victor in pſalmis canentem. Gaudebo in Deo ſalutari meo. Domine Deus, virtus mea.

Lectio quarta. Lectio Iſaiæ Prophetæ. In diebus illis, Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum in die illa dicentes *&c. vſque*. Et in ſecuritate, & abſconſione à turbine & à pluuia.

Vinea Domini ſpecioſa facta eſt. Cantabo nunc Dilecto canticũ dilectæ vineæ meæ. Vinea facta eſt dilecta in cornu, in loco vberi: & ædificauit turrem in medio eius; & torcular fodi in ea; & macheria circumdedi; & circumfodi, & plantaui vineam ſorech. Nunc homo qui habitas in Hieruſalem, iudica inter me & vineam meam: debuerat enim facere vuas; fecit autem ſpinas. Suſtinui vt faceret iuſtitiam; fecit autem iniquitatem. Diruam maceriam eius: & non plantabitur neque fodietur. Væ qui coniungitis domum ad domum; & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci. Nunquid habitabitis ſoli vos in medio terræ? in auribus meis ſunt, hæc dicit Dominus exercituum. Vinea Domini ſpecioſa.

Lectio quinta. Lectio Hieremiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus: Audi Iſrael mandata vitæ: auribus percipe vt diſcas prudentiam. Quid eſt Iſrael, quòd in terra inimicorum es? inueteratus es in terra aliena: contaminatus es cum

his

his qui in inferno ſunt: reliquiſti enim fontem ſapientiæ: Viam autem Domini ſi ambulaſſes, habitaſſes vtique in pace ſuper terram. Diſce vbi ſit ſapientia; vbi ſit virtus; & vbi ſit prudentia: vt ſcias ſimul vbi ſit longiturna vita & victus; vbi eſt lumen oculorum & pax. Quis inuenit locum eius? & quis introiuit in theſauros eius? Vbi ſunt principes gentium, & qui dominantur beſtijs quæ ſunt ſuper terram; qui in auibus cæli ludunt; qui argentum theſaurizant & aurum, in quo confidunt homines: & non eſt finis poſſeſſionis eorum; qui argentum fabricant & ſolliciti ſunt; & non eſt adinuentio operum illorum? Exterminati ſunt; & ad inferos deſcenderunt: & alij in locum eorum ſurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen; & habitauerunt ſuper terram: viam autem diſciplinæ neſcierunt; nec intellexerunt ſemitas eius; neque ſuſceperunt eam filij eorum: à vijs eius longè facti ſunt. Nõ eſt audita in Chanaan; neque viſa in Theman Filij quoque Agar qui exquiſierunt prudentiam quæ de terra eſt, negotiantes terræ & Theman, & fabulatores & exquiſitores prudentiæ & intelligentiæ, viam autem ſapientiæ neſcierunt; nec recordati ſunt ſemitas eius. O Iſrael quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius! Magnus eſt; & non habens finem; & excelſus & immenſus. Vbi fuerunt gigãtes nominati illi qui ab initio fuerunt ſtatura magna, docti in prælium? Non eos elegit Dominus; neque viam diſciplinæ dedit illis: & perierunt propter quòd non habuerunt prudentiam: perierunt propter inconſiderantiã ſuã. Qui aſcendit in cælum; & accepit eam; & eduxit eam à nubibus? Quis tranſiuit contra mare; & inuenit eam; 1 & aſportauit eã auro electo? Non eſt qui nouerit viam eius; neque qui cogitet ſemitas eius: ſed qui nouit omnia, cognoſcit eam; & adinuenit prudentia ſua: qui fabricauit terram in ſempiternum; & adimpleuit eam pecudibus: qui emittit lumen, & vadit; vocat eam, & audiunt eum in timore. Stellæ autem lumen dederunt in cuſtodijs ſuis; & lætatæ ſunt. Vocauit eas; & dixerunt, Adſumus: & luxerunt cum iucunditate qui fecit eas. Hic eſt Deus noſter: & non æſtimabitur alius aduersùs eum: adinuenit omnem viam diſciplinæ; & dedit eam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Et poſt hæc ſuper terram viſus eſt; & cum hominibus conuerſatus eſt Dominus Ieſus Chriſtus.

1. Et aſportabit.

Lectio ſexta. Lectio libri Exodi. In diebus illis, Factum eſt autem in vigilia matutina; & ecce reſpiciens Dominus *&c. vſque.* Tunc cecinit Moyſes & filij Iſrael carmen hoc Domino, & dixerunt.

Cantemus Domino; glorioſè enim honorificatus eſt; equum &

aſcenſorem deiecit in mare. Fortitudo mea & laus mea Dominus: & factus eſt mihi in ſalutẽ. Cantemus Domino. Iſte Deus meus; & glorificabo eum: Deus patris mei; & exaltabo eum. Cantemus Domino. Dominus, quaſi vir pugnator; omnipotens nomen eius. Cantemus Domino. Electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro. Cantemus Domino. Dominus regnauit in æternum & vltra. Cantemus Domino. Filij autem Iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio eius. Cantemus Domino. Sumpſit ergo Maria Propheteſſa ſoror Aaron tympanum in manum: egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris: quibus præcinebat dicens: Cantemus Domino: glorioſè enim honorificatus eſt; equum & aſcenſorem deiecit in mare.

Ad Miſſ. Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Cùm Apollo eſſet Corinthi; & Paulus peragratis ſuperioribus partibus, veniret Epheſum; & inueniret quoſdam diſcipulos: dixitque ad eos; Si Spiritum Sanctum accepiſtis credentes? *&c. vt in Miſſali Romano.*

1. Pariter in Hieruſalem: & factus eſt S.c.O.

CXXI. *In Dominica die Pentecoſtes. Statio ad S. Petrum Principem Apoſtolorum.* Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Cùm complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes diſcipuli 1 pariter in eodem loco: & factus eſt repente de cælo ſonus *&c. vt in Miſſali Romano.*

CXXII. *Feria ſecunda. Statio ad S. Petrum ad Vincula.* Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Aperiens Petrus os ſuum, dixit: Viri fratres nobis præcepit Dominus prædicare populo, & teſtificari quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt à Deo Iudex viuorum & mortuorum *&c. vt in Miſſali Romano vſque.* Et iuſſit eos baptizari in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

CXXIII. *Feria tertia. Statio ad S. Anaſtaſiam.* Lectio Actuũ Apoſtolorum. In diebus illis, Cùm audiſſent Apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quia recepit Samaria verbum Dei: miſerunt ad eos Petrum & Iohannem *&c. vt in Miſſali Romano.*

CXXIV. *Feria quarta. Statio ad S. Mariam ad Præſepe.* Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Stans Petrus cum vndecim, leuauit vocem ſuam; & locutus eſt eis. Viri Iudæi, & qui habitatis Hieruſalem vniuerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus percipite verba mea: non enim ſicut vos æſtimatis *&c. vt in Miſſali Rom.*

O.S.V. Rabanus in homil.

2 *Miſſa ad Nonam in ieiunijs quatuor Temporum.* 2. V.

Lectio prima. Lectio libri Sapientiæ. In diebus illis, Dixit Salomon filijs Iſrael: Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram: H.O.P. S.V.

ſen-

ſentite de Domino in bonita-
te: & in ſimplicitate cordis
quærite illum *&c. vſque*. Quo-
niam renum illius teſtis eſt Deus;
& cordis eius ſcrutator eſt verus:
& linguæ illius auditor: quoniam
Spiritus Domini repleuit orbem
terrarum: & hoc quod continet
omnia, ſcientiam habet vocis.

Al. Lectio prima. Lectio Actuum
Apoſtolorum. In diebus illis,
Stans Petrus cum vndecim, leuauit
E.L.P. vocem ſuum & dixit: Viri Iudæi
& qui habitatis Ieruſalem vniuerſi
&c. vt ſupra.

Lectio ſecunda. Lectio Iſaiæ Pro-
phetę. Hæc dicit Dominus Deus;
44. E.P.S. V. Audi Iacob ſerue meus, & Iſrael
quem elegi, faciens & formans te;
ab vtero auxiliator tuus: quia
ego ſum qui deleo iniquitates
tuas propter me; & peccatorum
tuorum non recordabor. Reduc
me in memoriam, vt iudicemur
ſimul: dic ſi quid habes, vt iuſtifice-
ris: noli timere ſerue meus Iacob,
& rectiſſime quem elegi. Effun-
dam enim aquam ſuper ſitientem;
& fluenta ſuper aridam: Effundam
1. Sanctum tuum. V. de ſpiritu meo ſuper 1 ſemen tuũ,
& benedictionem meam ſuper ge-
nerationem tuam: dicit Dominus
omnipotens.

Alia Lectio ſecunda. In diebus
H.L.P. illis, Per manus autem Apoſto-
lorum fiebant ſigna & prodigia
multa in plebe *&c. vt in Miſſali
Romano.*

CXXV. *Feria quinta. Statio
ad SS. Apoſtolos.* Lectio Actuum
Apoſtolorum. In diebus illis, Phi-
lippus deſcendens in ciuitatem
Samariæ, prædicabat illis *&c.
vt in Miſſali Romano, vſque.*
Multi autem paralytici & claudi
curati ſunt. Factum eſt ergo ma-
gnum gaudium in illa ciuitate.

CXXVI. *Feria ſexta. Statio ad
ad S. Iohannem & Paulum.* Lectio 44
Actuum Apoſtolorum. In diebus
illis, Aperiens Petrus os ſuum, di-
xit: Viri Iſrahelitæ, audite verba E.H.P. Rabanus in homil.
hæc. Ieſum Nazarenum, virum
approbatum à Deo in vobis vir-
tutibus, & prodigijs, & ſignis, quę
fecit per illum Deus in medio
veſtri: ſicut vos ſcitis *&c. vſque*.
Quoniam non derelinques ani-
mam meam in inferno: neque da-
bis Sanctum tuum videre corru-
ptionem: notas mihi feciſti vias
vitæ: replebis me iocunditate cum
facie tua.

Ad Apoſtolos. Lectio Actuum
Apoſtolorum. In diebus illis, 13. Q.
Conuenit vniuerſa ciuitas audire
verbum Domini: videntes autem
turbas Iudæi, repleti ſunt zelo *&c.
vſque*. Diſcipuli autem repleban-
tur gaudio; & Spiritu Sancto.

2 *Item ad Miſſam in hora nona
pro ieiunio quatuor Temporum.* 2.V.

Lectio Iohelis Prophetæ. Hæc L.O.P. S.V.
dicit 3 Dñs Exſultate filij Sion;
& lętamini in Domino Deo ve-
ſtro: quia dedit vobis doctorem 3. Dominus Deus.
iuſtitiæ; & deſcendere faciet ad
vos imbrem matutinum & ſeroti- O.P.V.
num

Digitized by Google

num *&c. vt in Miſſali Romano vſque*. Et ſcietis quia in medio veſtri ego ſum. ego Dominus Deus veſter; & non eſt amplius: & non confundetur populus meus in ſempiternum: ait Dominus omnipotens.

CXXVII. *Sabbato.* Lectio Actuũ Apoſtolorum. In diebus illis, Conuenit vniuerſa ciuitas audire verbum Domini. Videntes autem turbas Iudæi, repleti ſunt zelo: & contradicebant his quę à Paulo dicebantur blaſphemantes *&c. vſque*. At illi excuſſo puluere pedum in eos, venerunt Iconium. Diſcipuli autem replebantur gaudio & Spiritu Sancto.

11. P.S. *Rabanus in homil.*

Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna; & prodigia multa in plebe *&c. vſque*. Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit; Ite, & ſtantes loquimini in Templo plebi omnia verba vitæ huius.

5. O.

1. V. *Sabbato in duodecim Lectiones. Statio ad ſanctum Petrum Apoſtolum. & pro ieiunijs quatuor Temporum quinque Lectiones leguntur.*

Lectio prima. Lectio Iohelis Prophetæ. Hæc dicit Dominus Deus: Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem: & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ *&c. vt in Miſſali Romano.*

H.L.O. P.S.V.

Lectio ſecunda. Lectio libri Leuitici. In diebus illis, Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos; Cùm ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem; feretis manipulos ſpicarum *&c. vt in Miſſali Romano vſque*. Legitimum ſempiternum erit, in cunctis habitaculis & generationibus veſtris: ait Dominus omnipotens.

H.L.O. P.S.V.

Lectio tertia. Lectio libri Deuteronomij. In diebus illis, Dixit Moyſes filijs Iſrael: Audi Iſrael, quæ ego præcipio tibi hodie. Cùm intraueris terram, quam Dominus Deus tuus tibi daturus eſt poſſidendam; & obtinueris eam *&c. vt in Miſſali Romano.*

L.O.P. S.V.

Al. Lectio tertia. Lectio libri Deuteronomij. In diebus illis, Dixit Moyſes ad filios Iſrael: ſeptem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in ſegetem miſeris: & celebrabis diem feſtum hebdomadarum *&c. vſque*. Benedicetque Dominus Deus tuus cunctis frugibus tuis & in omni opere manuum tuarum eriſque in lætitia: dicit Dominus omnipotens.

16. H.

Lectio quarta. Lectio libri Leuitici. In diebus illis, Dixit Dominus ad Moyſen; Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea; dabo vobis pluuias temporibus ſuis: & terra gignet germen ſuum; & pomis arbores replebuntur *&c. vt in Miſſali Romano vſque*. Ambulabo inter vos; & ero veſter Deus: voſque eritis popu-

H.L.O. P.S.V.

populus meus: dicit Dominus omnipotens.

I.O. I *Hic legitur Daniel.*

Lectio quinta. Angelus Domini

H.L.O. deſcendit. *Require Sabbato menſis*

P.S.V. *primi.*

* * Lectio... ad Romanos. Fratres, Iuſtificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: *&c. vt in Miſſali Romano.* L.O.P. S.V.

H. Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Conuenit vniuerſa ciuitas *&c. vt ſupra pag. 62.*

4. CXXVIII. *Dominica in Octau. Pẽtecoſtes.* Lectio libri Apocalypſis Beati Iohannis Apoſtoli. In diebus illis, Vidi oſtium apertum in cælo: & vox prima quam audiui, tamquam tubæ loquentis mecum, dicens: Aſcende huc; & oſtendam tibi quæ oportet fieri poſt hæc. Et ſtatim fui in ſpiritu: & ecce ſedes poſita erat in cælo; & ſupra ſedem ſedens *&c. vſque.* Et cùm darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem Sedenti ſuper thronum, viuenti in ſæcula ſæculorum; procidebant vigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno; & adorabant viuentem in ſæcula ſæculorum. amen. E.H.O. P.S. *Rabanus in homil.*

CXXIX. *Feria quarta.* Lectio... ad Corinthios. Fratres, Si Chriſtus prædicatur quòd reſurrexit à mortuis; quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? *&c. in eod. P. vſque.* Et ſicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificabuntur: vnuſquiſque autem in ſuo ordine per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. *apud. Rabanum autem vſque.* Primitię Chriſtus; deinde qui ſunt Chriſti, qui in aduentu eius crediderunt. I.15. P. *Rabanus in homil.*

Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis: Reſpondens autem Petrus, & Apoſtoli dixerũt ad plebem. Obedire oportet Deo: magis quam hominibus; Deus patrum noſtrorum ſuſcitauit Ieſum; quem vos quidem interemiſtis: ſuſpendentes in ligno *&c. vſque.* Omni autem die non ceſſabant in templo & circa domos docentes & euangelizantes Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. 5. H.

CXXX. *In Feſto Corporis Chriſti.* Lectio... ad Corinthios. Fratres, Ego enim accepi à Domino, quòd & tradidi vobis; quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ *&c. vſq;* I.11. H.L.

Qui

* In Ord. Rom. ms. Vallicellano Miſſæ huius Sabbati in xij. Lection. incidentis quidem in dies Octauarum Penteceoſtes lectio de Actibus Apoſtolorum *Conuenit vniuerſa ciuitas* vt ſupra; incidentis verò poſt Octauas, hæc epiſtola ad Romanos *Iuſtificati* adſcribitur. id quod ad eum morem refertur, qui aliquando ſeruatus eſt, vt ante ſecundam menſis Iunij hebdomadam ieiuniũ menſis Quarti non celebraretur: qua de re præter Rabanum, Bernonem, Micrologum &c. diuerſa præſertim Germaniæ Concilia conſulenda.

Digitized by Google

Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit; non diiudicans corpus Domini.

CXXXI. *Feria ſexta.* Lectio . . . ad Theſſalonicenſes. Fratres, Di
II.2. P. co vobis, adhuc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui *&c. vſque.* In qua vocauit vos per euangelium noſtrum in acquiſitionem gloriæ Domini noſtri.

[*Ordo Dominicarum à Dominica poſt Dominicam Octauarum Pentecoſtes vſque ad Aduentum Domini, ex cod. E. Baſilicæ S. Mariæ Maioris.*]

CXXXII. *Domin. I. poſt Pentec.*
8. Lectio . . . ad Romanos. Fratres,
O. Exiſtimo enim quòd non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis *&c. vſque.* Et ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei exſpectantes, redemptionem corporis noſtri: in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

CXXXIII. *Domin. II. poſt Pentec.*
5. Lectio . . . ad Romanos. Fratres,
O. Cùm adhuc infirmi eſſemus ſecundùm tempus, Chriſtus pro impijs mortuus eſt: vix enim pro iuſto quis moritur *&c. vſque.* Si enim vnius delicto multi mortui ſunt: multò magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit.

CXXXIV. *Domin. III. poſt Pentec.*
5. Lectio . . . ad Romanos. Fratres, Sicut per vnius hominis delictum in omnes homines in condemnatione; ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iniuſtificationē vitæ *&c. vſque.* Vt ſicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam: per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. 6.

CXXXV. *Dominica IV. poſt Pentecoſten.* Lectio Epiſtolæ B. Iohannis Apoſtoli. Chariſſimi, Nolite mirari ſi odit vos mundus; nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam *&c. vſq;* Filioli mei non diligamus verbo neque lingua, ſed opere & veritate. I.3.

CXXXVI. *Domin. V. poſt Pentec.* Lectio epiſtolæ B. Petri Apoſtoli. Chariſſimi, Humiliamini ſub potenti manu Dei; vt vos exaltet in tempore tribulationis *&c. vſque.* Ipſe perficiet, confirmabit ſolidabitque. ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. I.5.

CXXXVII. *Dominica I. poſt tale Apoſtolorum.*

CXXXVIII. *Dominica II. poſt Natale Apoſtolorum.* Lectio . . . . .
ad Romanos. Fratres, Qui- 6.
cumque baptizati ſumus in Chri- *Hanc*
ſto Ieſu, in morte ipſius bapti- *epiſt. O.*
zati ſumus *&c. vſque.* Ita & *adſcribit Do-*
vos exiſtimate mortuos quidem *minicæ*
eſſe peccato, viuentes autem Deo: *IV. poſt*
in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *Pentecoſten.*

CXXXIX. *Dominica III. poſt Natale Apoſtolorum.* Lectio . . . . . ad Romanos. Fratres, Hu- 6.

Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ *&c. vſque*. Stipendia enim peccati mors: gratia autem Dei, vita æterna.

CXL. *Domin: IV. poſt Natale Apoſtolorũ.* Lectio .. ad Romanos. Fratres, Debitores ſumus, non carni, vt ſecundùm carnem viuamus *&c. vſque*. Si autem filij; & hæredes: hæredes quidem Dei, cohęredes autem Chriſti.

CXLI. *Domin. V. poſt Natale Apoſtolorum.* Lectio ... ad Corinthios. Fratres, Fiduciam talem habemus per Chriſtum ad Deum; non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis *&c. vſque*. Multo magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria.

CXLII. *Domin. I. poſt S. Laurentiũ.* Lectio .. ad Romanos. Fratres, Non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt *&c. vſque*. Sed faciet cum tentatione etiam prouentum vt poſſitis ſuſtinere.

CXLIII. *Domin. II. poſt* S. *Laurentium.* Lectio .. ad Corinthios. Fratres, Scimus enim quoniã ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur *&c. vſque*. Spero enim & in conſcientijs veſtris maniſeſtos nos eſſe per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

CXLIV. *Domin. III. poſt S. Laurentium.* Lectio ... ad Galatas. Fratres, Abrahæ dictę ſunt promiſſiones & ſemini eius *&c. vſque*. Sed concluſit Scriptura omnia ſub peccato; vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.

CXLV. *Domin. IV. poſt S. Laurentium.* Lectio .. ad Galatas. Fratres, Spiritu ambulate; & deſideria carnis non perficietis: caro enim cõcupiſcit aduersùs ſpiritũ *&c. vſq;* Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.

CXLVI. *Domin. V. poſt S. Laurentiũ.* Lectio .. ad Galatas. Fratres, Si ſpiritu viuimus; ſpiritu & ambulemus: non efficiamur inanis gloriæ cupidi *&c. vſque*. Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos Fidei.

CXLVII. *Domin. VI. poſt S. Laurentium.* Lectio ... ad Epheſios. Fratres, Obſecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra *&c. vſque*. Ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu in omnes generationes ſæculi ſæculorum. amen.

CXLVIII. *Domin. Vacat.* [*idest quę ſequitur ieiuniũ menſis Septimi.*] Lectio .. ad Epheſios. Fratres, Obſecro vos ego vinctus in Dño vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis *&c. vſque*. Et in omnibus nobis: qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. amen.

CXLIX. *Domin. I. poſt S. Angelum.* Lectio ... ad Corinthios. Fratres, Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu *&c. vſque*.

Digitized by Google

In die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti.

CL. *Domin. II. poſt S. Angelum.* Lectio . i . ad Epheſios . Fratres, Renouamini ſpiritu mentis veſtræ: & induite nouum hominem qui ſecundùm Deum creatus eſt *&c. vſque*. Vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.

CLI. *Domin. III. poſt S. Angelum.* Lectio . . ad Epheſios. Fratres, Videte itaque quomodo cautè ambuletis; non quaſi inſipientes, ſed quaſi ſapientes *&c. vſque*. Subiecti inuicem in [illegible] Chriſti.

CLII. *Dominica IV. poſt S. Angelum.*

CLIII. *Dominica V. poſt S. Angelum.*

CLIV. *Dominica VI. poſt S. Angelum.*

CLV. *Dominica VII. poſt S. Angelum.* Lectio . . . ad Coloſſenſes. Fratres, Mortificate igitur membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram *&c. vſque*. Barbarus & Scyta, ſeruus & liber: ſed omnia & in omnibus Chriſtus.

CLVI. *Dominica VIII. poſt S. Angelum.* Lectio . . . ad Coloſſenſes. Fratres, Induite vos ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem *&c. vſque*. Omnia in nomine Domini Ieſu; gratias agentes Deo & Patri per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

CLVII. *Dominica prima poſt Pentecoſten.* Lectio epiſtolæ B. Iohannis Apoſtoli. Chariſſimi, Deus *H.L.P.* charitas eſt. In hoc apparuit cha- *Rabanus in* ritas Dei in nobis; quoniam Fi- *homil.* lium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. *&c. vt in Miſſali Romano.*

Lectio . . . . ad Romanos. Fratres, Exiſtimo enim quod non ſunt condignæ paſſiones huius *V.* tempo[illegible] *&c. vt in Miſſali Romano Dominica* 4.

CLVIII. *Feria quarta.* Lectio 5.
Actuum Apoſtolorum. In diebus *L.*
Lectio libri Sapientiæ. Dedit Dominus confeſſionem Sancto ſuo; & excelſo in verbo glorię. De omni corde ſuo laudauit Dominum; & dilexit eum qui fecit illum: & dedit illi contra inimicos potentiam. Et ſtare fecit cantores contra altare: & in ſono eorum dulces fecit modulos. Et dedit in celebrationibus decus: & ornauit tempora vſque ad conſūmationem vitæ. 1 [vt laudarent nomen ſanctum Domini; & amplificarent manè Dei ſanctitatem.] Chriſtus purgauit peccata ipſius: & exaltauit in æternum cornu eius. Eccli. 47. L.P. V. 1. Hæc vncis incluſa ſolus habet V.

24. Sapientia laudabit animam ſuam: & in Deo honorabitur: & in medio populi ſui gloriabitur. Et in Eccleſijs Altiſſimi aperiet os ſuum: & in conſpectu virtutis illius gloriabitur. In medio populi ſui exaltabitur: & in plenitudine ſancta admirabitur: & in multitudine electorum habebit laudem: & inter benedictos benedicetur.

2. P. Lectio Malachię Prophetæ. Scietis quia miſi ad vos mandatū iſtud, vt eſſet pactum meum cū Leui, dicit Dominus exercituum. Pactum meum

'um fuit cum eo vitæ & pacis. ... dedi ei timorē: & timuit me; & à facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius;& iniquitas non eſt inuenta in labijs eius. In pace & in æquitate ambulauit mecum: & multos auertit ab iniquitate. labia enim Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam; & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum eſt.

Lectio epiſtolæ Beati Pauli Apoſtoli ad Hebręos.Fratres,Plures facti ſunt Sacerdotes ſecundùm legem, idcircò quòd morte prohiberentur permanere. Ieſus autem eo quòd maneat in æternum, ſempiternum habet Sacerdotium *&c. vt in Miſſali Romano, vſque*. Hoc enim fecit ſemel, ſe offerendo Dominus 1 noſter Ieſus Chriſtus.

Lectio ..... ad Hebræos. Fratres, Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum,vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis *&c.vſque*. Sed qui locutus eſt ad eum; Filius meus es tu; ego hodie genui te. quemadmodum & in alio loco dicit; Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.

Ad Hebræos. Fratres, Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci *&c. vſque*. Talibus enim hoſtijs promeretur Deus.

Libri Sapientiæ. Dilectus Deo & hominibus; cuius memoria in benedictione eſt. Similem illum fecit in gloria Sanctorum *&c. vſque*. Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ & diſciplinæ.

Libri Sapientiæ. Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit. *vt ſupra pag.91.*

Lectio libri Sapientiæ. Ecce Sacerdos magnus;qui in vita ſua corroborauit templum: qui præualuit amplificare ciuitatem:qui adeptus eſt gloriam in conuerſatione gentis.quaſi ſtella matutina *&c.vſque*. In accipiendo autem partes de manu Sacerdotum, & ipſe ſtans iuxta aram, porrexit manum. Eccli. 50.

CCXCV. *In Feſtiuitatibus SS. Doctorum.* [2 al.] *Item de vno Confeſſore qui fuit Doctor*. Ad Timotheum. Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu;qui iudicaturus eſt viuos,& mortuos *&c.vt in Miſ.Rom.*

Lectio libri Sapientiæ. Sapientiam omnium antiquorum exquiret Sapiēs;& in Prophetis vacabit. Eccli. 39. Narrationem virorum nominatorū conſeruabit *&c.vſq;* Et in terrā alienigenarum gentium pertranſiet: bona enim & mala in hominibus tentabit. Et cor ſuum tradet ad vigilandum diluculò.

Malachiæ Prophetæ. Scietis, quia miſi ad vos mandatum iſtud, vt eſſet pactum meum cum Leui *&c. vt ſupra pag.95.*

Libri Sapientiæ. Lingua ſapientium ornat ſcientiam: os fatuo-

tuo-

tuorum ebullit ſtultitiam *&c. req. ſupra pag.93.*
Libri Sapientiæ. Optaui; &
7. datus eſt mihi ſenſus: & inuocaui;
V. & venit in me ſpiritus ſapientiæ *&c. vſque*. Quam ſine fictione didici; & ſine inuidia communico bonis illius: & honeſtatem illius non abſcondo.
Eccli. Lectio libri Sapientiæ. Rigabo
24. 25. hortum meum plantationum; & inebriabo partus mei fructum. Et
P. ecce factus eſt mihi trames abundans: & fluuius meus adpropinquabit ad mare quoniam doctrinam quaſi ante lucanum illuminabo omnibus: & narrabo illā quaſi in longinquum.*&c. vſque*. Videte quoniam non ſolum mihi laboraui, ſed omnibus quærentibus veritatem. In his placitum eſt ſpiritui meo,quæ ſunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum & amor proximorum.
P. Libri Sapientiæ. Dedit Dominus confeſſionem. *Require p.95.*

CCXCVI. *In Natal. vnius*
L. *Confeſſoris non Pontificis*. Libri Sapientiæ. Iuſtus cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculò. *Require pag.91.*
P. Libri Sapientiæ. Beatus homo qui inuenit ſapientiam. *Require pag. 92.*
Z. Libri Sapientiæ. Rigabo hortum meum plantationum. *Require ſupra.*

[*Præpoſita lectioni in cod. Later. adnotatur ſupernè & ad marginem:* Vacat.]

Libri Sapientiæ. Iuſtum dedu- L. P.
xit Dominus per vias rectas. *Require pag.91.*
Libri Sapientiæ. Beatus vir qui P.
in ſapientia morabitur. *Require pag.91.*
Libri Sapientiæ. Dilectus Deo, P.
& hominibus. *Require pag.96.*
Libri Sapientiæ. Sapientiam P.
omnium antiquorum exquiret ſa- Eccli.
piens *&c. vſque*. Bona enim & 39.
mala in omnibus tentabit.
Libri Sapientiæ. Beatus vir qui P.
inuentus eſt ſine macula. *Require pag.92.*
Libri Sapientiæ. Dedit Do- P.
minus confeſſionem *Req.pag.95.*

CCXCVII. *In Natal. plurimorum Confeſſorum*. Lectio O.
libri Sapientiæ. Lingua ſapientium ornat ſcientiam: os fatuorum ebullit ſtultitiam. *Require pag.39.*

CCXCVIII. *In Feſtiuitatibus Sanctorum Virginum & Martyrum*.
Lectio libri Sapientiæ. Confite- Eccli.
bor tibi Domine Rex; & collau- 51. L. P.
dabo te Deum Saluatorem meum. V.
Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi: & liberaſti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labijs operantium mendacium. Et in conſpectu aſtantium factus es mihi adiutor: & liberaſti me ſecundùm multitudinem miſericordiæ nominis tui, à rugientibus præparatis ad eſcam, de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum, quę circum-

n dede-

dederunt me: & in medio ignis nō ſum æſtuata. De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniuſta liberaſti me: laudabit vſque ad mortem anima
1. Hæc verba inclusa habent cod. O. & Rabanus in homil. mea Dominum: 1 [& vita mea appropinquans erat in inferno deorſum. Circumdederunt me vndique; & non erat qui adiuuaret. Reſpiciens eram ad adiutorium hominum; & non erat. Memorata ſum miſericordiæ tuę Domine & operationis tuæ, quæ à ſęculo ſunt:] quoniam eruis ſuſtinentes te, & liberas eos de manu anguſtiæ Domine Deus noſter.

Eccli. 51. L.P.O. V. Lectio libri Sapientiæ. Domine Deus meus exaltaſti ſuper terram habitationem meam, & pro morte defluēte deprecata ſum *&c. vſque*. Propterea confitebor, & laudem dicam nomini tuo, Domine Deus noſter.

Eccli. 24. V. Libri Sapientiæ. Sàpientia laudabit animam ſuam: & in Deo honorabitur *&c. vſque*. Et in omni populo, & in omni gente primatem habui: & omnium excellentium & humilium corda virtute calcaui.

Eccli. 24. P. Lectio libri Sapientię. Sapientia laudabit animam ſuam; & in Domino honorabitur; & in medio populi ſui gloriabitur: & in eccleſijs Altiſſimi aperiet os ſuum; & in conſpectu virtutis illius gloriabitur. In medio populi exaltabitur; & in plenitudine ſancta admirabitur. Et in multitudine electorum habebit laudem; & inter benedictos benedicetur dicens. Ego ex ore Altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. Ego quaſi libanus non inciſus vaporaui habitationem meam: & quaſi balſamum non mixtum, odor meus. Ego quaſi terebintus extendi ramos meos: & rami mei honoris & gratiæ.

Libri Sapientiæ. Sapientia vincit malitiam. Attingit ergo à fine vſque ad finem fortiter *&c. vſq;* Sed & omniū Dominus dilexit illā doctrix eſt enim diſciplinę Dei. *7. 8. V.P.*

Lectio .... ad Corinthios. Fratres, Qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt *&c. vt in Miſſali Rom.* *I. P. V.*

Lectio .... ad Corinthios. Fratres, De Virginibus præceptum Domini non habeo: conſilium autē do *&c.* [*in cod. V. vſq;*] Et qui emunt, tamquam non poſſidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tamqūam non vtantur. [*in codd. verò L. & P. vſque.*] Et mulier innupta & virgo cogitat quæ ſunt Domini, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu: in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *I. 7. L. P. V.*

Lectio .... ad Timotheum. Chariſſime, Dominus mihi aſtitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur. Et audiant omnes gentes, quia liberata ſum de ore Leonis. Liberauit enim me Dominus ab omni opere malo; & ſal- *II. 4. O.*

ſaluum faciet[in]regnū ſuum cæleſte cum gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

CCXCIX. *In Feſtiuitatibus Sanctarum non Virginum.*

L. Libri Sapientiæ. Sapientia laudabit animam ſuam. *Require pag.92. ſecundo loco.*

[*In cod. Lateran. ad ſuperioris Lectionis marginem additur.*] De Confeſſoribus ſecundùm Curiam.

L. Libri Sapientiæ. Sapientia vincit malitiam. *Require pag.98.*

In cod. Lateran præpoſitæ Lection. adnotatur in margine. Vacat quia non eſt ſecundùm Curiam.

L. Lectio Libri Sapientię. Mulierem fortem quis inueniet? Procul & de vltimis finibus pretium eius *&c. vt in Miſſali Rom.*

L. *Incipiunt in Feſtiuitatibus SS. per totum circulum anni.*

P. *Incipit Breuiarium de SS. per totum annum.*

[*MENSE. IANVARIO*]

CCC. *In Nat. Sancti Baſilij*
L. *Epiſcopi & Confeſſoris*. Libri Sapientiæ. Ecce Sacerdos magnus.

V. CCCI. *In Nat. Sancti Pauli Eremitæ*. Libri Sapientiæ. Iuſtum deduxit Dominus.

P. Libri Sapientiæ. Beatus vir, qui in ſapientia.

CCCII. *In Nat. Sancti Hilarij Epiſcopi*. Libri Sapientiæ. Sapientiam omnium antiquorum. P.

CCCIII. † *In Natali S. Felicis in Pincis*. Ad Hebræos. Doctrinis varijs, & peregrinis. L.V.

Libri Sapientiæ. Iuſtus cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculò. O.

Ad Timotheum. Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu. P. mſ.

CCCIV. *In Natali S. Mauri Abbatis*. Libri Sapientiæ Beatus homo qui inuenit ſapientiam. V.

Libri Sapientiæ. Rigabo hortū. P.

CCCV. † *In Nat. S. Marcelli Papæ & Martyris*. Libri Sapientię. L.
Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

Libri Sapientiæ. Iuſtus cor ſuum tradidit. V.

Ad Hebræos. Plures facti ſunt Sacerdotes. P. mſ.

CCCVI. *In Natali S. Antonij Abbatis*. Libri Sapientiæ. Beatus vir qui inuentus eſt. V.

Libri Sapientiæ. Beatus vir qui in ſapientia. P.

CCCVII. † *In Nat. S. Priſcæ Virginis & Martyris, De communi vnius Virginis*. L.

Libri Sapientiæ, Sapientia vincit malitiam. P. V. mſ.

n 2 Li-

Hoc † ſignum ijs tantùm Sanctorum Feſtiuitatibus hic præponitur, quæ reperiuntur in genuinis mss. libris Sacramentorum S. Gregorij Papæ, prout ijdem libri diuulgati sūt ſub Adriano Primo Papa, & Carolo Magno. Id quod deſignare opportunum viſum eſt, cùm edita Gregoriana Sacramentaria habeamus interpolata: quę ſynceriora fortaſſis edemus aliquando annuente Domino. Cæterùm non inutile erit has Gregorianas Feſtiuitates cum ijs contuliſſe, quæ exſtant in Cod. Rom. Eccleſiæ Gelaſiani ordinis, edito in hac Vrbe anno 1680.

Libri Sapientię. Domine Deus
O. meus exaltaſti ſuper terram habi-
tationem meam.
mi.S. CCCVIII. *In Cathedra San-*
Galli. *cti Petri*. Ad Hebręos. Omnis
Pontifex.
O. CCCIX. † *In Nat.*S.*Fabiani*
Papæ. Libri Sapientię. Beatus vir
qui in ſapientia morabitur.
1. SS. CCCX. † *In Nat.* 1 *S. Seba-*
Fabiani & *ſtiani*. Ad Hebręos. Sancti per fi-
Sebaſtiani. dem vicerunt regna.
L.O.P. V. CCCXI. † *In Nat.S. Agne-*
tis Virginis & Martyris. Libri Sa-
L.O.P. V. pientię. Confitebor tibi Domine
rex.
CCCXII. † *In Nat.S.Vincen-*
V. *tij Martyris*. Libri Sapientię. Bea-
tus vir qui in ſapientia morabi-
tur.
O. Libri Sapientię. Benedictio Do-
mini ſuper caput Iuſti.
43. Lectio Eſaiæ Prophetæ. Hæc
P. dicit Dominus, creans te Iacob
& formans te Iſrael: Noli time-
re; quia redemi te, & vocaui te
nomine tuo. Meus es tu *&c.*
vſque. Ex quo honorabilis factus
es in oculis meis & glorioſus;
ego dilexi te. Et dabo homines
pro te; & populos pro anima tua.
Noli timere; quoniam tecum
ego ſum: dicit Dominus omni-
potens.
L. *Sanctorum Vincentij & Anaſtaſij*
Martyrum.Epiſtola de communi plu-
rimorum Martyrum.
CCCXIII. *In Feſto S. Eme-*
V. *rentianæ Virg.* Libri Sapientię. Do-
mine Deus meus exaltaſti.

CCCXIV. *In Natali S. Ti-*
mothei. Ad Timotheum. Teſtificor P.
coram Deo.

CCCXV. *In Conuerſione S.*
Pauli Apoſtoli. Lectio Actuũ Apo- L. P.
ſtolorũ. In diebus illis, Saulus ad- V.
huc ſpirans minarum & cædis in
diſcipulos Domini, acceſſit ad
Principem Sacerdotum; & petijt
ab eo epiſtolas in Damaſcum ad
Synagogas *&c. vt in Miſſali Ro-*
mano.

CCCXVI. † *In Feſto* S.*Agne-*
tis ſecundò. [*al.*2] *In Octau.*S.*Agne-* L.P.
tis Virg. Libri Sapientię. Confite-
bor tibi Domine rex. *vt in Natali* V.
eiuſdem.

Libri Sapientię. Sapientia lau- P. mi.
dabit.

CCCXVII. *In Nat. SS. Pa-*
piæ & Mauri. Libri Sapientię. Me- V.
tuentes Dominum.

CCCXVIII. *In Feſto* SS.*Cyri*
& Iohannis. Ad Hebręos. Sancti V.
per fidem vicerunt regna.

[*MENSE. FEBRVARIO*]

CCCXIX. † *In Purificatione*
S.*Mariæ*. Lectio Malachiæ Pro- L.O.P.
phetæ. Hæc dicit Dominus Deus: V.
Ecce ego mitto Angelum meum;
& præparabit viam ante faciem
meam: & ſtatim veniet ad Tem-
plum ſanctum ſuum Dominator
&c.vt in Miſſali Romano.

Libri Sapientię. Dominus poſ- Pro-
ſedit me in initio viarum ſua- uerb.8.
rum. E.

Ad

mi. Ad Galatas. Fratres, Quanto tempore hęres paruulus eſt.

V. CCCXX. *In Natali S. Blaſij Epiſc. & Mart.* Ad Hebręos. Omnis Pontifex.

P. Ad Hebræos. Doctrinis varijs.

L. CCCXXI. † *In Natali S. Agathæ Virginis & Martyris.* Libri Sapientię. Domine Deus meus exaltaſti ſuper terram.

O.V. Ad Corinthios. Qui gloriatur, in Domino glorietur.

P.mi. Libri Sapientiæ. Sapientia vincit malitiam.

O. CCCXXII. *In Natali Sanctæ Sotheris.*

L.P. CCCXXIII. *In Natali S. Scholaſticæ Virg.* Ad Corinthios. De virginibus pręceptum.

V. Libri Sapientię. Sapientia. *req. in commu. Virg.*

L.P. CCCXXIV. † *In Nat. S. Valentini Martyris.* Libri Sapientię. Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula.

V. Libri Sapientię. Iuſtus, ſi morte pręoccupatus.

O. Libri Sapientię. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

P. CCCXXV. *In Nat. S. Iulianæ Virginis & Martyris.* Libri Sapientiæ. Domine Deus meus exaltaſti ſuper terram.

1. Natali. P. CCCXXVI. *In Cathedra* 1 *Sancti Petri Apoſtolorum Principis.* Lectio epiſtolę B. Petri Apoſtoli. Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti, electis aduenis diſperſionis Ponti, Galatię *&c. uſque*. Inueniatur in laudem & gloriam & honorem in reuelatione Domini noſtri Ieſu Chriſti.

H.L.V.

Ad Hebręos. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus. P.

CCCXXVII. *In Vigilia S. Mathiæ Apoſtoli.* Libri Sapientię. Beatus vir qui in ſapientia morabitur. V.

Libri Sapientię. Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula. P.mi.

CCCXXVIII. *In Nat. S. Mathiæ Apoſtoli.* Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Surgens Petrus in medio fratrum, dixit: Viri fratres, oportet impleri Scripturam quam prædixit Spiritus Sanctus per os Dauid de Iuda; qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Ieſum *&c. vt in Miſſ. Rom.* L.P.V.

Ad Epheſios. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui benedixit. mi.

[*MENSE. MARTIO*]

CCCXXIX. *In Feſto SS. XL Martyrum.* Libri Sapientię. Iuſti autem in perpetuum. L.

Libri Sapientię. Iuſtorum animę. V.

CCCXXX. † *In Natali S. Gregorij Papæ & Confeſſ.* Ad Timotheum. Teſtificor coram Deo. L.

Libri Sapientię. Dedit Dominus confeſſionem. V.

Ad Hebręos. Omnis Pontifex. O.

Ma-

P. Malachię Prophetę. Scietis quia miſi.

ms. Libri Sapientiæ. Qui timet Deum.

L. ms. CCCXXXI. *In Natali S. Benedicti Abbatis*. Libri Sapientiæ. Dilectus Deo & hominibus.

V. Libri Sapientiæ. Benedictio Domini ſuper.

O. Libri Sapientiæ. Beatus vir qui in ſapientia.

P. Libri Sapientiæ. Rigabo hortum meum plantationum.

L. P. O. V. CCCXXXII. † *In Annunciatione S. Mariæ.* Lectio Eſaię Prophetæ. In diebus illis, Locutus eſt Dominus ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni *&c. vt in Miſſali Romano*.

[*In cod. P. additur altera hæc Lectio.*]

Lectio Ezechielis Prophetæ. In diebus illis, Facta eſt ſuper me manus Domini: & eduxit me in viſionibus Dei in terram Iſrael: & dimiſit me ſuper montem excelſum nimis: ſuper quem erat quaſi ędificium ciuitatis vergentis ad Auſtrum. Et introduxit me illuc: & conuerti me ad portam quę reſpiciebat ad Orientem; & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me: Porta hęc clauſa erit; non aperietur; & vir non tranſibit per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam; eritque clauſa Principi. Princeps ipſe ſedebit in ea vt comedat panem coram Domino: per viam veſtibuli portę ingredietur; & per viam eius egredietur.

[*MENSE. APRILI.*]

CCCXXXIII. *In Natali S. Ambroſij Epiſcopi*. Libri Sapientiæ. Sapientiam omnium. P.

Ad Hebræos. Doctrinis varijs. ms.

CCCXXXIV. *In Natali S. Leonis Papæ*. Libri Sapientiæ. Ecce Sacerdos magnus. P. Rabanus in homil. O.

CCCXXXV. *In Nat. S. Euphemiæ Virg. & Mart.*

CCCXXXVI. † *In Nat. SS. Tiburtij & Valeriani Martyrum*. Libri Sapientiæ. Iuſtorum animæ. L. ms.

Ad Corinthios. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum & Deus totius. V.

Ad Epheſios. Iam non eſtis hoſpites & aduenæ. O. S.

Libri Sapientiæ. Lingua ſapientium ornat ſcientiam. P. Rabanus in homil.

CCCXXXVII. † *In Nat. S. Georgij Martyris*. Ad Theſſalonicenſes. Fratres, Gratias agere debemus Deo ſemper pro vobis: ita vt dignū eſt: quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque *&c. vſque*. Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & gloria virtutis eius: cùm venerit glorificari in Sanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. II. 1. L.

Libri Sapientię. Iuſtus cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculò. V.

Li-

Digitized by Google

P.S. ms. Libri Sapientiæ. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

O. Ad Corinthios. Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum.

CCCXXXVIII. † *In Litania Maiore. Statio in Baſilica B. Petri Apoſtolorum Principis.* Lectio Epiſtolæ B. Iacobi Apoſtoli. Chariſſimi, Confitemini alterutrum peccata veſtra: & orate pro inuicem vt ſaluemini *&c. vt in Miſſali Rom.* — E.L.P. O.V. Rabanus in homil.

CCCXXXIX. *In Nat. S. Marci Euangeliſtæ.* Ezechielis Prophetæ. Similitudo vultus quatuor animalium. — L.P.V.

[*Cod. P. addit & ſequentē Lectionem.*]

Libri Sapientiæ. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas *&c. vt in Miſſ. Rom. in commu. MM.*

ms. Ad Timotheum. Teſtificor coram Deo.

CCCXL. † *In Nat. S. Vitalis Martyris.* Libri Sapientiæ. Stabunt Iuſti. — L.

V. Ad Theſſalonicenſes. Fratres, Gratias agere debemus ſemper pro vobis ita vt dignũ eſt *&c.* [*vt ſupra in Nat. S. Georgij.*]

P.ms. Libri Sapientiæ. Iuſtus, ſi morte præoccupatus.

II.z. O. Lectio . . . . . ad Timotheum. Chariſſime, Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus: vt ei placeat cui ſe probauit. Nam & qui certat in agone, non coronatur; niſi legitimè certauerit. Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus percipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Memor eſto Dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid *&c. vt in Miſſali Romano. in feſto S. Georgij vſque.* Quales perſecutiones ſuſtinui: & ex omnibus me eripuit Dominus. Et omnes qui volunt piè viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiuntur.

Libri Sapientiæ. Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula. — S.

CCCXLI. *In Vigilia SS. Philippi & Iacobi.* Actuum Apoſtolorum. Multitudinis credētium. [*Require ſupra pag. 56.*] — ms. S. Galli.

[*MENSE. MAIO.*]

CCCXLII. † *In Nat. SS. Philippi & Iacobi Apoſtolorum.* Lectio libri Sapientiæ. Stabunt Iuſti in magna conſtantia aduerſùs eos qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum *&c. vt in Miſſali Romano.* — L.O.P.V. Rabanus in homil.

[*In cod. Later. ſubijcitur ſuperiori Lectioni hæc nota.*] Iſta epiſtola legitur in omnibus feſtis vnius Martyris & plurimorum Martyrum à Paſcha vſque Pentecoſten; exceptis feſtis Virginum & Martyrum: in quibus dicitur epiſtola de communi. [*Quæ ſanè nota ſecundùm vſum Curiæ Romanæ fuit appoſita.*]

CCCXLIII. † *In Nat. SS. Martyrum Alexandri, Euentij & Theodoli.* Libri Sapientiæ. Lingua ſapientium ornat ſcientiam. — L.V.

Ad

[*Ad marg. ſuperioris Lectionis in cod. Lateran. additur.* Ante Penteçoſten dicitur epiſtola, Stabunt iuſti.

P. mt. Ad Hebræos. Sancti per fidem.

7. O. Lectio libri Apocalypſis B. Iohãnis Apoſtoli. In diebus illis, Vidi oſtium apertum in cælo: & ecce turba magna, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: ſtantes ante thronum in conſpectu Agni amicti ſtolis albis; & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes; Salus Deo noſtro qui ſedet ſuper thronum, & Agno. Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & Seniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes; Amen. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio; & honor, & virtus, & fortitudo, Deo noſtro in ſæcula ſæculorum. amen.

5. 6. *L.P.V. Rabanus in homil.* CCCXLIV. *Inuentio S. Crucis*. Lectio Epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Galatas. Fratres, Confido de vobis in Domino, quòd nihil aliud ſapietis. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium; quicumq; eſt ille. Ego autẽ, fratres, ſi circumciſionem adhuc prædico: quid adhuc perſecutionem patior? Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis. Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant. Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi: tantùm vt Crucis Chriſti perſecutionem non patiantur. neque enim qui circumciduntur, legem cuſtodiunt: ſed volunt vos circumcidi; tantùm vt in carne veſtra glorientur. Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt; & ego mundo.

[*Præcedenti Lectioni supernè & in margine in cod. Later. adnotatur,* Vacat: *itemque,* Epiſtola, Hoc enim ſentite in vobis req. Dominica Palmarum.]

Lectio libri Sapientiæ. Domine Pater, tua prouidentia ab initio cuncta gubernas: quoniam dediſti Sanctis tuis in mari viã; & in fluctibus ſemitam firmiſſimam: oſtendens quoniam potens es, tranſeuntes mare per lignũ ſaluare: vt non eſſent vacua à principio, ſapientiæ tuæ opera. Propter hoc etiam exiguo ligno credunt homines animas ſuas. Ab initio cùm perirent ſuperbi gigantes; ſpes orbis terrarum ad lignum confugiens, remiſit ſæculo ſemen natiuitatis; quæ manu tua erat gubernata. Benedictum eſt lignum per quod fit iuſtitia, Domine Deus noſter. 14. S.

CCCXLV. ✝ *In Nat. S. Iohannis ante portam Latinam*. Libri Sapientiæ. Stabunt Iuſti in magna conſtantia. L.

Lectio libri Apocalypſis B. Iohannis Apoſtoli. Audiui vocem de cælo, loquentem mecum, & dicen- 10. V.

cen-

centem; Vade & accipe librum apertum de manu Angeli, ſtantis ſupra mare & ſupra terram *&c. vſque*. Et dixit mihi, Oportet te iterum prophetare populis & gentibus & linguis & regibus multis.

Libri Sapientiæ. Qui timet Deum. *Require in nat. eiuſdem.*

1. *Later.* 2. *Vatic.* CCCXLVI. 1 *Inuentio* [*al.* 2] *in Dedicatione B. Michaelis Archangeli.* Libri Apocalypſis. In diebus illis, Significauit Deus quæ oportet fieri citò *&c. in cod. Lateran. vſque.* 1. *L.V.* In ſanguine ſuo. *in Vatic. autem vſque*. Ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. amen.

CCCXLVII. † *In Nat. SS. MM. Gordiani & Epimachi*. Ad Corinthios. II. 4. *L.V.* Fratres, In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deijcimur, ſed non perimus: ſemper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes; vt & vita Ieſu in corporibus noſtris manifeſtetur.

[*Præpoſita Lectioni codex Later. adnotat in margine*. Vacat quia non eſt ſecundùm vſum Curiæ Romanæ. *additque*. Ante Pentecoſten epiſtola, Stabunt iuſti. poſt Pentecoſten de Communi plurimorum Martyrum.

V. S. mi. P. Libri Sapientiæ. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.

Ad Hebræos. Rememoramini.

3. Pancratij, Nerei & Achillei. *L.V.* CCCXLVIII. *In Nat. SS. MM.* 3 *Nerei & Achillei*. Ad Hebræos. Fratres, Rememoramini priſtinos dies. *L.V.*

[*In cod. Later. additur.*] Ante Pentecoſten epiſtola, Stabunt iuſti.

Lectio Epiſtolæ Beati Petri Apoſtoli. *I. 1. O.* Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui ſecundùm magnam miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatam in cælis in vobis; qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, paratam reuelari in tempore nouiſſimo. In quo exſultabitis: modicum ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus; vt probatio veſtræ fidei multo pretioſius ſit auro, quod per ignem probatur. 4. Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui paſſus eſt in carne, deſijt à peccatis: vt iam non hominum deſiderijs, ſed voluntate Dei quod reliquum eſt in carne, viuat temporis. Eſtote itaque prudentes; & vigilate in orationibus: ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Sicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei: ſi quis loquitur, quaſi ſermones Dei: ſi quis miniſtrat, tanquam ex virtute quam adminiſtrat Deus: vt in omnibus honori-

norificetur Deus per Ieſum Chriſtum. Et cùm apparuerit Princeps
5. paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit vos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet, & confirmabit, ſolidabitque. ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. amen.

5. Lectio libri Sapientiæ. Iuſti
P.S. autem in perpetuum viuent: &
mi. apud Dominum eſt merces eorum: & cogitatio eorum apud Altiſſimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini: quoniam dextera ſua teget eos; & brachio ſancto ſuo defendet illos. Accipient armaturā zeli illius: & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induent pro thorace iuſtitiam; & accipient pro galea iudicium certum. Sument ſcutum inexpugnabile æquitatem. Ibunt directe promiſſiones: & ad certum locum deducet illos Dominus Deus noſter.

Pamel. CCCXLIX. † *In Nat. S. Pancratij Martyris*. Libri Sapientiæ. Beatus homo qui inuenit ſapientiam.

O. CCCL. † *Dedicatio S. Mariæ ad Martyres*.

CCCLI. *In Natali S. Bonifacij Martyris*. Libri Sapientię. Iu-
V. ſtus ſi morte.

L.P. CCCLII. *In Nat. Sanctæ Pu-*
mi. *dentianæ Virginis*. Ad Corinthios. De Virginibus *Req. in Nat. Virginum*.

Libri ſapientię. Sapientia laudabit. V.

Libri Sapientiæ. Domine Deus meus exaltaſti ſuper terram habitationem meam. O.

CCCLIII. † *In Nat. Sancti Vrbani Papæ & Martyris*. Ad Timotheum. Chariſſime, Memor eſto Dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis. L.V.

Ad Hebræos. Plures facti ſunt. P.

CCCLIV. *In feſto Sanctæ Petronillæ Virg.* Ad Corinthios. Fratres, Qui autem adhęret Domino, vnus ſpiritus eſt: fugite ergo fornicationem *&c. vſque*. Empti enim eſtis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore veſtro. I.6. V.

Libri Sapientię. Sapientia laudabit. P.

[MENSE. IVNIO]

CCCLV. † *In Natali S. Nicomedis Martyris*. Sapientiæ. Iuſtus, ſi morte præoccupatus fuerit. I.

Libri Apocalypſis. In diebus illis, Reſpondens vnus de Senioribus dixit mihi. *req. in commu. Sanctorum*. V.

CCCLVI. † *In Nat. SS. Marcellini & Petri*. Lectio libri Apocalypſis. B. Iohannis Apoſtoli, In diebus illis, Reſpondens vnus de Senioribus; dixit mihi, Qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt; & vn- 7. L.P.

Digitized by Google

& vnde venerunt? *req. pag.95.*

[*Et huic Lectioni in cod Later. hæc adnotantur.* Non eſt ſecundùm vſum Curiæ Romanæ. *additurque.* De Communi plurimorum Martyrum.

O.V. Libri Sapientiæ. Iuſti autem in perpetuum viuent: & apud Dominum eſt merces eorum.

S.mi. Libri Sapientię. Reddet Deus mercedem laborum Sanctorum ſuorum.

CCCLVII. *In Natali SS. Primi & Feliciani.*

I. Libri Sapientiæ Iuſtorum animę.

V. Libri Apocalypſis. Reſpondens vnus de Senioribus.

P. mi. B. Petri Apoſtoli. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri.

S. Libri Sapientię. Exſpectatio Iuſtorum, lætitia.

CCCLVIII. *In Nat. S. Barnabæ Apoſtoli.*

I. *Epiſtola de Communi Apoſtolorum.* Iam non eſtis hoſpites. *vel alia epiſtola*:

S. Vnicuique noſtrum data eſt gratia.

[*In cod. Later.*] *Et nota quòd quando hoc feſtum celebratur ante Pentecoſten, quod raro contingit; tunc dicitur epiſtola,* Stabunt iuſti. *&c. req. ſupra in feſto Apoſtol. Philippi & Iacobi. & ſimiliter in feſtis vnius Martyris vel plurimorum Martyrum, quæ celebrantur ante Pentecoſten, legitur epiſtola,* Stabunt iuſti in magna conſtantia.

15. Lectio Actuum Apoſtolorum.

V. Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochię, docentes & euangelizantes cum alijs pluribus verbum Domini *&c. vſque*. Ita vt diſcederent ab inuicem: & Barnabas quidem aſſumpto Marco, nauigaret Cyprum.

Lectio Actuum Apoſtolorum. 11.

P. In diebus illis, Cùm introiſſent Diſcipuli Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annunciantes Dominum Ieſum. Et erat manus Domini cum eis: multuſque numerus credentium conuerſus eſt ad Dominum. Peruenit autem ſermo ad aures Eccleſiæ, quæ erat Hieroſolymis: & miſerunt Barnabam vſque Anthiochiam. Qui cùm perueniſſet, & vidiſſet gratiam Dei; gauiſus eſt: & hortabatur omnes propoſito cordis permanere in Domino: quia erat vir bonus, & plenus Spiritu Sancto & fide. Et appoſita eſt turba multa ad Dominum. Profectus eſt autem Tharſum, vt quæreret Saulum. Quem cùm inueniſſet, perduxit Antiochiam: & annum totum conuerſati ſunt in Eccleſia: & docuerunt turbam multam; ita vt cognominarentur primùm Anthiochiæ diſcipuli, Chriſtiani.

Actuum Apoſtolorum. Conuenit vniuerſa ciuitas. *req. pag.62.* mi.

CCCLIX. *In Natali SS. Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij.* Libri Sapientiæ. Reddet Deus mercedem. I.

Libri Sapientiæ. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. P.mi.

Beati Petri Apoſtoli. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui ſecundùm magnam miſericordiam ſuam. *Rabanus in homil.*

O 2 *In*

Digitized by Google

CCCLX. *In Natali Sanctorum*
X. *Viti, Modeſti & Creſcentiæ*. Ad Hebræos. Sancti per fidem.

V. Libri Sapientiæ. Reddet Deus mercedem laborum.

P. Libri Sapientiæ. Lingua ſapientium.

ms. Ad Hebræos. Rememoramini.

L.O. CCCLXI. † *In Nat.* SS. *Marci & Marcelliani*. Lectio libri Sapientiæ. Exſpectatio iuſtorum, lætitia.

P. ms. Ad Theſſalonicenſes. Gratias agere.

CCCLXII. † *In Nat.* SS. *Ger-*
S. *uaſij & Protaſij*. Lectio epiſtolæ
H.L. Beati Pauli Apoſtoli ad Roma-
V. nos. Fratres, Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum; his qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt Sancti *&c. in cod. Lateran. vſque*. Qui etiam proprio Filio non pepercit: ſed pro omnibus tradidit illum. [*in V. autem vſque.*] Neque creatura aliqua poterit nos ſeparare à charitate Dei: quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

P.ms. Ad Hebræos. Sancti per fidem.

S. Libri Sapientiæ. Lingua ſapientium ornat ſcientiam.

CCCLXIII. *In Nat. S. Pauli-*
V. *ni Nolani Epiſcopi*. Libri Sapientiæ. Dedit Dominus confeſſionem Sancto ſuo.

P. Ad Hebreos. Plures facti.

CCCLXIV. † *In Vigilia S. Iohannis Baptiſtæ*. Lectio Hieremiæ L.O.P.
Prophetæ. In diebus illis, Factum V.
eſt verbum Domini ad me dicens: Rabanus in homil.
Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui te *&c. vt in Miſſ. Rom.*

CCCLXV. † *In Feſtiui-*
tate eiuſdem. In prima Miſſa. Le- 41. 42.
ctio Iſaiæ Prophetæ. Hæc dicit H.
Dominus Deus: Primus ad Sion dicet, Ecce adſum: & Hieruſalem, euangeliſtam dabo. Ecce ſeruus meus; ſuſcipiam eum: electus meus; complacuit ſibi in eo anima mea. Dedi ſpiritum meum ſuper eum: iudicium gentibus proferet. Non clamabit; neq; accipiet perſonam: nec audietur foris vox eius: calamum quaſſatum non conteret; & lignum fumigans non extinguet *&c. vt in textu cap.* 42. *vſque*. Ego Dominus: hoc eſt nomem meum. Gloriam meam alteri non dabo; & laudem meam ſculptilibus. Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: noua quoque ego annuncio: antequam oriantur, audita vobis faciam: dicit Dominus omnipotens.

Hieremiæ Prophetæ. In diebus O.
illis, Factum eſt verbum Domini ad me dicens: Priuſquam te formarem *&c. vt ſupra.*

1 *Ad priorem Miſſam.* Libri Sa- 1. Cod.
pientiæ. Memoria iuſti. *req. in De-* Palat.
collatione ipſius.

CCCLXVI. † *In die eiuſdem. In maiori Miſſa*. Lectio Iſaiæ Prophetæ.

Digitized by Google

L.P.O. V. *Rabanus in homil.* phetæ. Hæc dicit Dominus: Audite inſulæ; & attendite populi de longe. Dominus ab vtero vocauit me:& de vẽtre matris meę recordatus eſt nominis mei *&c. vt in Miſſ.Rom. vſque*. Dedi te in lucem gentium: vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Reges videbunt; & conſurgent Principes: & adorabunt Dominum Deum tuum; & Sanctum Iſrael, qui elegit te.

CCCLXVII. † *In Natali Sanctorum Iohannis & Pauli*.

8. L.V. Lectio epiſtolæ..... ad Romanos. Fratres, Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? *&c. vſque*. Neq; fortitudo, neq; altitudo,neq;profundum;neq; creatura aliqua poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

[*In cod.Later.ſuperiori Lectioni adnotatur in margine*, Vacat. *additurq; ſequens Lectio*.]

P.ms. Libri Sapientiæ. Hi ſunt viri miſericordiæ; quorum iuſtitiæ obliuionem non acceperunt *&c.vt in Commu.Martyr.*

O.S. Libri Apocalypſis. In diebus illis, Reſpondens vnus de Senioribus dixit mihi.

CCCLXVIII. † *In Nat.S.Leonis Papæ*. 1 *Ad priorem Miſſam de S. Leone*. Libri Sapientiæ. Ecce Sacerdos magnus.

1. *Cod. Palat. P.ms.*

CCCLXIX. † *In Vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli. Ad Miſſam maiorem*. Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis,Petrus & Iohannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam *&c.vt in Miſſali Romano*. L.P.O. V. *Rabanus in homil.*

CCCLXX. † *In Natali S.Petri*. Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Miſit Herodes Rex manus vt affligeret quoſdam de Eccleſia: occidit autem Iacobum fratrem Iohannis gladio *&c. vt in Miſſ. Rom.* H.L.P. O. *Rabanus in homil.*

[*In cod. Vatic. habetur vt hic ſequitur.*]

In Feſto S. Petri ad maiorem Miſſam. Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebuſillis, Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe *&c. vſque*. Afferentes ægros & vexatos à ſpiritibus immundis: qui curabantur omnes. 5.

CCCLXXI. † *In Natali S. Pauli*.Ad Timotheum. Chariſſime. Teſtificor coram Deo,& Ieſu Chriſto: qui iudicaturus eſt viuos & mortuos *&c. vt in Miſſali Romano de Doctoribus*. L.V.

[*In cod. Later. præpoſitæ Lectioni adnotatur in marg.* Iſta epiſtola legitur in feſtis Doctorum Confeſſorum &c. *ibique indicatur epiſtola ſequens*.]

1. H.L.P. Lectio..... ad Galatas. Fratres, Notum vobis facio euangelium: quòd euangelizatum eſt à me: quia non eſt ſecundùm hominẽ:neq;enim ego ab homine accepi illud, neq; didici *&c. in codd.L. & P.vſque*. Alium autem Apoſtolo-

ſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini. Quæ autem ſcribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior. [*in H. verò additur.*] Eram autem ignotus facie Eccleſijs Iudææ, quæ erant in Chriſto. Tantùm autem auditum habebant quoniam qui perſequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat. Et in me clarificabant Dominum Ieſum Chriſtum.

O. Rabanus in homil. Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Saulus adhuc ſpirans minarum *&c. vt in Miſſali Romano.*

[*MENSE. IVLIO.*]

CCCLXXII. *Viſitatio B. Mariæ.* Lectio Libri Sapientiæ. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles: ſimilis eſt Dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum *&c. vt in Miſſali Romano.* *Cant. 2. L.*

[*Præpoſita Lectio in Viſitatione B. Mariæ in cod. Later. appoſita eſt ad calcem libri.*]

CCCLXXIII. † *In Nat. SS. Proceſſi & Martiniani.* Libri Sapientiæ. Exſpectatio Iuſtorum, lætitia. *L.P.*

V. Ad Hebræos. Rememoramini priſtinos dies.

O. Libri Sapientię. Hi ſunt viri miſericordiæ; quorum iuſtitiæ obliuionem non acceperunt.

ms. Libri Sapientiæ. Stabunt Iuſti.

CCCLXXIV. † *In Octaua Apoſtolorum.* Libri Sapientiæ. Hi ſunt viri miſericordiæ; quorum iuſtitiæ obliuionem non acceperunt *&c. req. in Commu. Martyr.* *L.V. Rabanus in homil.*

Lectio....... ad Galatas. Fratres, Deus perſonam hominis non accipit: mihi enim qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt: ſed è contra, cùm vidiſſent quòd creditum eſt mihi euangelium Præputij *&c. vſque.* Vt nos in Gentes: ipſi autem in Circumciſionem; tantùm vt pauperum memores eſſemus: quod etiam ſollicitus fui hoc ipſum facere in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *2. P.*

Ad Epheſios. Vnicuique noſtrum data eſt gratia. *O.*

CCCLXXV. † *In Natal. SS. Martyrum Septem Fratrum.* Libri Sapientiæ. Mulierem fortem. *L.*

Ad Hebræos. Sancti per fidem vicerunt regna. *V.*

Ad Hebræos. Rememoramini priſtinos dies. *O.P. ms.*

CCCLXXVI. *In Feſto SS. Rufinæ & Secundæ.* Ad Corinthios. De virginibus. *L.*

Libri Sapientiæ. Vox turturis audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſſus ſuos *&c. vſque.* Qui paſcitur inter lilia; donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. *Cant. 2. V.*

CCCLXXVII. *In Feſto SS. Martyrum Naboris & Felicis.* Benedictus Deus. *V.*

CCCLXXVIII. *In Feſto SS. Martyrum*

tyrum Quirici & Iulittæ. Libri Sa-
L. pientiæ. Iuſti autem in perpetuum.

V. B. Petri Apoſtoli. Benedictus Deus.

CCCLXXIX. *In Feſto* S.
L.P. *Alexij Confeſſ.* Libri Sapientiæ. Dilectus Deo & hominibus.

V. Libri Sapientiæ. Iuſtum deduxit Dominus.

CCCLXXX. *In Feſto* S.
V. *Symphoroſæ*. Ad Corinthios. Benedictus.

CCCLXXXI. *In Natali* S.
L.P.V. ms. *Praxedis*. Ad Corinthios. Qui gloriatur, in Domino glorietur.

CCCLXXXII. *In Nat. Sanctæ*
Cant. 3. *Mariæ Magdalenæ*. Lectio libri Sapientiæ. In lectulo meo per noctes
L.P. quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni *&c. vſque*. Tenui eum, nec dimittam; donec introducam illum in domum matris meę, & in cubiculum genitricis meæ.

[*In cod. Later. in margine prædictæ Lectionis habetur*: Vacat quia non eſt ſecundùm vſum Curiæ Romanæ. *indicaturque ſequens Lectio.*]

L.V. Libri Sapientiæ. Mulierem fortem quis inueniet?

CCCLXXXIII. *In Nat. Sancti*
L. *Apollinaris*. *Epiſtola de communi vnius Martyris*.

V. Ad Epheſios. Vnicuique noſtrum data eſt gratia.

P. Ad Hebræos. Doctrinis varijs.

O. Ad Hebræos. Plures facti ſunt Sacerdotes ſecundùm legem.

CCCLXXXIV. *In Vigilia S.*
Iacobi Apoſtoli. Actuum Apoſtolorum. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum quæ poſſidebant *&c. vſque*. Diuidebatur autem illis; prout cuique opus erat. 4. V.

Libri Sapientiæ. Beatus vir qui inuentus eſt. P. ms.

CCCLXXXV. *In Natali S.*
Iacobi Apoſtoli. Ad Epheſios. Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui benedixit nos. L.P.

Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Superuenerunt ab Hieroſolymis Prophetæ Antiochiam. Exſurgens autem vnus ex eis, nomine Agabus *&c. vſque*. Occidit autem Iacobum fratrem Iohannis gladio. 11. 12. V.

CCCLXXXVI. *In Feſto* S.
Paſtoris. Ad Timotheum. Nemo militans Deo. V.

CCCLXXXVII. *In Feſto* S.
Pantaleonis Mart. Ad Timotheum. Memor eſto Chriſtum Ieſum. V.

Ad Timotheum. Nemo militans Deo. P.

Libri Sapientię. Iuſtus cor ſuum. ms.

CCCLXXXVIII. *In Feſto* SS.
Martyrum Nazarij & Celſi. Ad Hebræos. Rememoramini priſtinos dies. L.

Ad Timotheum. Cariſſime, Firmũ fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc, Cognouit Domi- II. 2. V.

nus

nus qui ſunt eius &c. vſque. Cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati.

1. SS. Felicis, Fauſtini &c L.V.P. 2. Cod. Palat. CCCLXXXIX. † *In Nat.* 1 *Sancti Felicis*. 2 Ad Hebræos. Plures facti ſunt Sacerdotes ſecundum legem.

L. CCCXC. *In Nat. ſanctorum Fauſtini, Simplicij, & Beatricis. Epiſtola de commu. plurimorum Martyrum.*

V. Libri Apocalypſis. Vidi oſtium apertum.

mſ. Ad Corinthios. Spectaculum facti ſumus.

CCCXCI. † *In Natali Sanctorum Abdon & Sennen*. Ad He-

L. bræos. Sancti per fidem vicerunt regna.

V. Ad Hebræos. Rememoramini.

P. Ad Theſſalonicenſes. Gratias agere.

[*MENSE. AVGVSTO*]

3. Cod. Palat. 4. Cod. Later. CCCXCII. † 3 *Ad Vincula S. Petri.[al.4] Abſolutio S.Petri à Vinculis*. Actuum Apoſtolorum. Miſit Herodes Rex manus.

CCCXCIII. *In Natali Machabæorum.* * Libri Sapientiæ. Mu-

O. lierem fortem quis inueniet?

CCCXCIV. † *In Nat. Sancti*

L. *Stephani Papæ & Martyris. Epiſtola de communi vnius martyris.*

V. Ad Hebræos. Doctrinis varijs.

P. Libri Sapientiæ. Ecce Sacerdos magnus.

CCCXCV. *In Inuentione*

L. *S. Stephani*. Stephanus plenus gratia. *req. in natali eiuſdem.*

[*In cod. Later. ad marginem hæc habentur.*]

In Feſto Niuis. epiſtola. Ab initio & ante ſæcula.

CCCXCVI. *In Vigilia Trans-* π

O. *figurationis Dñi.* Libri Apocalypſis. In diebus illis, Ego Iohannes vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio &c. vſque. Et fui mortuus; & ecce ſum viuens in ſæcula ſæculorum. amen.

CCCXCVII. *Transfiguratio* II.1.

Domini noſtri. Lectio epiſtolæ Beati Petri Apoſtoli. Chariſſi-

H.O. mi, Dabo autem operam, & frequenter habere poſt obitum meum, vt horum memoriam faciatis. Non enim indoctas fabulas ſecuti, notam facimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem &c. vſque. Et habemus firmiorem propheticum ſermonem: cui benefacitis adtendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco; donec dies inluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus noſtris.

Eccli. 24. Lectio libri Sapientiæ. Sapientia laudauit animam ſuam; & in

O.

* S. Leonis Papæ tempore hac die Natalis Eccleſiç B Petri, & paſſionis Machabæorum, ſacræ Hiſtoriæ Lectio recitabatur, qua eorumdem Martyrum res geſtæ in certamine ordine ſuo narrantur. Itaque 7. libri II. Machabæorum caput fermè integrū cum temporis in Statione publica populo legebatur. Vide ſerm 82. eiuſdē S.Leonis.

Digitized by Google

P. O. m. P.L. P.

in Deo honorabitur; & in medio populi gloriabitur; & in ecclesijs aperiet os ſuum; & in conſpectu virtutis illius gloriabitur: & in multitudine electorum habebit laudem: & inter benedictos benedicetur; dicens: Ego ex ore Altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. Ego feci, in cælis vt oriretur lumen indeficiens: & ſicut nebula texi omnem terram. Ego in altiſſimis inhabitabo: & thronus meus in columna nubis. Girum cęli circuiui ſola: & in fluctibus maris ambulaui: & in profundum abyſſi penetraui: & in omni terra ſteti: & in omni populo primatum tenui: & omnium excellentium, & ſublimium colla, propria virtute calcaui.

CCCXCVIII. † *In Nat. S. Xixti Papæ & Mart.* Ad Hebręos. Omnis Pontifex.

Ad Epheſios. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui benedixit nos.

Ad Timotheum. Memor eſto.

CCCXCIX. † *In Nat. SS. Feliciſſimi & Agapiti.* Ad Corinthios. Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum.

[*In cod. Later. in margine ſuperioris Lectionis dicitur.* Hæc epiſtola ſecundùm Curiam Romanam legitur de vno Martyre, & non plurim. Martyr. *ſupernè autem ibi adnotatur*: Epiſtola de Commu. plurimorum Martyrum.]

Ad Hebræos. Rememoramini.

CCCC. *In Natali Sancti Donati Epiſcopi.* Libri Sapientiæ. Beatus vir qui in ſapientia morabitur. V.

CCCCI. † *In Natali SS. Cyriaci, Largi, & Smaragdi.* Ad Hebræos. Rememoramini priſtinos dies. V.O.

Libri Sapientię. Reddet Deus. L.

Libri Sapientiæ. Metuentes Dominum. P.

CCCCII. † *In Vigilia Sancti Laurentij.* Lectio libri Sapientiæ. Confitebor tibi Domine Rex: & conlaudabo te Deum Saluatorem meum. Confitebor nomini tuo; quoniã adiutor & protector factus es mihi *&c. in cod. O. vſq;* Memoratus ſum miſericordiæ tuæ Domine & operationis tuæ, quæ à ſæculo ſunt: quoniam eruis ſuſtinentes te; & liberas eos de manu anguſtiæ Domine Deus noſter. *in alijs verò codd. vſque.* Laudabit vſque ad mortem anima mea Dominum: quoniam eruis ſuſtinentes te; & liberas eos de manu anguſtiæ Domine Deus noſter. Eccli. 51. L. O. P. V. Rabanus in homil.

[*In cod. Later. ad ſuperiorem Lectionem hæc exſtat nota in margine.*] Quando iſta epiſtola legitur de vna Sancta, tunc dicitur, Aeſtuata. ſed in iſta Vigilia S. Laurentij dicitur, Aeſtuatus.

CCCCIII. † *In Natali S. Laurentij Mart. ad priorem Miſſam.* Libri Sapientiæ. Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula. P.

CCCCIV. † *In die quo ſupra ad Miſſam.* Lectio .... ad Corinthios. Fratres, Qui parcè ſeminat, L. P. V. O. Rabanus in homil.

nat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet *&c. vt in Miſſ.Rom.*

CCCCV. † *In Natali S.Tiburtij.* 1 Libri Sapientiæ. Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit.

1. Et Suſannæ. *V.*

43. *P.* Lectio Iſaiæ Prophetę. Hæc dicit Dominus, creans te Iacob, & formans te Iſrael. Noli timere; quia redemi te; & vocaui te nomine tuo. Meus es tu. Cùm pertranſieris per aquas; tecum ero *&c. vſque*. Ego dilexi te: & dabo homines pro te; & populos pro anima tua. Noli timere; quoniam tecum ego ſum: dicit Dominus omnipotens.

mi. Libri Sapientiæ. Confitebor tibi Domine.

O. CCCCVI. *In Natali* S. *Suſannæ.*

CCCCVII. *In Nat.Sanctorum*

V. *Eupli & Leuci*. Libri Sapientiæ. Lingua ſapientium.

CCCCVIII. † *In Natali* SS. *Hippolyti* 2 *& ſociorum eius.* Libri Sapientiæ. Iuſti autem in perpetuum.

2. Et Caſſiani. *L.*

L. P. Ad Corinthios. Spectaculum

V. facti ſumus.

mi. Ad Hebræos. Rememoramini.

CCCCIX. † *In Natali Sancti Euſebij Confeſſoris*. [*al.*3] *Ad priorem Miſſam de S.Euſebio.* Libri Sapientiæ. Iuſtum deduxit Dominus.

3. *Cod. Palat.* *V.*

P. Libri Sapientię. Dedit Dominus confeſſio nem.

Beatus qui.

Lectio ...... ad Coloſſenſes. *mi.*

Fratres, Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundùm traditionem hominum, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum *&c. vſque*. Et vos cùm mortui eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta. 2. *O.*

CCCCX. † *In Vigilia Aſſumptionis B. Mariæ*. Libri Sapientiæ. Ab initio & ante ſæcula creata ſum & vſque ad futurum ſæculum non deſinam *&c. vt in Miſſali Romano*. *L.*

[*In cod.Lat.additur ad ſuperioris Lectionis marginem*: Ego quaſi vitis.]

Lectio libri Sapientię. Ego flos campi & lilium conuallium. ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut malum inter ligna ſiluarum, ſic Dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me Rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus, ſtipate me malis; quia amore langueo. Læua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Et Dilectus meus loquitur mihi; Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea; & veni. 2. *V.*

Libri Sapientiæ. Sapientia laudabit. *P.*

[*Cod.*

[*Cod. O. in huius Vigiliæ Miſſa duas ſequentes Lectiones habet ante Reſponſ. Gradale.*]

Lectio libri Cantici Canticorum. Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino; & odor vnguentorum tuorum, ſuper omnia aromata. vnguentum effuſum, nomen tuum: ideo adoloſcentulæ dilexerunt te. Trahe me poſt te: curremus in odore vnguentorum tuorum. Introduxit me Rex in cubiculum ſuum; exſultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum. recti diligunt te. Nigra ſum & formoſa, filia Hieruſalem; ſicut tabernacula Cedar, ſicut pellis Salomonis. Nolite me conſiderate quòd fuſca ſim; quia decolorauit me Sol. Filij matris meæ pugnauerunt contra me: poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineã meã non cuſtodiui. Indica mihi quem diligit anima mea; vbi paſcas, vbi cubas in meridie? ne vagari incipiam per greges ſodalium tuorum Si ignoras te ò pulchra inter mulieres; egredere, & abi poſt veſtigia gregum: & paſce hędos tuos iuxta tabernacula paſtorum. Equitatui meo in curribus Pharaonis adſimilaui te amica mea. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis; collum tuum ſicut monilia: murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis. Faſciculus myrrę, Dilectus meus; inter vbera mea commorabitur. botrus Cypri, Dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra; oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es Dilecte mi & decorus. lectulus noſter floridus: tigna domorum noſtrarum cedrina; laquearia noſtra cypreſſina. Ego flos campi & lilium conuallium: ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut malum inter ligna ſiluarum; ſic Dilectus meus inter filios. ſub vmbra illius quam deſiderabam ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellã vinariã; & ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus, ſtipate me malis; quia amore langueo. Lęua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Hieruſalem per capreas, ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Vox Dilecti mei. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Similis eſt Dilectus meus capreæ hinnuloque ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum; proſpiciens per feneſtras, reſpiciens per cancellos. Dilectus meus loquitur mihi; Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea; & veni. Iam enim hyemps tranſijt; imber abijt & receſſit: flores apparuerunt in terra: tempus putationis aduenit: vox turturis audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſſos ſuos: vineę florentes dederunt odorem ſuum. Surge amica mea, ſpecioſa mea; & veni: columba mea in velamento petræ, & in cauerna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam: ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis; & facies tua decora.

Libri Sapientiæ. Ab initio & ante ſæcula. *vt ſupra.*

CCCCXI. † *Aſſumptio Beatiſſimæ Mariæ Virg.* Lectio libri Sapientiæ. *L.O.P.*
In omnibus requiem quæſiui: & *V.*
in hæreditate Domini morabor. *Rabanus in*
Tunc pręcepit & dixit mihi creator omnium *&c. vt in Miſſali Romano.* *homil.*

CCCCXII. *In Octaua Sancti Laurentij. Legitur Epiſtola ſicut ſupra in ſuo feſto.* Qui parcè ſeminat. *L. P.*

CCCCXIII. † *In Nat. Sancti Agapiti Martyris.* Libri Sapientię. *L.P.*
Iuſtus ſi morte pręoccupatus fuerit. *ms.*

Ad Timotheum. Memor eſto *V.*
Dominum Ieſum.

D. CCCCXIV. *In Nat. Sancti Magni Martyris.*

1. Et Symphoriani. P. CCCCXV. † *In Natali Sancti Timothei.* 1 Qui timẽt [Dominũ.]

CCCCXVI. *In Octaua Sanctæ Mariæ.* Lectio libri Sapientię.

P. V. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honeſtatis *&c.* *vt in Miſſali Romano in Vigilia Aſſumptionis.*

CCCCXVII. *In Vigilia Sancti Bartholomęi Apoſtoli.*

V. Libri Sapientiæ. Benedictio Domini ſuper caput iuſti.

P. ms. Libri Sapientiæ. Beatus vir qui inuentus eſt.

CCCCXVIII. *In Natali Sancti Bartholomæi Apoſtoli.*

L. Ad Epheſios. Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto.

V. Actuum Apoſtolorum. Multitudinis autem credentium. [*req. pag.* 111.]

P. ms. Ad Romanos. Scimus quoniam diligentibus.

Rabanus in homil. Ad Epheſ. Iam nõ eſtis hoſpites.

CCCCXIX. *In Feſto* SS. *Euſebij & Peregrini.*

V. Libri Sapientię. Iuſtorum animæ in manu Dei.

CCCCXX. † *In Nat. Sancti Hermetis.*

V: Ad Timotheum. Nemo militans Deo.

P. Libri Sapientię. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

ms. Libri Sapientię. Iuſtus cor ſuum,

CCCCXXI. *In Natali Sancti Auguſtini Epiſcopi Doctoris.*

Libri Sapientię. Ecce Sacerdos magnus, qui in vita ſua corroborauit templum. L.

Libri Sapientię. Optaui, & datus eſt mihi ſenſus. V.

Malachię Prophetę. Scietis quia miſi. P.

CCCCXXII. *In Feſto S. Balbinæ.* Libri Sapientię. Sapientia vincit. V.

CCCCXXIII. *In Decollatione Sancti Ioannis Baptiſtæ.* Lectio .... ad Hebręos. Fratres, Sancti ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres: lapidati ſunt: ſecti ſunt: tentati ſunt *&c. vſque.* In ſolitudinibus errantes, in montibus, & in ſpeluncis, & in cauernis terrę. Et hi omnes teſtimonio fidei probati inuenti ſunt: in Chriſto Ieſu Domino noſtro. 11. L. V.

[*In cod. Lateran. apponitur præpoſitæ Lectioni*, Vacat. *additurque altera quæ hic ſequitur Lectio.*]

Libri Sapientiæ. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur. L:

Libri Sapientię. Exſpectatio Iuſtorum, lętitia. ms. Rabanus in homil.

Libri Sapientię. Qui timet Deum, faciet bona. O.

Lectio libri Sapientiæ. Memoria iuſti in compoſitione odoris, facti opus pigmentarij. in omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria; & vt muſica in conuiuio vini. Ipſe eſt directus diuinitus Eccli. 49. 50. P.

in

in pœnitentiam gentis: & tulit abominationes impietatis; & gubernauit ad Dominum cor ipſius; & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. Nam malè tractauerunt illum, qui à ventre matris conſecratus eſt Propheta, euertere, eruere & perdere, & iterũ ædificare & renouare. Amplificatus eſt quaſi ſtella matutina in medio nebulę; & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet: & quaſi ſol refulgens, ſic ille refulſit in templo Dei.

CCCCXXIV. † *In Nat. Sanctæ Sabinæ.* [*al.*] *Ad priorem Miſſam de*
L. P. *Sanctæ Sabina.* Libri Sapientię. Sa-
ms. pientia vincit malitiam.

V. Libri Sapientię. Domine Deus meus exaltaſti.

O. Libri Sapientiæ. Mulierem fortem quis inueniet?

CCCCXXV. † *In Nat. SS. Fe-*
L. *licis & Adaucti.* Libri Sapientię. Exſpectatio Iuſtorum lętitia.

V. Ad Corinthios. Spectaculum facti ſumus.

P, ms. Libri Sapientiæ. Lingua ſapientium.

[*MENSE. SEPTEMBRI*]

CCCCXXVI. *Kalendis Septembris. In Feſto S. Aegidij Abbatis.*
V. Libri Sapientiæ. Beatus vir qui in ſapientia.

CCCCXXVII. *In Feſto S. Pri-*
V. *ſci & XII. Fratrum.* Ad Hebręos. Rememoramini priſtinos dies.

CCCCXXVIII. † *In Natiuitate B. Mariæ. Ad maiorem Miſſam.* Libri Sapientię. Ego quaſi vitis L. O.
fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honeſtatis. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris & agnitionis & ſanctæ ſpei *&c. vt in Miſſ. Rom. in Vigilia Aſſumptionis.*

[*In cod. Lateran. præpoſitæ Lectionì apponitur hæc nota in marg.* Iſta epiſtola legitur in Vigilia Aſſumptionis B Mariæ. *ibique ſequens Lectio deſignatur.*]

Libri Sapientię. Dominus poſ- Prou.
ſedit me in initio viarum ſuarum 8.
antequam quicquam faceret à L. P.
principio *&c. vſque.* Qui me V.
inuenerit, inueniet vitam; & hauriet ſalutem à Domino.

CCCCXXIX. *In Nat. S. Adriani.* Libri Sapientię. Iuſtus cor ſuum
tradidit. V.

Libri Sapientiæ. Iuſtum deduxit
Dominus per vias rectas. O.

CCCCXXX. *In Nat. S. Gorgonij.* Ad Corinthios. Benedictus
Deus, & Pater Domini noſtri Ie- P.
ſu Chriſti, Pater miſericordiarum.

Libri Sapientiæ. Iuſtum de- ms.
duxit.

CCCCXXXI. † *In Natali*
SanctorumProthi & Hyacinthi. Le- 12.
ctio libri Apocalypſis Beati Io- L.
hannis Apoſtoli. In diebus illis, Audiui vocem de cælo dicentem: Nunc facta eſt ſalus & virtus & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius *&c. vſque.* Et non dilexerunt animas ſuas vſque ad mor-

mortem. propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis.

[*Superiori Lectioni in cod. Lateran. ſuperne addita ſunt hæc.* Vacat; quia non eſt de vſu Curiæ Romanæ. *& additur,* Epiſtola legitur de Communi plurimorum Martyrum.]

I.7. Ad Corinthios. Fratres. Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus
V. eſt, in ea permaneat. Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ *&c. vſque.* Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt frater; in hac permaneat apud Deum.

O. Libri Sapientię. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.

P.ms. Libri Sapientiæ. Qui timent Dominum.

CCCCXXXII. † *In Natali SS.*
L. *Cornelij & Cypriani Martyr.* Libri Sapientiæ. Iuſtorum animæ.

V. Ad Hebræos. Sancti per fidem vicerunt regna.

O. Libri Sapientię. Iuſti autem in perpetuum viuent.

P.ms. Libri Sapientiæ. Lingua ſapientium.

CCCCXXXIII. † *In Exaltatione*
2. *ſanctæ Crucis.* Ad Philippenſes. Fratres, Chriſtus factus eſt obe-
L.V. diens vſque ad mortem *&c. vſque.* Quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.

P. *Lectio,* Hoc enim ſentite. *Require in Palmis.*

I. Ad Coloſſenſes. Fratres, Myſte-
O. rium quod abſconditum fuit à ſæculis & generationibus; nunc autem manifeſtatum eſt Sanctis eius: quibus voluit Deus notam facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in Gentibus *&c. vſque.* In quo & laboro, certando ſecundùm operationem eius, quam operatur in me in virtute: per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

CCCCXXXIV. † *In Nat. S. Nicomedis Mart.* Apocalypſis. In V.
diebus illis, Reſpondens vnus.

Libri Sapientiæ. Beatus vir qui P.ms.
in ſapientia.

CCCCXXXV. † *In Natali S. Euphemiæ Virg. & Mart.* Ad Co- P.
rinthios. Qui gloriatur, in Domino.

Libri Sapientiæ. Confitebor Eccli.
tibi Domine Rex; & collaudabo 51.
te Deum Saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniã adiutor O.
& protector factus es mihi; & liberaſti *&c. vſque.* Memoratus ſum miſericordiæ tuæ Domine & operationis tuę, quę à ſæculo ſunt: quoniam eruis ſuſtinentes te; & liberas eos de manu anguſtiæ, Domine Deus noſter.

CCCCXXXVI. † *In Nat. SS.* 1. Euphemię
Luciæ & Geminiani. Libri Sapiẽ- & Geminiani. V.
tiæ. Metuentes Dominum.

Ad Theſſalonicenſes. Gratias V.
agere. ms.

CCCCXXXVII. *In Nat.* SS. *Euſtachij & ſociorum eius.* Libri Sa- V.
pientiæ. Iuſti autem in perpetuum viuent.

CCCCXXXVIII. *In Vigilia S.*
Matthæi Apoſtoli. Libri Sapientiæ. L.P.V.
Beatus homo qui inuenit ſapientiam. ms.

Li-

Digitized by Google

P.O. Libri Sapientiæ. Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula.

CCCCXXXIX. *In Nat. S. Matthæi Euangeliſtæ*. Ezechielis Prophetæ. L.V. Similitudo vultus quatuor animalium.

O. Ad Epheſios. Iam non eſtis hoſpites & aduenæ.

P. ms. Ad Hebreos. Vnicuique noſtrum data eſt gratia.

CCCCXL. *In Nat. SS. Mauritij & Sociorum eius*. Ad Hebreos. L. Sancti per fidem vicerunt.

V. Ad Corinthios. Spectaculum facti ſumus.

P. Apocalypſis. Reſpondens vnus.

ms. Libri Sapientię. Iuſti autem in perpetuum.

CCCCXLI. *In Feſto S. Theclæ*. Ad Corinthios. Qui gloriatur. V.

CCCCXLII. † *In Natali SS. Coſmæ & Damiani*. Libri Sapientię. Iuſti autem. L.

V. Ad Romanos. Scimus quoniam diligentibus Deum.

O. Libri Sapientiæ. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.

P. ms. Libri Sapientiæ. Qui timent Dominum.

1. Ad publicam Miſſam. P. 2. In diebus illis. P. 12. L. P. V.

CCCCXLIII. † *In Dedicatione B. Michaelis Archangeli*. 1 Lectio libri Apocalypſis Beati Iohannis Apoſtoli. 2 Factum eſt prælium magnum in cælo: Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone: & draco pugnabat & Angeli eius; & non valuerunt; neque locus inuentus eſt eorum amplius in cælo *&c. vſque* 12 Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinem Agni, & propter verbum teſtimonij ſui: & non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem. Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis.

[*Superiori Lect. in cod. Lateran. additur in margine*, Vacat: *deſignatur autem quæ hic ſequitur Lectio.*]

3. Ad prioré Miſſam. P. L. P. O.

3 Lectio lib. Apocalypſis B. Iohānis Apoſtoli. In diebus illis, Significauit Deus quæ oportet fieri citò *&c. vſque*. Qui dilexit nos; & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

CCCCXLIV. *In Natali Sancti Hieronymi Presbyteri*. Lectio libri Sapientiæ. Optaui; & datus eſt mihi ſenſus: & inuocaui; & venit in me ſpiritus ſapientiæ: & præpoſui illam regnis & ſedibus: & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius *&c. vſque*. Et ignorabam quoniam horum omnium mater eſt. Quam ſine fictione didici: & ſine inuidia communico bona illius; & honeſtatem illius in abſcondito. 7. L.

[*In cod Later. in margine additur*: Epiſtola, Teſtificor coram Deo & Chriſto Ieſu.

Malachiæ Prophetæ. Scietis quia miſi ad vos. V.

Libri Sapientiæ. Sapientiam omnium. P. ms.

Libri Sapientiæ. Beatus homo qui O.

Digitized by Google

qui inuenit ſapientiam ; & qui affluit prudentia.

[*MENSE. OCTOBRI*]

CCCCXLV. *In Feſto SS. Germani, Remigij & ſociorum eius.*
V. Libri Sapientiæ. Qui metuunt Dominum, non erunt incredibiles.

CCCCXLVI. † *In Nat. S. Marci Papæ*.
L.P. Ad Hebræos. Plures facti ſunt Sacerdotes.

O. Ad Hebræos. Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci.

1. Et Marchi CCCCXLVII. *In Nat. Sanctorum Sergij & Bacchi.* 1 Libri Sapientiæ.
V. Iuſtorum autem animæ.

V. Ad Hebræos. Sancti per fidem.
ms.

CCCCXLVIII. *In Nat. SS. Dionyſij, Ruſtici & Eleutherij.*
L.P. Ad Corinthios.
ms. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum.

17. V. Actuum Apoſtolorum. Stans autem Paulus in medio Ariopagi, ait; Viri Athenienſes *&c. vſque*. Et mulier nomine Damaris, & alij cum eis.

CCCCXLIX. † *In Nat. S. Calixti Papæ & Martyris*.
L.P. ms. Libri Sapientiæ. Ecce Sacerdos magnus.

V. Ad Hebræos. Doctrinis varijs.

O. Libri Sapientiæ. Benedictio Domini ſuper caput iuſti.

CCCCL. *In Natali S. Lucæ Euangeliſtæ*.
L.P. Ezechielis Prophetæ. Similitudo vultus quatuor animalium.

Libri Apocalypſis. Vidi oſtium apertum in cælo. V.

Ad Timotheum. Teſtificor coram Deo. ms.

CCCCLI. *In Nat. SS. Ianuarij & ſociorum eius*. Libri Sapientiæ. Iuſti in perpetuum. P.

Apocalypſis. Reſpondit vnus. ms.

CCCCLII. *In Nat. S. Hilarionis Confeſſ.* Libri Sapientiæ. Beatus vir qui in ſapientia. P.

CCCCLIII. *In Nat. SS. Criſpini & Criſpiniani*. Libri Sapientiæ. Reddet Deus. P. ms.

CCCCLIV. *In Nat. Sanctorum Griſanti & Dariæ*. Ad Hebręos. Sancti per fidem vicerunt regna. V.

CCCCLV. *In Vigilia SS. Simonis & Iudæ.* Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Loquentibus. *Req. in Cōmu. Apoſtolor.* [*p.90.*] V.

Libri Sapientiæ. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. P.

CCCCLVI. *In Nat. Apoſtolorum Simonis & Iudæ*. Lectio Actuum Apoſtolorum. In diebus illis, Exſurgens Princeps Sacerdotum & omnes qui cum illo erant (quæ eſt hæreſis Sadducęorum) repleti ſunt zelo: & iniecerunt manus in Apoſtolos : & poſuerunt eos in cuſtodia publica. Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris; & educens eos, dixit: Ite; & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius. Qui cùm abijſſent, intrauerunt diluculò in templum, & docebant. I. L.

Ad

V.P. Ad Romanos. Scimus quoniam diligentibus Deum,

O.ms. Ad Epheſios. Iam non eſtis hoſpites, & aduenæ.

CCCCLVII. *In Feſto* S. *Ger-*
V. *mani Epiſcopi Capuani*. Ad Hebræos. Omnis namque Pontifex.

CCCCLVIII. *In Vigilia o-*
L.P. *mnium Sanctorum*. Lectio libri
V. Apocalypſis B. Iohannis Apoſtoli. In diebus illis, Ecce ego Iohannes vidi in medio throni & quatuor animalium, & in medio Seniorum, Agnum ſtantem tanquam occiſum *&c. vt in Miſſali Romano*.

[*MENSE. NOVEMBRI*]

CCCCLIX. † *In Nat.* S.*Cæſarij.[Cod.Pal.] Ad priorem Miſſam*
P. *de S.Cæſario.* Libri Sapientiæ. Beatus vir qui in ſapientia.

ms. Libri Sapientiæ. Iuſtus ſi morte.

CCCCLX. *In Feſtiuitate omnium Sanctorum. Ad maiorem Miſ-*
L.O.P. *ſam*. Lectio Libri Apocalypſis B.
V. Iohannis Apoſtoli. In diebus illis, Ecce ego Iohannes vidi alterũ Angelum aſcendentem ab ortu Solis, habentem ſignum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis *&c. vt in Miſſali Romano*.

CCCCLXI. *In Feſto* S. *Leo-*
V. *nardi.* Libri Sapientiæ. Beatus vir qui inuentus eſt ſine.

CCCCLXII. † *In Natali* SS.
quatuor Coronatorum. Ad He- *L.P.*
bræos. Sancti per fidem vicerunt.

Benedictus Deus & Pater. *V.*

Libri Apocalypſis. In diebus illis, Vidi oſtium apertum in cælo: *7.*
& ecce turba magna quam dinu- *O.*
merare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: ſtantes ante thronum & in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis; & palmæ in manibus eorum: & clamabant voce magna dicentes; Salus Deo noſtro qui ſedet ſuper thronum, & Agno. Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni; & Seniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas; & adorauerũt Deum, dicentes; Amen: Benedictio & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro, in ſæcula ſæculorum. amen.

CCCCLXIII. † *In Nat.S.Theo-*
dori Martyris. Libri Sapientiæ. Iu- *L.P.*
ſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculò.

Libri Sapientiæ. Beatus vir qui *V.*
in ſapientia.

CCCCLXIV. *In Dedicatione*
Eccleſiæ Saluatoris. Libri Apoca- *L.V.*
lypſis. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem.

CCCCLXV. *In Feſto* SS.*Try-*
phonis & Reſpicij Martyr. Libri Sa- *V.*
pientiæ. Exſpectatio iuſtorum.

CCCCLXVI. † *In Nat.S.Men-*
næ Martyris. Ad Timotheum. Ne- *P.*
mo militans Deo.

mi. Libri Sapientiæ. Beatus vir qui
inuentus.

CCCCLXVII. † *In Nat.S.Mar-*
L.O.P. *tini Epiſcopi & Confeſſ.* Libri Sa-
V. pientiæ. Ecce Sacerdos magnus.

CCCCLXVIII. *In Nat.S.Mar-*
V. *tini Papæ & Martyr.* Libri Sapien-
tiæ. Dilectus Deo & hominibus.

CCCCLXIX. *In Feſto SS.*
Iohannis Chryſoſtomi & Brictij
V. *Confeſſ.* Ad Hebræos. Plures fa-
cti ſunt Sacerdotes.

CCCCLXX. *In Dedicatione Ba-*
L.3. *ſilicæ Petri & Pauli.* Lectio ......
V. ad Corinthios. Vnuſquiſque pro-
priam mercedem accipiet ſecun-
dùm ſuum laborem: Dei enim
ſumus adiutores *&c. vſque.* Si cu-
ius opus arſerit; detrimentum pa-
tietur: ipſe autem ſaluus erit; ſic
tamen quaſi per ignem.

CCCC LXXI. *In Feſto S.Pon-*
V. *tiani Papæ.* Ad Timotheum. Nemo
militans Deo.

CCCCLXXII. † *In Nat.S.Cæ-*
L.P. *ciliæ Virg.& Mart.* Ad Corinthios.
De virginibus autem.

O.V. Libri Sapientiæ. Domine Deus
meus exaltaſti ſuper terram.

CCCCLXXIII. † *In Natali S.*
Clementis Papæ & Martyris. [*Cod.*
3. *Pal.*] *Ad maiorem Miſſam.* Ad Phi-
P.V. lippenſes. Fratres mei chariſſi-
mi & deſideratiſſimi, gaudium
meum & corona mea *&c. vſque.*
Quorũ nomina ſunt in libro vitę.

Epiſtola de Commu. vnius martyr.
L. Ad Hebræos. Plures facti ſunt
O. Sacerdotes ſecundùm legem.

CCCCLXXIV. † *In Natali*
S. Felicitatis. [*Cod.Pal.*] *Ad priorem*
Miſſam de S. Felicitate. Libri Sa- O.P.
pientiæ. Mulierem fortem quis mi.
inueniet?

[*Cod. Vatic. ita habet.*] In Feſto S.
Felicitatis cum filijs ſuis. Reddet Deus
mercedem.

CCCCLXXV. † *In Natali S.*
Chryſogoni Mart. Ad Timotheum. L.P.
Memor eſto Dominum. mi.

Libri Sapientię. Iuſtus ſi morte V.
præoccupatus.

Ad Corinthios. Benedictus O.
Deus & Pater Domini noſtri Ieſu
Chriſti, Pater miſericordiarum.

CCCCLXXVI. *In Feſto S.Ca-* V.
terinæ Virg. Ad Corinthios. De
virginibus præceptum Domini
non habeo.

CCCCLXXVII. *In Feſto S.Pe-*
tri Alexandrini. Ad Timotheum. V.
Teſtificor coram Deo.

CCCCLXXVIII. *In Feſto SS.*
Vitalis & Agricolæ. Libri Sapien- V.
tiæ. Qui timent Dominum, non
erunt incredibiles.

CCCCLXXIX. *In Nat. SS.*
Chryſanthi, Mauri & Dariæ. Ad mi.
Hebræos. Rememoramini.

CCCCLXXX. † *In Nat.S.Sa-*
turnini. Ad Timotheum. Nemo O.
militans Deo.

Ad priorem Miſſam de Sanctis. P.
Iuſti in perpetuum.

CCCCLXXXI. † *In Vigilia S.*
Andreæ. [*Cod.Pal.*] *Ad maiorem*
Miſſam. Libri Sapientiæ. Benedi- L.P.V.
ctio Domini ſuper caput iuſti.

In

CCCCLXXXII. † *In Nat.S.An-*
L.O.P. *dreæ*. Lectio epiſtolæ Beati Pauli
V. Apoſtoli ad Romanos. Fratres, Corde creditur ad iuſtitiam; ore autem confeſſio fit ad ſalutem: dicit enim Scriptura; Omnis qui credit in illum, non confundetur *&c. vt in Miſſali Romano.*

[*MENSE. DECEMBRI*]

CCCCLXXXIII. S. *Sabæ Confeſſ.*
L. Libri Sapientiæ. Iuſtus cor ſuum tradet.

CCCCLXXXIV. *In Nat.S.Ni-*
L. ms. *colai Epiſcopi & Confeſſ.* Libri Sapientiæ. Ecce Sacerdos magnus.
P. Malachiæ Prophetæ. Scitis quia miſi.

CCCCLXXXV. S. *Ambroſij*
L. *Epiſcopi & Confeſſoris.* Ad Timotheum. Teſtificor coram Deo.

CCCCLXXXVI. *Octaua S.An-*
ms. *dreæ* Libri Sapientiæ. Benedictio Domini.

CCCCLXXXVII. S. *Damaſi*
L. *Papæ & Confeſſ. Epiſtola de Communi Confeſſ.& Pontif.*
ms. Ad Hebræos. Plures facti.

CCCCLXXXVIII. † *In Nat.*
L. S.*Luciæ Virg.& Mart.* Ad Corinthios. De Virginibus præceptum Domini non habeo.
P. Libri Sapientiæ. Confitebor tibi.
O. Libri Sapientiæ. Domine Deus meus exaltaſti.

CCCCLXXXIX. *In Vigilia*
P. S. *Thomæ Apoſt.* Libri Sapientiæ. Benedictio Domini ſuper caput iuſti.

Libri Sapientiæ. Beatus homo qui inuenit. ms.

CCCCXC. *In Natali Sancti*
Thomæ Apoſtoli. Libri Sapientiæ. Benedictio Domini ſuper caput iuſti. L.

Ad Epheſios. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui benedixit nos. P.

Libri Sapientiæ. Beatus vir qui inuentus. ms.

[*In marg. cod. Lateran. poſt feſtum Innocentum habetur ſequens additio.*] S.Thomę Epiſtola, Omnis Pōtifex ex hominibus aſſumptus. Require in Communi vnius Pontificis.

CCCCXCI. *In Dedicatione*
Eccleſiæ. Lectio Apocalypſis Beati Iohannis Apoſtoli. In diebus illis, Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam, deſcendentem de cælo à Deo *&c. vt in Miſſali Romano.* L.O.P.

Libri Apocalypſis. In diebus illis, Venit Angelus & locutus eſt mecum dicens; Veni, & oſtendam tibi ſponſam vxorem Agni. Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum: & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem *&c. vſque.* Nox enim non erit illic. Et afferent gloriam & honorem Gentiū in illam: nec intrabit in eam aliquid coinquinatum, & faciens abominationem & mendacium; niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ & Agni. 21. P.

Ad Corinthios. Fratres, Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem: Dei I3. O.P.

ēnim ſumus adiutores: Dei agri-
cultura eſtis *&c.vſq;* Si cuius opus
arſerit, detrimentum patietur: ipſe
autem ſaluus erit; ſic tamen quaſi
per ignem.

CCCCXCII. *In Dedicatione Al-*
18.19. *taris*. Lectio Iſaiæ Prophetæ.
P.V. Hæc dicit 1 Dominus: In illa die
1. Dominus deferetur munus Domino Deo
Deus. exercituum:& Rex fortis domina-
P. bitur eorum. In die illa erit alta-
re Domino in medio terræ: & co-
gnoſcetur Dominus;& colent eum
in hoſtijs & muneribus; & vota
vouebunt Domino,& ſoluent. Et
reuertentur ad Dominum: & pla-
cabitur eis; & ſanabit eos. In die
illa erit Iſrael benedictio in medio
terræ cui benedixit Dominus
Deus exercituum dicens; Benedi-
ctus populus meus, & opus ma-
nuum mearum, & hæreditas mea
Iſrael: dicit Dominus omnipo-
tens.

CCCCXCIII. *In Ordinatione*
1.3. *Diaconorum*. Ad Timotheum.
Ord. Chariſſime, Diaconos conſtitue
Rom. pudicos, non bilingues, non mul-
mi. to vino deditos, non turpe lucrum
ſectantes,habentes myſterium fidei
in conſcientia pura *&c.vſque.* Qui
enim benè miniſtrauerint,gradum
bonum ſibi acquirent, & multam
fiduciam in fide, quæ eſt in Chri-
ſto Ieſu Dominò noſtro.

CCCCXCIV. *In Ordinatione*
a. *Presbyteri*. Ad Titum. Cha-
O. riſſime, Paulus ſeruus Dei, Apo-
ſtolus autem Ieſu Chriſti ſecun-
dùm fidem electorum Dei,& agni-
tionem veritatis, quæ ſecundùm
pietatem, in ſpem vitæ æternæ
&c. vſque. Sed hoſpitalem, be-
nignum, ſobrium, iuſtum, con-
tinentem, amplectentem eum qui
ſecundùm doctrinam eſt, fidelem
ſermonem; vt potens ſit exhortari
in doctrina ſana: per Ieſum Chri-
ſtum Dominum noſtrum.

CCCCXCV. *In Ordinatio-*
ne Epiſcopi. Ad Timotheum. 1. 3.
Chariſſime, Fidelis ſermo: Si quis *P.*
Epiſcopatum deſiderat, bonum *Ord.*
opus deſiderat. Oportet ergo Epi- *Romani*
ſcopum *&c.vſque.* Oportet autem
illum & teſtimonium habere bo-
num ab his qui foris ſunt; vt do-
ctrinam Domini noſtri ornet in
omnibus.

Alia. Lectio libri Deuteronomij. 28.
Hęc dicit Dominus:Pronunciabūt *P.*
Leuitę ad vniuerſum Iſrael, excel-
ſa voce dicentes: Faciat te Deus
tuus excelſiorem cunctis Genti-
bus quę verſantur in terra: ve-
nientque ſuper te vniuerſę bene-
dictiones iſtę; & apprehendent te.
Benedictus tu in ciuitate; & bene-
dictus in agro: benedictus fructus
ventris tui,& fructus terræ tuę; fru-
ctuſque iumentorum tuorum,gre-
ges armentorum tuorum, & cau-
lę ouium tuarum.Benedicta horrea
tua; & benedictę reliquię tuę. Be-
nedictus eris ingrediens & egre-
diens. Dabit Dominus inimicos
tuos qui conſurgunt aduersùm te,
corruentes in conſpectu tuo.
Emit-

Digitized by Google

Emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuum tuarum. Suſcitabit te Dominus ſibi in Sacerdotem magnum; ſicut iurauit tibi. Videbuntque omnes terrarum populi quòd nomen Domini inuocatum ſit ſuper te.

CCCCXCVI. *In benedictione*
I. 6. *Diaconæ.* Ad Corinthios. Fratres,
Ord. Neſcitis quoniam corpora veſtra
Rom. membra Chriſti, ſunt? tollens ergo membra Chriſti faciam membra meretricis? abſit *&c. vſque.* Et non eſtis veſtri: empti enim eſtis pretio magno; glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

CCCCXCVII. *Ad benedicen-*
I. 6. *dum ſponſam.* Ad Corinthios. Fra-
V. O. tres, Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? *vt ſupra in benedictione Diaconæ.*

CCCCXCVIII. *In Miſſis in*
I. 2. *cotidianis diebus.* Ad Timotheum.
O. Chariſſime, Obſecro primùm fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus *&c. vſque.* In quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus (veritatem dico, non mentior,) Doctor Gentium in fide & veritate.

I. 6. Ad Timotheum. Chariſſime,
O. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quia nec auferre quid poſſumus *&c. vſque.* Qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilatò, bonam confeſſionem: vt ſeruetis mandatum ſine macula, inreprehenſibile vſque ad aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Ad Hebræos. Fratres, Ad quem I. 2.
Angelorum dixit aliquando, Sede O.
à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? *&c. vſque.* Quem cùm initium accepiſſet enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt in nos confirmata eſt.

Ad Hebræos. Fratres, Feſtine- 4.
mus ingredi in illam requiem, vt Q.
ne in idipſum quis incidat in incredulitatis exemplum *&c. vſque.* Adeamus cum fiducia ad thronum gloriæ; vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus: in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Ad Hebræos. Fratres, Recogi- 12.
tate Dominum Ieſum Chriſtum; Q.
qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduersùm ſemetipſum contradictionem: vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes *&c. vſque.* Deinde patres quidem carnis noſtræ, habuimus eruditores; & reuerebamur: non multò magis obtemperabimus Patri ſpirituum, & viuemus?

CCCCXCIX. *In Feſto S.*
Trinitatis. Ad Corinthios. Fra- II. 13.
tres, Gaudete perfecti eſtote; L.
exhortamini; idem ſapite; pacem habete: & Deus pacis erit vobiſcum. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus

ſit

ſit ſemper cum omnibus vobis, amen.

D. *In Miſſa votiua Spiritus*
L. *Sancti*. *Epiſt.* Actuum Apoſtolorum. Cùm audiſſent Apoſtoli qui erant. [*Req.pag.60.*]

V. DI. [*De S.Maria*. Libri Sapientiæ. Ab initio & ante ſæcula creata ſum *&c. vt in Miſſali Romano*.

[*Sequitur in cod. Vatic. immediatè ſine titulo quæ hic ponetur Lectio.*]

II.a. DII. Ad Timotheũ. Chariſſime,
Firmum fundamentum Dei ſtat,
V. habens ſignaculum hoc, Cognouit Dominus qui ſunt eius *&c. vſque.* Seruum autem Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes; docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati.

DIII. [*Cod.Vat.*] *De Trinitate.* [*Cod.Pal.*] *Die Dominico de S.Tri-*
11. *nitate.* Ad Romanos. Fratres, O al-
V.P. titudo diuitiarum ſapientię & ſciẽtię Dei! quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! *&c. vſque*. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia; ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. amen.

DIV. *Feria II. De Sancta Trini-*
II.13. *tate*. Ad Corinthios. Fratres,
O. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei & communicatio Sancti Spiritus ſit cum omnibus nobis. amen.

9. *Feria II. De Sapientia*. Libri
P. Sapientiæ. In diebus illis, Dixit Salomon; Deus patrum meorum, & Domine miſericordiæ; qui feciſti omnia verbo tuo: & ſapientia tua conſtituiſti hominem vt dominetur creaturæ quę à te facta eſt; vt diſponat orbem terrarum in æquitate & iuſtitia; & in directione cordis iudicium iudicet: da mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam; & noli me reprobare à pueris tuis: quoniam ego ſeruus [tuus] ſũ, & filius ancillę tuę.

Feria II. ad poſcenda Angelica Suffragia. Libri Apocalypſis. 19.
In diebus illis, Dixit mihi H.P.O.
Angelus, Scribe: Beati qui ad cænam nuptiarum Agni vocati ſunt. Et dixit mihi. Hæc verba Dei vera ſunt. Et cecidi ante pedes eius vt adorarẽ eum. Et dixit mihi, Vide ne feceris: conſeruus tuus ſum & fratrum tuorum, habentium teſtimonium Ieſu: Deum adora.

DV. *Feria III. de Spiritu Sancto.* L.12.
Ad Corinthios. Fratres, Vnicuique P.
datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem: alij quidem *&c. vſque*. Diuidens ſingulis, prout vult.

Feria III. De Charitate. Ad I. 13.
Corinthios. Fratres, Charitas O.
patiens eſt; benigna eſt: non æmulatur: non agit perperam: non inflatur: non eſt ambitioſa: non quærit quæ ſua ſunt: non irritatur: non cogitat malum: non gaudet ſuper iniquitate: congaudet autem veritati. Omnia ſuffert: omnia credit: omnia ſperat:

Digitized by Google

rat: omnia ſuſtinet. Charitas nunquam excidet.

DVI. *Feria IV. De Spiritu*
I12. *Sancto*. Ad Corinthios. Fratres,
O. Notum vobis facio Euangelium,
quia nemo in Spiritu Dei loquens,
dicit Anathema Ieſu: & nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus *&c. vſque*. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens ſingulis prout vult.

Feria IV. De Angelis. Apo-
P. calypſis. In diebus illis, Dixit mihi
Angelus. Scribe [*vt ſupra p.* 126.]

Feria IV. [*De S. Petro Apoſtolo.*]
9. Actuum Apoſtolorum. In diebus
V. illis, Factum eſt, dum Petrus viſitaret vniuerſos, deueniret ad Sanctos qui habitabant Liddæ *&c. vſque*. Et viderunt illum omnes qui habitabant Liddæ & Saronæ: qui conuerſi ſunt ad Dominum.

DVII. *Feria V. De Sancta*
Sapientia. Ad Romanos. O Al-
11. titudo diuitiarum ſapientiæ &
O. ſcientiæ Dei! Quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius *&c. vſque*. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ipſi honor & gloria in ſæcula ſæculorum. amen.

Feria V. De Charitate. Ad Co-
P. rinthios. Fratres, Charitas patiens
eſt; benigna eſt. Charitas non æmulatur. [*vt ſupra pag.* 126.]

Feria V. [*De S. Petro Apoſtolo.*]
9. Actuum Apoſtolorum. In diebus
V. illis, In Ioppe fuit quædam diſcipula nomine Thabita; quæ interpretata dicitur, Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis & eleemoſynis quas faciebat *&c. vſq;* Et cùm vocaſſet Sanctos & vidnas, aſſignauit eam viuam. Notum autem factum eſt per vniuerſam Ioppen: & crediderunt multi in Domino.

DVIII. *Feria VI. De ſancta Cru-*
ce. Ad Philippenſes. Fratres, Chri- 2.
ſtus factus eſt pro nobis obediens *H.O.P.*
vſque ad mortem, mortem autem crucis *&c. vſque*. Et omnis lingua confiteatur quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.

DIX. *Sabbato. De Sancta Ma-*
ria. Lectio libri Sapientiæ. Ab *O.*
initio & ante ſæcula creata ſum, & vſque ad futurum ſæculum non deſinam *&c. vt in Miſſali Romano*.

Libri Sapientiæ. Fortitudo & Pro-
decor indumentum eius; & ride- uerb.
bit in die nouiſſimo. Os ſuum ape- 31.
ruit ſapientiæ; & lex clementiæ in *P.*
lingua eius. Conſiderauit ſemitas domus ſuæ: & panem ocioſa non comedit. Surrexerunt filij eius; & beatiſſimam prædicauerunt: vir eius, & laudauit eam. Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas.

DX. *Pro cunctis qui Eccle-*
ſiæ præſunt. Lectio Actuum Apo- 20.
ſtolorum. In diebus illis, Cùm *P.*
veniſſet Paulus Miletum, miſit Epheſum; & vocauit Maiores natu Eccleſiæ. Qui cùm veniſſent ad eum,

Digitized by Google

cum, & ſimul eſſent; dixit eis: Attendite vobis & vniuerſo gregi; in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Et nunc commendo vos Deo & verbo gratiæ ipſius; qui potens eſt ædificare, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus.

DXI. *Pro omni Gradu Eccle-*
4. *ſiæ*. Ad Epheſios Fratres, Vni-
P. cuique noſtrum data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores; ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti; donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis Chriſti.

Pro Regibus. O. DXII. *Pro Rege*. Lectio libri
Regum. Hæc dicit Dominus: Ego
te tuli vt eſſes dux ſuper popu-
II.7. lum meum Iſrael: & fui tecum in
O. omnibus vbicunque ambulaſti: & interfeci vniuerſos inimicos tuos à facie tua: fecique tibi nomen grande *&c. vſque*. Et fidelis erit domus tua & regnum tuum vſque in æternum ante faciem meam: & thronus tuus erit firmus iugiter, ſecundum omnia verba hæc.

I.2. Lectio Epiſtolæ Beati Petri
P. Apoſtoli. Chariſſimi, Subiecti
eſtote omni humanę creaturę propter Dominum; ſiue regi quaſi præcellenti *&c. vſque*. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis: hæc eſt enim gratia in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

DXIII. *Pro Exercitu, ſiue Principibus, ſiue Pro populo, ſiue Pro ali-*
qua tribulatione. Lectio libri Eſdrę. II.1.
In diebus illis, Orauit Eſdras di- P.
cens: Quæſo Domine fortis, magne atque terribilis; qui cuſtodis pactum his qui diligunt mandata tua: fiat auris tua auſcultans; & oculi tui aperti ad orationem ſerui tui; quia ego oro corã te nocte ac die pro ſeruis tuis; & confiteor pro peccatis eorum quibus peccauerunt tibi. Memento verbi tui quod mandaſti Moyſi famulo tuo, dicens; Si reuerſi fueritis ad me vt cuſtodiatis mandata mea, & faciatis ea: etiam ſi adducti fueritis ad extrema cæli, inde congregabo vos; & inducam vos in locum, quem elegi vt habitaret nomen meum ibi. Et ipſi, ſerui tui & populus tuus; quos redemiſti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida. Et nunc Domine ſit auris tua intendens ad orationem famuli tui, & ſeruorum tuorum qui volunt timere nomen tuum; & dirige eos hodie: & da miſericordiam populo tuo Domine Deus noſter.

DXIV. *Pro Congregatione*. 12
Ad Philippenſes. Fratres, Confi- Q.
dimus

dimus in Domino Ieſu quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu *&c. vſque*. Vt ſitis ſinceri & ſine offenſa in diem Chriſti Ieſu; repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum in gloriã & laudẽ Dei.

Ad Romanos. Fratres, Non re-
6. gnet peccatum in veſtro mortali
P. corpore, ad obediendum deſiderijs eius. Sed neque exhibeatis membra veſtra, arma iniquitatis, peccato: ſed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes; & membra veſtra, arma iuſtitiæ Dei. Peccatum enim in vobis non dominabitur: non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.

P. Ad Theſſalonicenſes. Fratres, Rogamus vos, corripite inquietos. *Require in primo Sabbato Quadrageſimæ*.

P. Lectio libri Sapientiæ. Miſerere noſtri Deus omnium. *Require in eodem Sabbato*.

DXV. *Pro concordia fratrum.*
I. 4. B. Iohannis Apoſtoli. Chariſſimi,
P. Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum *&c. vſque*. Si diligamus inuicem; Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt.

DXVI. *Pro cuncto populo Catholico & pro omni Gradu Eccle-*
I.2. *ſiæ*. Ad Timotheum. Chariſſimi,
P. Obſecro igitur primùm omnium fieri orationes *vſque*. (Veritatem dico non mentior) Doctor Gentium in fide & veritate: in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Lectio Micheæ Prophetæ. Domine Deus noſter paſce populum P.
tuum. *Require in Sabbato ieiunij Septimi menſis*.

DXVII. 1 *In Miſſa quam Sacerdotes pro ſe canere debet*. Ad 1. Miſſa Sacerdotis. O.
Timotheum. Chariſſime, Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus; quia Chriſtus Ieſus venit in hunc I. 1.
mundum peccatores ſaluos facere *&c. vſque*. Regi autem ſæculo- O.P.
rum immortali & inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum. amen.

Ad Romanos. Fratres, Obſe- 15.
cro vos per Dominum noſtrum O.
Ieſum Chriſtum, & per charitatem Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Dominum *&c. vſque*. Vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigerer vobiſcum. Deus autem pacis ſit cum omnibus vobis.

Lectio libri Sapientiæ. Sacrifi- Eccli.
cium ſalutare eſt adtendere man- 35.
datis, & diſcedere ab omni iniqui- O.P.
tate: & deprecatio pro peccatis,
2 recedere ab iniuſtitia. 3 Tribuit 2. diſcedere. O.
gratiam, qui offert ſimilaginem: & qui facit miſericordiam, offert 3. Retribuit.
ſacrificium. Non apparebis vacuus ante cõſpectũ 4 Dei: hęc enim P.
omnia propter mandatum Domi- 4. Domini.
ni fiunt. Oblatio iuſti impinguat P.
altare; & odor ſuauitatis eſt in conſpectu Altiſſimi.

Digitized by Google

I. 9. Lectio libri Eſdræ. In diebus il-
P. lis, Dixit Eſdras; Deus meus confundar & erubeſcam leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates meæ multiplicatæ ſunt ſuper caput meum; & delicta mea creuerunt vſque ad cælum: quia peccaui grauiter vſque ad diem hanc. Obſecro Domine, ſit auris tua intendens ad orationem ſerui tui: & dirige ſeruum tuum; & da ei miſericordiam tuam ante te. Tu Deus propitius, & miſericors, & longanimis, & multæ miſerationis; ne derelinquas me; & ne auertas faciem tuam à me; quia Deus miſerationum & clemens tu es.

Thren. Lectio Hieremiæ Prophetæ. In
3. diebus illis, Locutus eſt Ieremias
P. Propheta dicens: Miſericordię Domini multæ quia non ſumus conſumpti; quia non defecerunt miſerationes eius. Pars mea Dominus, dixit anima mea. Propterea exſpectabo eum. Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quæ quærit illum. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Domini: quia non repellit in ſempiternum Dominus; ſed miſerebitur ſecundùm multitudinem miſerationum ſuarum. Scrutemur vias noſtras: & quæramus, & reuertamur ad Dominum: leuemus corda noſtra cum manibus ad Deum in cælum. Ne auertas Domine aurem tuam à ſingultu meo & clamoribus. Appropinquaſti enim in die quando inuocaui te: dixiſti, Ne timeas; quia ego ſum Dominus Deus tuus.

DXVIII. *In Miſſa quam Sacerdos pro ſibi confeſſo canere debet.*
Ad Galatas. Fratres, Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus: non efficiamur inanis glorię cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto *&c. vſque.* Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem Chriſti. 5. 6. *Al. cod. Vaticana Baſilica.*

In Miſſa poſt reconciliationē pœnitentis. require vt ſupra [*pro confeſſo.*]

[*In cod. O. exſtat vetuſtus Ordo ad pœnitentiam dandam ſub hoc titulo.* In Chriſti nomine incipit ordo ad Pœnitentiam dandam ſecundùm ſeniorum Patrum traditionem, qualiter confeſſiones vniuſcuiuſque Sacerdos ſuſcipi debeant. *Et ordine eodem deſcripto, ſequitur.*]

Item ad Miſſa.

Ad Epheſios. Fratres, Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocatis eſtis, cum omni humilitate *&c. vſque.* Qui eſt ſuper omnes, & in omnibus nobis: qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. amen. 4.

DXIX. *In Miſſa pro amico fideli.* Ad Corinthios. Fratres, Gratias ago Deo meo ſemper pro omnibus vobis, in gratia Dei quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu: quia in omnibus diuites facti eſtis in illo *&c. vſque.* Qui & confirmabit vos vſque in finem ſine crimine, in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti. I. 1. O.

Pro

DXX. *Pro ſalute vnius vi-*
6. *ui*. Ad Galatas. Fratres, Si præ-
P. occupatus fuerit homo in aliquo
delicto; vos qui ſpirituales eſtis,
huiuſmodi inſtruite in ſpiritu le-
nitatis; conſiderans teipſum, ne
& tu tempteris. Alter alterius one-
ra portare: & ſic adimplebitis le-
gem Chriſti.
44. Lectio Eſaiæ Prophetæ. Hæc
dicit Dominus: Audi Iacob
P. ſerue meus; & Iſrael quem elegi,
faciens & formans te; ab vtero
auxiliator tuus: quia ego ſum qui
deleo iniquitates tuas propter me;
& peccatorum tuorum non recor-
dabor. Reduc me in memoriam
vt iudicemur ſimul. Narra ſi quid
habeas, vt iuſtificeris. Noli time-
re ſerue meus Iacob, & rectiſſime
quem elegi: effundam enim aquam
ſuper ſitientem; & fluenta ſuper
aridam. Effundam de Spiritu meo
ſuper ſemen tuum: & benedictio-
nem meam ſuper generationem
tuam: dicit Dominus omnipotens.
DXXI. *Pro ſalute viuorum*.
1. Ad Coloſſenſes. Fratres, Non
O.P. ceſſamus pro vobis orantes &
poſtulantes, vt impleamini agni-
tione voluntatis Dei, in omni
ſapientia & intellectu ſpiritua-
li; vt ambuletis dignè Deo *&c.*
vſque. Et tranſtulit in regnum Fi-
lij dilectionis ſuæ: in quo habe-
mus redemptionem per Sangui-
nem ipſius, remiſſionem peccato-
rum. [*in cod. O. ſequitur:*] per Ieſum
Chriſtum Dominum noſtrum.

Epiſtolæ Beati Iacobi Apoſtoli. P.
Chariſſimi, Confitemini alteru-
trum peccata veſtra. *Require in*
Litania maiore.
DXXII. *Pro eleemoſynas facien-*
tibus. Ad Corinthios. Qui parcè P.
ſeminat, parcè & metet. *Require*
in Natali S. Laurentij.
Eſaię Prophetæ. Hæc dicit Do- P.ms.
minus Deus: In die illa deferetur
munus. *Require in Dedicatione Al-*
taris.
Lectio Eſaię Prophetæ. Hæc di- 58.
cit Dominus Deus: Frange eſu- P.
rienti panem tuum: & egenos va-
goſque induc in domum tuam.
Cùm videris nudum *&c. vſque*.
Clamabis; & dicet, Ecce adſum:
quia miſericors ſum Dominus
Deus tuus.
DXXIII. *Pro iter agentibus*. Le- 46.
ctio libri Geneſis. In diebus V.P.
illis, Profectus eſt Iſrael cum
omnibus, quæ habebat: & ve-
nit ad puteum Iuramenti; & ma-
ctatis ibi victimis Deo patris ſui
Iſaac, audiuit eum per viſionem
noctis vocantem ſe, & dicentem
ſibi; Iacob, Iacob. Cui reſpondit,
Ecce adſum. Ait illi Deus; Ego
ſum fortiſſimus Deus patris tui:
noli timere. Deſcende in Aegy-
ptum, quia in gentem magnam
faciam te ibi. Ego deſcendam te-
cum illuc; & ego inde adducam
te reuertentē. [*cod. Vat. addit:*] ait
Dominus omnipotens.
Lectio libri Geneſis. In die- 24.
bus illis, Locutus eſt Abraham O.P.

dicens: Dominus Deus cæli qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ; qui locutus eſt mihi, & iurauit dicens; Semini tuo dabo terram hanc; ipſe mittet Angelum ſuum coram te.

DXXIV. *Pro Inimicis*. Ad
P. Romanos. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. *Require Dominica III. poſt Epiphaniam.*

DXXV. *Pro Infirmis*. Epiſto-
V.O.P. læ Beati Iacobi Apoſtoli. Chariſſimi, Triſtatur aliquis veſtrum? oret. Aequo animo eſt? *&c. vſque.* Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra; & orate pro inuicem vt ſaluemini.

DXXVI. *In Miſſa* S. *Sigiſmundi Regis pro febre*. Actuum Apo-
18. ſtolorum. In diebus illis, Erat qui-
Al. cod. Baſilicæ Vaticanæ. dam homo nomine Publius ſuſcipiens nos triduum benignè: contigit autem patrem Publij febribus *&c. vſque*. Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt.

DXXVII. *Contra Aduerſantes*.
P. Libri Eſther. Orauit Eſther ad Dominum. *Require in Feria IV. hebdomada II. Quadrageſimæ.*

DXXVIII. *Contra Iudices, ma-*
5. *lè agentibus*. Lectio Iſaiæ Prophe-
O. tæ. Hæc dicit Dominus: Væ qui coniungitis domum ad domum; & agrum agro copulatis vſque ad terminū loci. Numquid habitabitis ſoli vos in medio terræ? In auribus meis ſunt hæc Domini exercituum. Niſi domus multæ deſertæ *&c. vſque*. Ideò iratus eſt furor Domini in populos: & extendit manum ſuam ſuper eum; & percuſſit eum: & turbati ſunt montes: & facta ſunt morticina eorum quaſi ſtercus in medio platearum. In omnibus his non eſt auerſus furor eius; ſed adhuc manus eius extenta.

DXXIX. *Pro quacumque tri-*
bulatione. Ad Corinthios. Be- P.
nedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis. [*Req. pag. 94.*]

Libri Sapientiæ. Miſerere no- P.
ſtri Deus omnium. *Req. in primo Sabbato Quadrageſimæ.*

DXXX. *In Miſſa (quod abſit) pro tentatione carnis*. Ad
Corinthios. Fratres, Fiduciam II. 3.
talem habemus per Chriſtum O.
ad Deum; non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis *&c. vſque*. Nam nec glorificatum eſt quod claruit in hac parte, propter excellentem gloraim. Si enim quod euacuatur per gloriam eſt; multò magis quod manet, in gloria eſt.

Ad Romanos. Fratres, Condelector legi Dei ſecundùm interio- 7.
rem hominem: video autem aliam P.
legem in membris meis *&c. vſque*. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

DXXXI. 1 *Pro remiſſione pec-* 1. Pro
catorum. Lectio Hieremiæ Pro- peccatis. P.
phetæ. Si iniquitates noſtræ 14.
re-

1\. contendérint contra nos Domine. P. 1 reſponderint nobis, Domine; fac propter nomen tuum: quia multæ ſunt auerſiones noſtræ *&c. vt in textu Bibliorum vſque*. Tu autem in nobis es Domine; & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos: ne
O.P. derelinquas nos Domine Deus noſter.

DXXXII. *Pro petitione lacrymarum*. Ad Romanos. Scimus enim
8\.
P. quòd omnis creatura ingemiſcit & parturit vſque adhuc *&c. vſque*. Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret Spiritus, quia ſecundùm Deum poſtulat pro Sanctis.

Pro conpunctione lachrymarum.
O. Lectio Iohelis Prophetę. Hæc dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio. *Req. Hebd. in Quad. in Feria IV. caput Ieiunij*.

DXXXIII. *Ad poſtulandam pluuiam*. Lectio Hieremiæ Prophetæ.
14\.
O.P. In diebus illis, Locutus eſt Hieremias dicens: Numquid proijciens abiecisti Iudam? aut Syon abominata eſt anima tua? quare ergo percuſſiſti nos ita vt nulla ſit ſanitas? *&c. vſque*. Numquid ſunt in ſculptilibus Gentium qui pluant? aut cæli poſſunt dare imbrem? Nonne tu es Domine Deus noſter, quem exſpectauimus? Tu enim feciſti omnia hęc, Domine Deus noſter.

DXXXIV. *Ad poſcendam cæli ſerenitatem*. Epiſtolæ Beati Iacobi
O. Apoſtoli. Chariſſimi, Confitemini alterutrum peccata veſtra. *Require in Litania maiore*.

DXXXV. *Pro inundatione pluuiæ*. Lectio Hieremiæ Prophetæ. In diebus illis, Locutus eſt Threu. 2.
Hieremias dicens: Conſurge; lauda in nocte in principio vigiliarum. Effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini. Leua ad eum manus tuas pro animabus paruulorum tuorum: quia defecerunt in fame, in capite omnium competorum. Vide Domine & conſidera quem vindemiaueris ita. Ergone comedent mulieres fructum ſuum, paruulos P.
ad menſuram? Lapſa eſt in lacum vita mea: & poſuerunt lapidem ſuper me. Inundauerunt aquæ ſuper caput meum. Dixi, Perij. Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouiſſimo. Vocem meam exaudiſti. Ne auertas aurem tuam à ſingultu meo & clamoribus. Appropinquaſti in die quando inuocaui te: dixiſti, Ne timeas. Iudicaſti cauſam animæ meæ redemptor vitæ meæ, Domine Deus meus. 5.

DXXXVI. *Pro mortalitate*. Lectio 36.
Ezechielis Prophetæ. Hæc dicit O.
Dominus Deus: Ego leuaui manum meam, vt gentes quæ in circuitu veſtro ſunt, ipſi confuſionem ſuam portent. Vos autem montes Iſrael *&c. vſque*. Et habitare vos faciam ſicut à principio, boniſque donabo maioribus quàm habuiſtis ab initio: & ſcietis quia ego ſum Dominus Deus veſter.

Lectio libri Regum. In diebus
II.24. illis, Immiſit Dominus peſtilen-
H. tiam in Iſrael, de manè vſque ad
tempus conſtitutum: & mortui
ſunt ex populo à Dan vſque ad
Berſabee, ſeptuaginta millia viro-
rum *&c. vſque*. Venit autem Gad
Propheta ad Dauid in die illa, &
dixit ei; Aſcende, & conſtitue al-
tare Domino in area Areuna Ie-
buſæi. Et aſcendit Dauid iuxtà
ſermonem Gad, quem præceperat
ei Dominus omnipotens.

DXXXVII. *In tempore bel-*
37. *li*. Lectio Eſaiæ Prophetæ. In die-
O. bus illis, Cùm audiſſet Rex Eze-
chias verba Rabſacis, quem miſit
Rex Aſſyriorum ad blaſpheman-
dum Deum viuentem; ſcidit veſti-
menta ſua: & obuolutus eſt ſacco;
& intrauit in domum Domini. Et
miſit ſeniores de Sacerdotibus
opertos ſaccis, ad Eſaiam filium
Amos Prophetã, & dixit ad eum;
Hæc dicit Ezechias, Dies tribula-
tionis & correptionis & blaſphe-
miæ dies hæc. Quia venerunt filij
vſque ad partum *&c. vſque*. Ne ti-
meas à facie verborum quæ audi-
ſti, quibus blaſphemauerunt pue-
ri Regis Aſſyriorum me. Ecce ego
dabo eis ſpiritum; & audient nun-
tium; & reuertentur ad terram
ſuam: & corruere eum faciam gla-
dio in terra ſua. Quia ego ſum
Dominus Deus faciens mirabi-
lia.

42. Lectio Hieremiæ Prophetæ. In
diebus illis, Factum eſt verbum
Domini ad Hieremiam: vocauit-
que Iohannan filium Careæ, & P.
omnes principes bellatorum qui
erant cum eo, & vniuerſum popu-
lum à minimo vſque ad maxi-
mum; & dixit ad eos: Hæc dicit
Dominus Deus Iſrael, ad quem
miſiſtis me vt proſternerem pre-
ces veſtras in conſpectu eius *&c.
vſque*. Et dabo vobis miſericor-
dias; & miſerebor veſtri: & habi-
tare vos faciam in terra veſtra: ait
Dominus omnipotens.

DXXXVIII. *Pro pace*. Lectio Thren.
Hieremiæ Prophetæ. In diebus il- 3.
lis, Locutus eſt Hieremias dicens:
Miſericordiæ Domini multæ quia O.
non ſumus conſumpti; quia non
defecerunt miſerationes eius. Pars
mea Dominus, dixit anima mea:
propterea exſpectabo eum. Bonus
eſt Dominus ſperantibus in eum,
animæ quærentium illum. Bonum
eſt præſtolare cum ſilentio ſalutare
Domini. Quia non repellit in ſem-
piternum Dominus; ſed miſere-
bitur ſecundùm multitudinem
miſericordiarum ſuarum. Scrute-
mur vias noſtras: & quæramus, &
reuertamur ad Deum. leuemus
corda cum manibus ad Deum in
cælum. Ne auertas Domine au-
rem tuam à ſingultu meo & cla-
moribus. Appropinquaſti in die
quando inuocaui te: dixiſti, Ne ti-
meas; quia ego ſum Dominus
Deus tuus.

Lectio libri Machabeorum. In P.
diebus illis, Orationem faciebant

Sa-

Sacerdotes. *Require in primo Sabbato Quadrageſimæ.*

P. Danielis Prophetæ. Orauit Daniel. *Req. in feria V. Dominicæ Paſſionis Domini.*

DXXXIX. *Pro ſalute viuorum, vel Agenda mortuorum.* Ad
O. Romanos. Fratres, Quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu. [*Require pag.64.*]

O. Ad Timotheum. Chariſſime, Obſecro primum omnium fieri obſecrationes orationes, poſtulationes. [*Require ſupra pag.125.*]

Ad Galatas. Fratres, Nolite errare: Deus non irridetur: quæ enim
6. 9. ſeminauerit homo, hæc & metet *&c. vſque*. Ergo dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes, maximè autẽ ad domeſticos fidei.

DXL. *Pro eo qui eſt proxi-*
Al. cod. Baſilicæ Vaticanæ. *mus morti*. Eſaiæ Prophetæ. Hæc dicit Dominus: Orietur in tenebris lux tua [*&c. vt infra pro defunctis.*]

DXLI. *Pro Defunctis*. Lectio
II.12. libri Machabæorum. In diebus il-
L.O.P. V. lis, Vir fortiſſimus Iudas, collatione facta, duodecim milia drachmas argenti miſit Hieroſolymam offerri *&c. vſque*. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.

[*Superiori Lectioni in altero cod. Baſilicæ Vaticanæ preponitur titulus:* In Miſſa pro vnius defuncti. *in cod. verò O.* Pro pluribus defunctis. *in cod. alio apud Goldaſtum tom.2. parte II. pag.147. Rerum Alemannicarum eadem Lectio Miſſa* in Cœmeterio *adſcribitur.*]

Ad Theſſalonicenſes. Fratres,
Nolumus vos ignorare de dormientibus; vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent *&c. vt in Miſſali Romano vſque*. Et ſic ſemper cum Domino erimus. Itaque conſolamini inuicem in verbis iſtis. L.O.P. V.

[*Præpoſita Lectio in alio cod. Baſilicæ Vaticanæ ponitur*. In Miſſa de die III. VII. & XXX. *&* In Miſſa pro Annuali.]

Ad Corinthios. Fratres, Sicut portauimus imaginẽ Terreni; portemus & imaginem Cæleſtis. Hoc autem dico, fratres, quoniã caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt: neque corruptio incorruptelam poſſidebit. Ecce myſterium vobis dico: Omnes quidem reſurgemus; ſed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi *&c. vſque*. Vbi eſt, mors, ſtimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum eſt: virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. I. 15.

[*Lectio ſuperior hoc modo incipit in codd. V.P. & alio Baſilicæ Vaticanæ; in quo poſtremo cod. adſcribitur Miſſæ* In die depoſitionis defuncti. *In codd. verò Later. & O. incipit*. Fratres, Ecce myſterium vobis dico.]

Ad Corinthios. Fratres, Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors; & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificabun- I. 15. P.

buntur; vnuſquiſque autem in ſuo ordine: per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

14. L.V.P. O. Libri Apocalypſis. In diebus
illis, Audiui vocem de cælo di-
centem mihi, Scribe: Beati mor-
tui qui in Domino moriuntur:
amodò enim iam, dicit Spiritus,
vt requieſcant à laboribus ſuis:
opera enim illorum ſequuntur il-
los.

[*In altero cod. Baſilicæ Vaticanæ prædictæ Lectioni præponitur titulus*: In Miſſa plurimorum defunctorum. *in cod. verò O.* In die depoſitionis defuncti.]

58. O.P. Lectio Eſaiæ Prophetæ. Hęc di-
1. Dominus Deus. P. cit 1 Dominus, Orietur in tenebris
lux tua; & tenebræ tuæ erunt ſicut
meridies. Et requiem 2 dabit ti-
2. tibi dabit. P. bi Dominus Deus ſemper & im-
plebit ſplendoribus oſſa tua; &
animam tuam liberabit. Et eris
3. Quia ſpiritus Dñi locutus eſt. P. quaſi hortus irriguus; & ſicut fons
aquarum, cuius non deficient
aquæ. 3 Quia os Domini locutum
eſt.

[*In cod. O. ſuperior Lectio ex Iſaia, & inferior ex libro Iob aſcribitur Miſſæ* In anniuerſario pro defun.]

Lectio libri Iob. In diebus illis, 19.
Dixit Iob; Pelli meę, conſumptis O.
carnibus, adheſit os meum: & de-
relicta ſunt tantummodò labia
circa dentes meos. Miſeremini
mei, miſeremini mei, ſaltem vos
amici mei; quia manus Domini
tetigit me. Quare perſequimini
me ſicut Deus? & carnibus meis
ſaturamini? Quis mihi tribuat vt
ſcribantur ſermones mei? Quis
mihi det vt exarentur in libro ſty-
lo ferreo, & plumbi lamina, vel
celte ſculpantur in ſilice? Scio
enim quod Redemptor meus vi-
uit; & in nouiſſimo die de terra
ſurrecturus ſum: & rurſum circum-
dabor pelle mea; & in carne mea
videbo Deum meum. Quem viſu-
rus ſum ego ipſe; & oculi mei con-
ſpecturi ſunt, & non alius: repoſi-
ta eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

pag. 8. col. 2. lin. 4. à fine, *Fratres*, lege *Chariſſimi*.

[Nouerit ſtudioſus Lector pleraſque Lectiones in hac noſtra collectione integras propterea fuiſſe deſcriptas quòd vel aliquos de textu verſiculos omitterent, aut ex diuerſis Scripturæ locis eſſent compactæ. quò ergo certiùs dignoſcerentur quæ partes, periodiue in recitandis olim Lectionibus in vſu fuerint; vel Lectorem remiſimus ad Miſſale Romanum, ſi cum eo conſentirent, vel totas exſcribi curauimus. Huc etiam Lector recurrat vt Lectiones integras habeat, quæ in Comite Alcuini, eiuſque Appendice diuerſis licet titulis ſunt indicatæ ſolummodo: ſic exempli gratia, lectionem feriæ V. hebdomadæ ſecundæ Quadrageſimæ in Comite Alcuini, in noſtra hac collectione ſub aliis titulis inuenies pag. 130. & 134.]

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX

Antiquarum Lectionum Beati Pauli Apoſtoli ad Miſſas ad vſum (vt videtur) Eccleſiæ Mediolanenſis.]

[*Ex cod. membranaceo vetuſtiſſimo Epiſtolarum eiuſdem S. Pauli, quadratis ſiue vncialibus (vt aiunt) litteris, ac per cola & commata diſtinctis verſibus annis ab hinc circiter mille deſcripto; qui olim Reginæ Suetiæ fuit, notatus 8. nunc verò eſt Bibliotheca Vaticanæ.*]

Cap. *In Vigilijs Natalis Domini*. Ad
viii. 3. Romanos. Deus filium ſuum mittens in ſimil.

In Natale Domini ad Miſſa. Ad
iv. 1. Galatas. Dico autem quamdio hæres.

iii. 16. *In Sancti Stephani*. Ad Timotheum *II*. Omnis ſcriptura diuinitus.

iii. 1. *Innocentorum*. Ad Corinthios *I*. Fratres, Non potui vobis loqui.

ii. 9. *In Sancti Iacobi*. Ad Galatas. Fratres, Petrus & Iacobus & Iohannis.

x. 8. *In Sancti Iohannis Euangel*. Ad Romanos. Fratres, Hoc eſt verbum fidei.

viii. 4. *In Chal. Ianuar*. Ad Corinthios *I*. Fratres, De æſcis quæ idolis immolantur.

iv. 6. *In Vigilijs Ephiphaniæ*. Ad Corinthios *II*. Fratres, Deus qui dixit de tenebris lumen.

1. Ephiphaniæ. Ad Titum. ii. 11. *In* 1 . . . . *ania* . . . . Apparuit gratia Dei & Saluatoris.

2. Sebaſtiani. *In* 2 . . . . . *aſtiani* . . . . Fratres.

In Sanctæ Agnen. Ad Corinthios *I*. De Virginibus præceptum Domini. vii. 25.

In Sancti Vincenti. Ad Timotheum *II*. Frat.

In Sancti 3 *Bauillæ*. Ad . . . . Fratres. *3. Babylæ.*

In Sanctæ Agathæ. Ad Corinthios 4 . . . Fratres, Spem 5 . . . creſcent. 4. II. 5. habentes creſcẽtis.

In Sanctæ Mariæ. Ad Hebręos. Fratres, Olim locutus eſt Deus. x. 15. i. 1.

In Caput Sexag. Ad Corinthios. Fratres, Non anguſtiamini. II. vi. 12.

In Quinquageſima. Ad 6 . . . . . . Fratres, Ecce nunc tempus acceptabile. 6. Ad Corinthios. II, vi. 2.

In Quadrag. Ad Timotheum *I*. Fr. Humano ſermo & omni. i. 15.

In Dom. III. Ad Galatas: Fr. Nolite errare: Deus autem. vi. 7.

In Domi. IIII. Ad 7 . . . . Fr. Videte vocationem veſtram. 7. Ad Corinthios I. i. 26.

In Domi. V. Ad Romanos. Fr. Abiciamus opera tenebrarum. xiii. 12.

In Cina Dñi. Ad Cor. *I*. Fr. Ego accepi à Domino. xi. 23.

In Vigilijs Paſchæ. Ad Corinthios

x. 1. 1. patres. thios *I.* Fr. Nolo vos ignorare quòd 1 pat.

v. 6. *In Sollemnitate Paſ.* Ad Corinthios *I.* Fr. Neſcitis quia modicum * firm.
* fermentũ.

vi. 3. *Secunda Feria Paſchæ.* Ad Romanos. Fr. Quicumque baptizati ſumus.

iii. 27. *Tertia Feria in Alb.* Ad Galatas. Fr. Quicumq; enim in Chriſto.

ii. 4. *Quarta Feria in Alb.* Ad Epheſios. Fr. Deus qui diues eſt in miſericordia.

iv. 23. *Quinta Feria in Albas.* Ad Epheſios. Fr. Renouamini ſpiritu mentes.

i. 2. *Sexta Feria in Albas.* Ad Teſſalonicenſes *I.* Fr. Gratias agimus Deo ſemper.

ii. 4. *Sabbato in Albas.* Ad Timotheum *II.* Fr. Nemo militans Deo obligat ſe.

iv. 4. *Dominica poſt Albas depoſitas.* Ad Philippen. Fr. Gaudete in Domino ſemper.

2. For. Dominica. *Tertia 2 Feria poſt Paſc.* Ad Romanos. Non regnet peccatum.

vi. 12. *Immediantẽ Die feſt.* Ad Timotheum *I.* Fr. Obſecro itaque primùm.
ii. 1.

[*Legendum* In mediante Die feſto. *In Miſſali Ambroſiano edito* 1548. *Dominicam III. poſt Paſcha ſequitur Miſſa propria ſub hoc titulo:* Feria IV. mediante Die feſto. *in qua Epiſtola quidẽ Dominicæ præcedentis, Euangelium autem cum Præfatione, ex Euangelio S. Iohannis,* Die feſto mediante aſcendit Ieſus in templum. *Hanc autem vetuſtiſſimã Miſſam in recentiori Miſſali non video: & cauſam ignoro.*]

In Aſcenſionẽ Dñi. Ad Epheſios. Fr. Obſecro itaque vos ego vinctus. iv. 1.

In Latinia. Ad Corinthios *II.* Fr. Multa mihi libertas ad vos. vii. 4.

In Vigilijs Pentecoſten. Ad Corinthios *I.* Fr. Nobis reuelauit Deus per Spiritum ſuum. ii. 10.

In Pentecoſten. Ad Corinthios *I.* Fr. Nolo vos ignorare: ſcitis quoniam Gentes. xii. 1.

In Sancti Eleutherij. Ad Corinthios *II.* Fr. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri. i. 3.

In Sancti Georgij. Ad Epheſios. Fr. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu. i. 3.

In Dedicatione Saluat. Ad Corinthios *I.* Fr. Neſcitis quia templum Dei 3 es... iii. 16. 3. eſtis?

In Sancti Victoris.

In Sancti Pangrati.

In Sancti Viti.

In Sanctorum Prothaſi & Ger. Ad Philemonem. Fr. Gratias ago Deo meo ſemper. 3.

In Vigilia Sancti Iohannis. Ad Galatas. Fr. Obſecro vos nihil me leſiſtis. iv. 12.

In Natale ipſius. Ad Epheſios. Fr. Memores eſtote vos Gentis. ii. 11.

In Sanctorum Petri & Pauli. Ad Corinthios *II.* Fr. Libenter ſuffertis inſipientes. xi. 19.

In Sancti Thomæ Apoſt. Ad Corinthios *I.* Fr. Notum vobis facio euang. xv. 1.

[*Solemnis extat in antiquis Martyrologijs Translationis Sancti Thomæ Apo-*

Apoſtoli memoria die iij. Iuly.]
In Sanctorum Naboris & Felicis.
xi. 33. Ad Hebræos. Fr. Sancti per fidem vic.
iii. 10. *In Sancti Apollinaris.* Ad Timotheum *II.* Fili, Adſecutus es doctrinam.
II. *In Sancti Nazari.* Ad Tim. *I.* Fr.
ij. 4. Nemo militans Deo.
ii. 3. *In Macchabeorum.* Ad Teſſalo-
1. exhortatio. nicenſes. *I.* Fr. Nam 1 exoratio noſtra non....
In Sancti Sixti. Ad Timotheũ *II.*
i. 3. Fr. Gratias ago Deo meo cui 2 ſ..
2. ſermo. *In Sancti Laurenti.* Ad Corin-
ix. 6. thios *II.* Fr. Hoc dico quia qui
3. parcè. 3 parcit.
In Sancti Ipolyti. Ad Teſſaloni-
ii. 12. cenſes *II.* Fr. Nos debemus gratias agere.
ix. 7. *In Sancti Mamæ.* Ad Corinthios *I.* Fr. Quis militat ſuis ſtipendijs.
[*In vetuſtiſſimis Martyrologijs die xvij. Auguſti a inotatur Nat.* S. Mammæ, *vel* Mammetis, *& in Romano,* Mamantis. *hunc B. Martyrem ſummis laudibus celebrauit S. Baſilius Magnus: à quo B. Ambroſius complures Eccleſiaſticos ritus hauſiſſe videtur.*]
i. 12. *In Sancti Geneſi.* Ad Philipp. Fr. Scire vos volo.
In Sancti Iohannis Decoll.
ix. 20. *In Sancti Cibriani.* Ad Corinthios *I.* Fr. Scitis quia qui in ſtadio ſuo.

In Sanctæ Euphimiæ. Ad Co- vii. 25.
rinthios *I.* Fr. De virginibus præceptum.
In Sanctorum Coſmi & Damiani. Ad Romanos. Fr. Scimus quo- viii 28.
niam 4 dili. 4. diligentibus.
In Sancti Martini. Ad Timotheum *I.* Fr. Magñ pietas cum vi. 6.
5 ſuff. 5. ſufficientia.
In Sancti Antonini. Ad Teſſalonicenſes *II.* Fr. Gratias agere debemus Deo. i. 3.
In Sancti Romani. Ad Corin- xiv. 4.
thios *I.* Fr. Qui loquitur linguis 6. ſemet-
6 ſemet. ipſum.
In Sancti Andreæ. Ad Hebræos. x. 32.
Fr. Rememoramini.
Item de Aduento ante vna Dominica. Ad Romanos. Fr. Vobis dico xi. 13.
Gentibus.
Domin. I. de Aduento. Ad Gala- iii. 11.
tas. Fr. Quoniã in lege nemo 7 ius. 7. iuſtificatur.
Dom. II. de Aduento. Ad Timo- ii. 4.
theum *I.* Fr. Nemo militans.
Dom. III. de Aduento. Ad Phi- iv. 4.
lippenſes. Fr. Gaudete in Domino ſemper.
Dom. IIII. de Aduentu. Ad Ti- i. 15.
motheum *I.* Fr. Humano ſermo & 8 8. omni
Dom. V. de Aduento. Ad Timo- acceptione.
theum *I.* Fr. Obſecro itaque prim.
Dom. ante Natalem Dñi. Ad Ro- ii. 1.
manos. Fr. Dico enim Chriſtum xv. 8.
Ieſum miniſtrum.

Indi-

Indiculus Codd.mſs. ad quos hæc Euangelicarum Lectionum editio eſt parata. in qua quæ minori charactere exprimuntur, in vetuſtioribus codd. vel prætermitti omninò, vel aliter haberi; quæ verò cruce † ſignantur, ex Euangeliſtario potiſſimùm Vaticanæ Baſilicæ recentioris æui deſcripta nouerit Lector: ſimulque ex nobis addita eſſe quæ huiuſmodi ſunt vncis [ ] *incluſa. Codd. ſinguli litteris Alphabeti hìc ſibi præfixis deſignabuntur.*

A. Vaticanus not. 43. vetuſtiſſimus, continens quatuor Euangelia: qui & Romanas Stationes habet.

B. Palatinus not. 50. in Bibliotheca Vaticana; vetuſtiſſimus, quadratis litteris deſcriptus; continens Euangelia ſecundùm Lucam & Iohannem: qui & Romanas Stationes habet.

C. Codex S. Genouefæ Pariſienſis in Monte cum Rom. Stationibus, à Iohanne Frontone editus Pariſijs ann. 1652.

D. Carnutenſis Eccleſiæ Lectionarius: cuius lectiones variantes ab editione Frõtonis deſcriptę ſunt à Reuerendiſſimo D. Arnaldo de Loo Priore S.Petri Carnutenſis Ord. S. Benedicti Congreg. S. Mauri, curantibus hic Reuerendiſs. domno Claudio Stephanotio Procuratore Generali eiuſdem Cõgregationis, Pariſijs verò Cl. & eruditiſſimo domno Iohanne Mabillonio: quibus maximas me habere gratias profiteor. Porrò cod. iſte & Romanas habet Stationes.

E. Cod. quatuor Euangeliorum, not. 10. Bibliothecæ Reginæ Suetiæ: qui (vt ad exordium cod. adnotatum eſt) fuiſſe dicitur S. Vvenceslai Ducis Bohemiæ: & Romanas habet Stationes.

F. Vaticanus grandis codex SS. Bibliorum, not. 5729. qui Pſalteriũ iuxta S. Hieronymi tralationem ex Hebræo habet: ipſamque fortaſſis puram Hieronymianam translationem continere deprehenderit, cui illam examinare vacauerit: qui & Romanas exhibet Stationes. pertinebat olim ad Monaſterium quoddam ſitum in Sabinis, for. Farfenſe

G. Oratorij Vallicellani codex quatuor Euangeliorum, not. B. 57. qui & Romanas Stationes deſignat.

H. Item eiuſdem Oratorij conſimilis codex cum Stationibus Romanis, not. B. 50.

I. Item eiuſdem Oratorij Miſſale vetuſtum ex S. Gelaſij & S. Gregorij codd Sacramentorum (vt videtur) conflatum, not. B. VIII. in quo & Romanæ Stationes exſtant.

K Item eiuſdem Oratorij cod quatuor Euangeliorum, not. E 16

L. Vaticanus cod. quatuor Euangeliorum, not 44

M Reginæ Suetiæ cod. not. XI.

N. Item eiuſdem Reginæ alius notatus 1434.

O. Eiuſdem alius, not. VI.

P. Et alius, not II.

Q. Cod. Palatinus in Vaticano, not. 44. qui præter Euangelia, Epiſtolas etiam alicubi deſignat.

R. Mutinenſis Cathedralis Eccleſię codex, Euangelicas pro Miſſis continens Lectiones.

S. Vaticanæ Baſilicæ Euangeliſtarium XII. ſæculi, in eiuſdem Archiuo not. 6. quod ipſius Baſilicæ Canonicorum vſui erat.

T. Homiliarium ms. Baſilicæ S. M. Maioris, XI. circiter ſęculi: quod & homilias ſuper Epiſtolis dierum feſtorum pro ſeptima & octaua, & homilias in Euangelia pro nona continet Lectione Officij Nocturni.

V. Alij etiam codd. mſs. huic editioni adiumento fuerunt: quorum minutiſſimè excerpta recenſere, operæ pretium non exiſtimamus.

INCI-

✠

A. # INCIPIT · CAPITVLARE EVANGELIORVM DE · ANNI · CIRCVLO

F. *Incipiunt Capitula Lection. Euangeliorum de anni circulo ſecundùm Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ ordinem.*

I. *In nomine Domini. Incipiunt Capitula Lectionum Euangelij anni circuli ad Miſſas.* Incipit Breuiarium Lectionum Euangel. N.

In Natale Domini. Ad Sanctam Mariam Maiorem. Secundùm Lucam. a *cap. iij.* In illo tempore, b Exijt edictum à Cæſare Auguſto. *vſque.* Pax hominibus bonæ voluntatis. (a. b.)

[*Codd. qui Stationum loca non deſignant, hanc inſcriptionem habent* : In nocte. *cod. L.* In Vigilia Natiuitatis Domini in nocte.]

Item ad Sanctam Anaſtaſiam. Secundùm Lucam. *cap. iij.* In illo tempore, Paſtores loquebantur ad inuicem. *vſque.* Sicut dictum eſt ad illos.

[*Al.* Item manè. *Al.* Item manè primò. *Al.* Item in manè prima. *Al.* Ad lucem. *Al.* In luce.

Secundùm Lucam. In illo tempore, Factum eſt vt diſceſſerunt à paſtoribus Angeli in cælum, paſtores loquebantur ad inuicem [*&c. vt ſupra.*] R.

Item

---

a In cod. ms. vetuſt. ſecundum Lucæ capitulum iuxtà Euſebianos Canones incipit, *Et reſpondens Angelus dixit ei : Ego ſum Gabriel qui aſto ante Deum.* tertium, *Et ecce eris tacens; & non poteris loqui vſque in diem.* quartum, *Stupebant autem omnes qui eum audiebant.* in ſecundo & tertio capitulo libri typis impreſſi diſcrepant à mss. & ab his Capitularibus Euangeliorum.

b Sanctus Leo ſerm ix. 1. de Natiuitate Domini : *Quod enim paſtoribus pro gregum ſuorum cuſtodia vigilantibus nunciauit Angelus; etiam noſtrum impleuit auditum.*

Item a *ad S.Petrum.* Secundùm Ioannem. *cap.*j. In principio erat Verbum; & Verbum erat apud Deum. *vſque ad* Plenum gratiæ & veritatis.

[*Al.* Item in die. *Al.* Item in die ſancto. *Al.* Item ad Miſſam maiorem.]

[*Al.* Initium ſancti Euangelij ſecundùm Iohannem. *cap.* j.]

In Natali S.Stephani. Secundùm Matthæum. *cap.ccxl.* In illo tempore, Dicebat Ieſus turbis Iudæorum, & Principibus Sacerdotum: Ecce ego mitto ad vos Prophetas: *vſque ad* Benedictus Qui venit in nomine Domini.

In Natali S.Iohannis Apoſtoli & Euangeliſtæ. Secundùm Iohannem *cap.ccxxxij.* In illo tempore, Dixit Ieſus Petro, Sequere me. *vſque.* Quia verum eſt teſtimonium eius.

cxxxiv. I. *In prima Miſſa.* Secundùm Iohannem. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem. *vſque.* Fructus veſter maneat: vt quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

In Natali Innocentum. Secundùm Matthæum. *cap. vj.* In illo tempore, Ecce Angelus Domini in ſomnis apparuit Ioſeph dicens; Surge. *vſque.* Quoniam Nazaræus vocabitur. [*In paucioribus codd.*] *vſque.* Rachel plorans filios ſuos, noluit conſolari quia non ſunt.

[*R.* In occiſione Innocentorum.]

In Natali Sancti Silueſtri, die XXXI. menſis Decembris. Secundùm Matthæum. *cap.cclxiij.* In illo tempore; Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. *vſque.* Super omnia bona ſua conſtituet eum.

Dominica I. poſt Natal. Domini. Secundùm Lucam. *cap.iij.* In illo tempore, Erat Ioſeph & Maria mater Ieſu mirantes. *vſque.* Gratia Dei erat in illo.

[*Al.* Erant pater & mater Ieſu mirantes. *Al.* Erat pater Ieſu & mater.]

In Octauas Domini. Ad Sanctam Mariam ad Martyres. Secundùm Lucam. *cap.iij.* In illo tempore, Cùm conſummati ſunt dies octo. *vſque.* Gloriam plebis tuæ Iſrael.

[*F.* Octabas Domini ad Sanctam Mariam.]

In

a Iam à Sæculo quarto Chriſtiano celebrari ſolitam publicam Stationem apud S.Petrum in die Natalis Domini; S.Ambroſius lib.iij.de Virginibus ad Marcellinam ſatis inſinuat: *Tempus eſt*, inquit, *ſoror ſancta, ea quæ mecum conferre ſoles, beatæ memoriæ Liberij præcepta reuoluere: vt quò vir ſanctior; eò ſermo accedat gratior. Namque is, cùm in Saluatoris Natali ad Apoſtolum Petrum virginitatis profeſſionem, veſtis quoque mutatione ſignares; (quo enim melius die quàm quo virgo poſteritatem acquiſiuit?) atque adſtantibus etiam puellis Dei compluribus, quæ certarent inuicem de tua ſocietate: Bonas, inquit, filia nuptias deſideraſti. Vides quantus ad Natalem Sponſi tui populus conuenerit; & nemo impaſtus recedet?* &c. quibus verbis ſubindicat populi Communionem inter Miſſarum ſolemnia.

Denique Gregorius VII. ſæculo XI. (teſte Petro Mallio ad Alexandrum III. ſcribente) ob breuitatem dierum, publicam Miſſarum Stationem in die Natalis Domini apud S Mariam Maiorem iam tum faciendam cenſuit.

[*In paucis & recentioribus codd. habetur* Vſque. Priuſquam in vtero conciperetur.]

A.H.L. *In Natali S. Martinæ. Kal. Ianuarij.* Secundùm Matthæum. *cap. cxl.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc; Simile eſt regnum cælorum theſauro. *vſque.* Noua & vetera.

B.C.F. *Die ſupraſcripto Natale S. Martinæ.* Secundùm Matthæum. *cap. cclxviij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc; Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. *vſque.* Quia neſcitis diem neque horam.

[*Titulus proximè ſuperioris capituli in cod. F. eſt ita.* Die ſupraſcripto menſis Ianuarij Nat. S. Mariæ. *Idemque fermè habet Frontonis Kalendarium.*]

Q. *Feria IV.* Secundùm Matthæum. *cap. iv.* Factum eſt vt adimpleretur. *vſque.* Vocabitur nomen eius Ieſus.

A. &c. *In Vigilia de Theophania. In eccleſia S. Petri.* Secundùm Matthæum. *cap. vj.* In illo tempore, Defuncto Herode. *vſque.* Nazaræus vocabitur.

B. *In Vigilia de Theophania. Ipſa legitur Dominica ſecunda poſt Nat. Domini. In eccleſia S. Petri.* Secundùm Matthæum. *cap. vj.* In illo tempore, Defuncto Herode. *vſque.* Nazaræus vocabitur.

F. *In Vigilia Theophaniæ. Ipſa legitur Dominica prima poſt Octabas Domini. In eccleſia S. Petri.* Secundùm Matthæum *&c.*

In Vigilia Theophaniâ. Euangelium legitur quod de Innocentum. Secundùm Matthæum. *cap. vj.* In illo tempore, Defuncto Herode. *vſque.* Quon. Nazaræus vocabitur. N.

In die Epiphaniæ. Ad Matutinum. Euangelium ſecundùm Lucam. Factum eſt autem cùm baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orante *&c. vſque.* Ieſus autem plenus Spiritu Sancto regreſſus eſt ab Iordane. *Hymnus.* Te Deum laudamus. xiij. R.

In Theophania. Ad S. Petrum. Secundùm Matthæum. *cap. iv.* In illo tempore, Cùm natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ. *vſque.* Reuerſi ſunt in regionem ſuam.

Poſt Theophaniam. Ad S. Petrum ad Vincula. Secundùm Marcum. *cap. iij.* In illo tempore, Fuit Iohannes in deſerto baptizans. *vſque.* Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

[*F.* Die primo poſt Theophaniam. ad S. Petrum ad Vincula.]

[*H.I.N.* Die prima poſt Theophaniam. *cod. I.* Feria II. poſt Epiphaniam.]

† *Feria II.* Secundùm Matthæum. In illo tempore, Venit Ieſus à Galilæa in Iordanem ad Iohannem vt baptizaretur ab eo [*&c. vſque.*] Hic eſt Filius meus Dilectus, in quo mihi complacui. xiij. S.

Item al. poſt Theophaniam. Ad S. Anaſtaſium. Secundùm Iohannem. *cap. xiij.* In illo tempore, Vidit Iohannes Ieſum venientem ad ſe, & ait. *vſque.* Quia hic eſt Filius Dei.

[*F.* Die ſecundo poſt Theophaniam. ad S. Anaſtaſiam.]

S. Leo ſerm. iij. de Epiphania. *Quamuis ſciam, dilectiſſimi, quòd ſanctitatem veſtram hodiernæ Feſtiuitatis cauſa non lateat; eamque ſecundùm conſuetudinem Euangelicus vobis ſermo reſerauerit.*

[*K.* Item alia die poſt Theophaniam. *cod. I.* Item alium poſt Epiphaniam.]

vij. S. † *Feria III.* Secundùm Matthæum. In illo tempore, Venit Ioannes Baptiſta prędicans in deſerto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum *&c. vſque.* Et baptizabantur in Iordane ab eo, confitentes peccata ſua.

Item ad Sanctos Iohannem & Paulum. Secundùm Matthæum

A.B.H. *cap. xiij.* In illo tempore, Venit Ieſus à Galilæa. *vſque.* Filius meus Dilectus, in quo mihi complacui.

Item alia. Secundùm Matthæum. *cap. vij.* In illo tempore,

B.C.F. I,K. Venit Iohannes Baptiſta. *vſque.* Filius meus Dilectus, in quo mihi complacui.

[*Capituli proximè præcedentis titulus in cod. F. hic eſt:* Die tertio. ad SS. Iohannem & Paulum.]

iij. S. † *Feria IV.* Secundùm Marcum. In illo tempore, Fuit Iohannes in deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum *&c. vſque.* Tu es Filius meus Dilectus: in te complacui.

xiij. S. † *Feria V.* Secundùm Lucam. In illo tempore, Dicebat Iohannes ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab eo; Genimina viperarum *&c. vſque.* Multa quidem & alia exhortans, euangelizabat populum.

Hebdomada [*al. Dominica*] *I. poſt Theophaniam.* Secundùm Lucam. *cap. iij.* In illo tempore, Cùm factus eſſet Ieſus annorum duodecim. *vſque.* Apud Deum & homines.

[*Codd. qui Stationem die tertio poſt Theophaniam prætermittunt, eam huic Dominicæ adtribuunt hoc modo:* Dominica poſt Theophaniam. in eccleſia S. Iohannis & Pauli.]

[*Cod. I.* Dominica I. poſt Epiphaniam. ad Sanctam Mariam.]

[*R.* In illo tempore, Ibant parentes Ieſu per omnes annos in Ieruſalem *&c.*]

In Octaua Theophaniæ. Secundùm Matthæum. *cap. xiij.* In illo tempore, Venit Ieſus à Galilæa in Iordanem ad Iohannem. *vſque.* In quo mihi benè complacui. B.I.N.

In Octaua Epiphaniæ. Lectio Iſaiæ.. Domine Deus meus honorificabo. Secundùm Lucam. *cap. xiij.* Factum eſt autem cùm baptizaretur. *vſque.* Egreſſus eſt ab Iordane. *In die ad Miſſam.* Secundùm Ioannem. *cap. xiij.* In illo tempore, Vidit Iohannes Ieſum venientem ad ſe. *vſque.* Quia hic eſt Filius Dei. Q. & R.

† *Octab. Epiph.* Secundùm Iohannem. In illo tempore, Vidit Iohannes Ieſum venientem ad ſe, & ait: Ecce Agnus Dei *&c. vſque.* Et teſtimonium perhibui quia hic eſt Filius Dei. xiij. S.

† Secundùm Lucam. Factum eſt autem, cùm baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato & orante *&c. vſque.* Ieſus autem plenus Spiritu Sancto, regreſſus eſt ab Iordane. xiij. V.

MENSE IANVARIO

Die XIII. Natale S. Felicis, in Pincis. Secundùm Lucam. *cap. cxvj.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Qui vos audit, me audit. *vſque.* Nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo.

B. Nat.

Cùm plures olim in Vrbe, S. Felicis nomine exſtarent Eccleſiæ, vt puta in Pincis, via Oſtienſi, & via Portuenſi: quò publicæ Stationis locus in hoc feſto certiùs agnoſceretur, additum eſt in codd. *In Pincis:* ſicut infra aliquando Stationum loca deſignantur e.g. *Via Lauicana, Via Appia, Via Salaria, Via Portuenſe* &c.

[*B.* Nat.S.Felicis Conf in Pincis. *F.* Nat.S Felicis,in Pilieis.]

S. † *In S.Felicis Presbyteri*. Sint lumbi veſtri præcincti. *Req. in Nat. plurimorum Confeſſorum*.

* *Feria IV. poſt Theophaniam*. Secundùm Iohannem. *cap.xiij*. In illo tempore, Vidit Iohannes Ieſum venientem ad ſe. *vſque*. Quia hic eſt Filius Dei.

Item vbi ſupra. Secundùm Mattheum. *cap.xiij*. Venit Ieſus à Galilæa in Iordanem ad Iohannem. *vſque*. In quo mihi complacui

Feria VI. poſt Theophaniam. Secundùm Matthæum. *cap.xviij*. In illo tempore, Cùm audiſſet Ieſus quòd Iohannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam. *vſque*. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum.

Sabbato. Secundùm Iohannem. [*cap. xxiv.*] Venit Ieſus & diſcipuli eius. *vſque*. In carcerem.

Die XVI. menſis ſupraſcripti, Natale Sancti Marcelli Martyris & Pontificis. Secundùm Matthæum. *cap.cclxix*. In illo tẽpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hanc; Homo quidam peregrè proficiſcens. *vſque*. Intra in gaudium Domini tui.

Nat. S.Marcelli Papæ. Secundùm Matthæum. *cap cclxiij*. Dixit Dominus diſcipulis; Vigilate, quia neſcitis. *vſque*. Super omnia bona ſua conſtituet eum.

Hebdomada II. poſt Theophaniam. Die Dominico. In eccleſia S.Euſebij. Secundùm Iohannem. *cap.xviij*. In illo tempore, Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ. *vſque*. Crediderunt in eum diſcipuli eius.

Item alia poſt Theophaniam. Secundùm Lucam. *cap.xvij*. In illo tempore, Regreſſus eſt Ieſus in virtute Spiritus in Galilæam. *vſque*. Quæ procedebant de ore eius.

[*Superius capitulum in cod. I. inſcribitur*, Feria II. *in Q. & R.* Feria IV. *in L. autem*, Dominica III. poſt Theophaniam]

Fe-

* S.Epiphanius in Expoſitione fidei Catholicæ nu.22. *Synaxes quę celebrãtur, ſtatutæ ſunt ab Apoſtolis Quarta, Sextaque Feria & Dominica. Quarta autẽ & Sexta Feria in ieiunio vſque ad horam nonam: quoniã quidem poſtquam Quarta Feria illuxiſſet, comprehenſus eſt Dominus* (Concilij nimirum ſententia, & ſponſione proditoris:) *& Sexta Feria crucifixus idcircò tradiderunt Apoſtoli in huiuſmodi ieiunijs celebrari* Synaxes . . . . *Cæterùm per totum quidem annum hoc ieiunium in eadem obſeruatur ſancta Catholica Eccleſia, Quarta (inquam) & Sexta Feria vſque ad horam nonam; præterquam in ſola Pentecoſte tota quinquaginta dierum: in quibus neque genuflexiones fiunt, neque ieiunium eſt præceptum. Pro Synaxibus verò quæ ad Nonã celebrari ſolent; Quartarum, Sextarumque feriarum Synaxes perinde ac in die Dominico ad matutinas horas celebrantur*. Hucuſque S.Epiphanius: cuius verba ad Græcum exemplar preſſiùs interpretati ſumus, dictorum ſenſa non elegantiam ſectantes. Socrates ex interpretatione Epiphanij lib.9. cap 38. Hiſtoriæ Tripartitæ. *In Alexandria, Quarta & Sexta Feria Scripturæ leguntur; eaſque Doctores interpretantur: & omnia fiunt præter ſolemnem Oblationis morem. Origenes enim plurima in his diebus videtur expoſuiſſe.*

Digitized by Google

† *Feria II.* Secundùm Matthæum. In
xxiij. illo tempore, Circuibat Ieſus totam Ga-
S. lilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans euangelium Regni, & ſanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo *&c. vſque.* Et curauit eos: & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ.

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap.xviij.* In illo tempore, Venit ad Ieſum leproſus deprecans eum. *vſque.* Quæ præcepit Moyſes in teſtimonium illis.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. l.* In illo tempore, Egreſſus Ieſus, venit in patriam ſuam: & ſequebantur eum. *vſque.* Impoſitis manibus curauit eos.

[*Aliquot codd. incipiunt,* Venit Ieſus in patriam ſuam *&c.*]

[*N. & R.* Vſque, Propter incredulitatem eorum.]

* *Die Sabbati.* Secundùm Lucam. *cap.xxvj.* In illo tempore, Surgens Ieſus de Synagoga, introiuit in domum Simonis. *vſque.* Oportet me euangelizare regnum Dei.

[*Titulus in cod. L. eſt,* Feria VII.]

Sabbato. Secundùm Lucam. In illo
tempore, Deſcendit Dominus Ieſus in xxiij.
Capharnaum. *vſque.* Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

Die XVIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Priſcæ. Secundùm Matthæum. *cap.cxl.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc; Simile eſt regnum cæ-

---

* Socrates ex interpretatione Epiphanij lib. 9. cap. 38. Hiſtoriæ Tripartitæ, *Circa celebritatem Collectarum quædam diuerſitas inuenitur. nam dum per Eccleſias in vniuerſo terrarum orbe conſtitutas, die Sabbatorum per ſingulas hebdomadas Sacrificia celebrentur; hoc in Alexandria & in Roma, quadam priſca traditione nõ faciunt. Aegyptij verò Alexandriæ vicini, & Thebaidis habitatores, Sabbato quidem Collectas agunt; ſed Dominica, ſicut moris eſt, Sacramenta percipiunt.* Quòd olim Romæ, vt Socrates ſcribit, publica Miſſarum Synaxis die Sabbatorum non celebraretur, argumento eſſe poſſent veteres Formulæ denunciandi ieiunij in Quatuor anni Temporibus: quę ſanè vetuſtiſſimę ſunt; vt quę mentionẽ faciant Vigiliarum apud S. Petrum. in his igitur Formulis ſatis exprimuntur Miſſarum ſolemnia feriæ quartæ & ſextæ, vocabulis *Conuentus, Proceſſionis* & *Occurſus;* quæ Stationes, Collectaſq; deſignare eruditorũ nullus ignorat: de Sabbato autẽ præter Vigilias nihil eiuſmodi dicunt. Exſtant eæ Formulæ in Ordine Romano editionis Colonienſis pag. 30. & in cod. Rom. Eccleſiæ Gelaſiani ordinis pag. 113. in quibus hæc legũtur. *Quarta ergo & ſexta feria ſuccedente, ſolitis eamdem Conuentibus exſequamur; Sabbatorum die hìc ſacras acturi Vigilias* &c. Item: *Hortamur vt eadem quarta & ſexta Feria ſolitis Proceſſionibus exſequentes, Sabbatorum diem Vigilijs ſolemnibus expleamus.* Item in alia: *Quarta ergo & ſexta Feria ſolito* (al. *ſolicito*) *conuenientes Occurſu, offeramus Deo ſpiritale ieiunium: die vero Sabbati apud B. Petrum ..... ſanctas Vigilias Chriſtiana pietate celebremus.* Dicet aliquis in ſolis Sabbatis ieiuniorum Quatuor Temporum ad horam nonam Miſſarum publica ſolemnia celebrari non conſueuiſſe; idque ob ſuperuenturæ noctis Vigilias & Miſſas. Sed alius fortaſſis inſtiterit, cur in Vigilijs Natalis Domini, & noctu Vigiliæ ſolemnes fierent cum celebritate Miſſarum, & ad Nonam præterea publicæ Miſſæ peragerentur? ac propterea haud ſolam Vigiliarum eſſe rationem non obeundi ſacra ſolemnia in illis Sabbatis, ſed aliam exquirendam, ſi Socratis teſtimonio non credatur.

cælorum theſauro abſcondito in agro. *vſque.* Noua & vetera.

[*Al.* Nat. S. Priſcæ Virginis.]

Hebdomada III. poſt Theophaniam. Secundùm Matthæum. *cap. lxiij.* In illo tempore, Cùm deſcendiſſet Ieſus de monte ſecutæ ſunt eum turbæ. *vſque.* Et ſanatus eſt puer in illa hora.

[*F.* Dominicæ III. poſt Theophaniam.]

[*Cod. L.* Dominica IV. poſt Theophaniam.]

† *Feria II.* Secundùm Marcum. In
S. illo tempore, Introiuit Ieſus in Synagogam. [*vt infrà Feria IV.*]

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. xxv.* In illo tempore, Introiuit Ieſus in Synagogam: & erat ibi homo, manum habens aridam. *vſque.* Et reſtituta eſt manus illius.

Feria IV. Secundùm Matthæum *cap. xxiij.* Circuibat Ieſus totam. *vſque.* Turbæ multæ.

Feria IV. Secundùm Iohannem. *cap. xviij.* Venit Ieſus in Galilæã; & inuenit Philippum. *vſque.* Filium hominis.

xviij. *Feria IV.* Secundùm Iohannem. In illo tempore, Egrediens Dominus Ieſus venit in Galilæam. *vſque.* Amen amen dico vobis: videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſuper Filium hominis.

† *Feria IV.* Secundùm Lucam. In
S. illo tempore, Cùm eſſet Ieſus in vna ciuitatum; & ecce vir plenus lepra. [*vt infra Feria VI.*]

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. xxxiij.* In illo tempore, Cùm eſſet Ieſus in vna ciuitate, ecce vir plenus lepra. *vſque.* Et curarentur ab infirmitatibus ſuis.

Feria VI Secundùm Matthæum. *cap. xxiij.* In illo tempore, Circuibat Ieſus per totam Galilæam. *vſque.* Secutæ ſunt eum turbæ multæ.

Die Sabbati. Secundùm Marcum. *cap. xxxvj.* In illo tempore, Cæpit Ieſus docere ad mare. *vſque.* Qui habet aures audiendi, audiat.

[*Cod. F.* Feria VII.]

Sabbato. Secundùm Lucam. *cap. xxxiij.* Cùm eſſet Ieſus in vna ciuitate. *vſque.* Ab infirmitatibus ſuis.

Feria VII. Secundùm Marcum. [*cap. xxvj.*] In illo tempore, Exeuntes Phariſæi cum Herodianis conſilium faciebant aduersùs Ieſum. *vſque.* Et dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia.

Die XX. menſis ſuprascripti, Sancti Sebaſtiani. Secundùm Lucam. *cap. xlv.* In illo tempore, Deſcendens Ieſus de monte ſtetit in loco campeſtri. *vſque.* Ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlo.

[*L. R.* Die xx. Nat. SS. Fabiani & Sebaſtiani.]

Die ſuprascripto, Natale S. Fabiani Martyris & Pontificis. Secundùm Matthæum. *cap. clxiij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Vigilate quia neſcitis. *vſque.* Super omnia bona ſua conſtituet eum.

[*L.* Eodem die S. Fabiani.]

Hebdomada IV. poſt Theophaniam. Secundùm Matthæum. *cap. lxix.* In illo tempore, Aſcendente Ieſu in nauiculam. *vſque.* Quia venti & mare obediunt ei.

[*F.* Dominica IV. poſt Theophaniam. *L.* Dominica V. poſt Theophaniam.]

Die XXI. menſis ſuprascripti, Natale S. Agnæ de Paſſione. Secundùm

Digitized by Google

dùm Matthæum.*cap.cclxviij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc; Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. *vſque*. Quia neſcitis diem neque horam.

[*L.* S.Agnæ Virginis.]

Feria IV. Secundùm Matthęum. *cap. lxxiv.* In illo tempore, Loquente Ieſu ad turbas, ecce vnus de principibus venit. *vſque.* In vniuerſam terram illam.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap.cv.* In illo tempore, Factum eſt, ambulante Ieſu cum diſcipulis. *vſque*. Aptus eſt regno Dei.

[*R.* Factum eſt, euntibus diſcipulis in via *&c.*]

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap.xlj.* In illo tempore, Dicebat Ieſus diſcipulis ſuis & turbis; Videte quid audiatis: in qua menſura. *vſque*. Diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. xxxvj.* Cœpit Ieſus docere ad mare. *vſque*. Qui habet aures audiendi, audiat.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. cvj.* In illo tempore, Offerebant Ieſu paruulos. *vſque.* Benedicebat eos.

Die Sabbati. Secundùm Lucam. *cap.clxxviij*. In illo tempore, Dicebat Ieſus parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent. *vſque*. Beatus qui manducabit panem in regno Dei.

[*F.* Feria VII.]

Sabbato. Secundùm Iohannem. Dixit Dominus Ieſus turbis; Operamini non cibum qui perit. *vſque*. Qui credit in me, non ſitiet vnquam

Hebdomada V. poſt Teophaniam. Secundùm Matthæum.*cap.cxxxvj.* In illo tempore, Dixit Ieſus parabolam hanc: Simile eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. *vſque.* Triticum autem congregate in horreum meum.

[*F.* Dominica V. poſt Theophaniam. *L.* Dominica VI. poſt Theophaniam.]

Item alia. Secundùm Marcum. *cap.xlix.* Cùm transſcendiſſet Ieſus C.D.G.
in naui, transfretauit. *vſque.* Vade in pace; & eſto ſana à plaga tua.

Domin.V. poſt Epiphaniam. Secundùm Marcùm. In illo tempore, Cùm ſe- lxvij. I.
ro eſſet factum, erat nauis in medio mari, & Ieſus ſolus in terra. *vſque*. Et quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.

Dom.V. Secundùm Matthæum. *cap. cx.* Perſpiciens Ieſus, dixit, Confiteor tibi Pater. *vſque* Et onus meum leue. Q. R.

Die XXII. mẽſis ſupraſcripti, Natale S.Vincentij. Statio in baſilica* *
S. Euſebij iuxta Merulana. Secundùm Iohannem. *cap.civ.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti. *vſque.* Honorifica-

* In Titulo Romano S.Euſebij habetur media pars corporis S.Vincentij Martyris Romani. quare cùm celebris in vrbe Memoria non eſſet S.Vincentij Martyris Hiſpani; huius feſtiuitatis publica Statio ob eam cauſam in prædicto Titulo inſtituta videtur; vt Vincentij Hiſpani celebritas ibi fieret, vbi Vincentij Romani reliquiæ quieſcebant. Gregorius IX. hunc Titulum fortè reædificatum dedicauit in honorem SS. Euſebij & Vincentij anno Domini 1238. Vide in vitis Pontificum apud Ciacconium cum additionibus, eiuſdem conſecrationis inſcriptionem.

ficabit eum Pater meus qui eſt in cælis.

✝ *In SS. Vincentij & Anaſtaſij*. Secundùm Lucam. [*cap.cxvj.*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit. *vſque*. Gaudete autem quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.

Item alia. Secundùm Marcum. *cap.xlix.* In illo tempore, Cùm tranſcendiſſet Ieſus in nauiculam, rursùs transfretauit. *vſque*. Vade in pace; & eſto ſana à plaga tua.

[*Superius capitulum eo modo legitur in vetuſtiſſimo cod. A. & in alio G. in codd. verò Palatino 50. item vetuſtiſſimo, & cod. F. ponitur vt infra.*]

Die ſupraſcripto Nat. S. Anaſtaſij Monachi. Secundùm Marcum. *cap. xlix.* In illo tempore, Cùm tranſcendiſſet Ieſus in naui, rursùs transfretauit. *vſque*. Vade in pace; & eſto ſana à plaga tua.

Q. *Die xxv. In Conuerſione S. Pauli*. Secundùm Matthæum. *cap.cxcv.* Ecce nos reliquimus omnia.

Die XXVIII. menſis ſupraſcripti, Nat. S. Agnæ de Natiuitate. Secundùm Matthæum. *cap. cxl.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc; Simile eſt regnum cęlorum theſauro abſcondito in agro. *vſque*. Noua & vetera.

[*K. L.* In S. Agnæ ſecundò. Q. ſecundæ.]

✝ In S. Cyri & Iohannis. Deſcendens Ieſus de monte. *Require in in S. Sebaſtiani*.

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. xlix.* In illo tempore. Cum tranſcendiſſet Ieſus iu naui. *vſque*. Vade in pace; & eſto ſana à plaga tua.

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. xviij.* Venit ad Ieſum leproſus deprecans. *vſque*. In teſtimonium illis.

Feria V. Secundùm Marcum. *cap.cvj.* Offerebant Ieſu paruulos. *vſque*. Benedicebat eos.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap.xlvij.* In illo tempore, Venit Ieſus trans fretum maris in regionem Geraſenorum. *vſque*. Et miſertus eſt [*al.* ſit] tui.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. xlj.* Dicebat Ieſus diſcipulis ſuis & turbis: Videte quid audiatis. *vſque*. Diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. xxv.* Introiuit Ieſus in Synagogam. *vſque*. Reſtituta eſt manus illius.

Die Sabbati. Secundùm Lucam. *cap.lxvij.* In illo tempore, Factum eſt deinceps: ibat Ieſus in ciuitatẽ quæ vocatur Naim. *vſque*. Deus viſitauit plebem ſuam.

[*L.* Feria VII.]

Hebdomada VI. poſt Teophaniam. Secundùm Marcum. *cap.lxx.* *cap. lxvij.*
In illo tempore, Cùm ſero eſſet factum, erat nauis in medio maris. *vſque*. Quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.

[*In L. inſcribitur*, Dom. VII. poſt Epiphaniam.]

Dominica VI. poſt Epiphaniam. Secundùm Matthęum. In illo tempore. Abijt *cap.*
Ieſus Sabbato per ſata: diſcipuli autem *cxiv.*
eius eſurientes, cœperunt vellere ſpicas. *vſque*. Et ſecuti ſunt eum multi: & curauit eos omnes.

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. l.* Venit Ieſus in patriam ſuam. *vſque*. Incredulitatem eorum.

Feria IV. Secundùm Lucam *cap.xxiij.* Deſcendit Ieſus in Capharnaum ciuitatẽ Galilææ. *vſque*. In omnem locũ regionis.

cap. lxiij. *Feria IV*. Secundùm Marcum. In illo tempore, Exiens Ieſus de naui, vidit turbam multam: abierunt in deſertum locum ſeorſum. *vſque*. Et cùm dimiſiſſet eos, abijt in montem orare.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. lxxiv*. In illo tempore, Rogauit Ieſum quidam Phariſæus vt cùm illo manducaret. *vſque*. Quoniam dilexit multùm.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. xlvij*. Venit Ieſus trans fretum in regione Geraſenorum. *vſque*. Et miſertus eſt tui.

Die Sabbati. Secundùm Marcum. *cap. xxj*. In illo tempore, Egreſſus eſt Ieſus ad mare omniſque turba. *vſque*. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.

[*L*. Feria VII]

* *Hebdomada VII. poſt Theophaniam. Die Dominico*. Secundùm Matthæum. *cap. cxvj*. In illo tempore, Cùm veniſset Ieſus in Synagogam Iudæorum. *vſque*. Curauit eos omnes.

[*Al*. Cùm veniſſet Ieſus ad turbas.]

[*Dominicæ VII. poſt Epiphaniam ac Feriarum IV. VI. & Sabbati Euangelia in cod. I. ea ſunt, quæ hic habentur in ſequenti hebdomada VIII.*]

MENSE FEBRVARIO

Die ſecunda menſis ſupraſcripti, Ypapanti. Ad S. Mariam. Secundùm Lucam. *cap. iij*. In illo tempore, Poſtquam impleti ſunt dies purgationis matris Ieſu ſecundùm legem Moyſi. *vſque*. Gloriam plebis tuæ Iſrael.

[*F*. IV. Nonas Februarij Ypapanti Domini. ad S. Mariam. *Q*. Ypapanti Domini. *B*. Purificatio S. Mariæ. [*al*.] In Purificatione S. Mariæ Virginis.]

[*I*. Dies purgationis Mariæ matris Ieſu. *Q*. Dies purgationis Mariæ.]

Item alia. Secundùm Lucam. *cap. iij*. Accepit Simeon Ieſum in vlnas ſuas: [&] benedixit Dominum & dixit. *vſque*. Et gratia Dei erat cum illo.

† *In S. Blaſij Epiſcopi*. Contendite intrare per anguſtam portam. *Require in Communi Martyrum*.

† *In Nat. S. Blaſij*. Nemo lucernam accendit.

Die V. menſis ſupraſcripti, Natale S. Agathæ. Secundùm Mattheum. *cap. cclxviij*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. *vſque*. Quia neſcitis diem neque horam.

† *In S. Scholaſtica*, Simile eſt regnum cælorum theſauro.

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. lxiij*. In illo tempore, Exiens Ieſus de naui, vidit turbam multam. *vſque*. Et cùm dimiſiſſet eos, abijt in montem orare.

Feria VI. Secundùm Matthæum.

* Plures hic hebdomadæ numerantur Theophaniam inter ac Septuageſimam quàm quoquo anno occurrant: fortaſſis hæc olim facta fuit numeratio à Theophania ad Quadrageſimam, ante inſtitutionem Septuageſimæ, Sexageſimæ, & Quinquageſimę: quibus propria ſunt poſtea Euágelia attributa. Porrò cùm vetuſtiores Codd. quartarum, ſextarumque feriarum Euangelia in hebdomadibus Septuageſimæ ac Sexageſimæ non habeant: eius rei id fortè cauſæ fuerit, quòd de quota hebdomada poſt Theophaniam Euangelia feriarum eſſent accipienda; in quam ipſæ Dominicæ Septuageſimæ ac Sexageſimæ incidiſſent.

thæum.*cap.cxlvij.* In illo tempore, Veſpere autem facto, acceſſerunt ad Ieſum. *vſque.* Manducantium autem fuit numerus quinque millia hominum.

[*I.* Vſque. Quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis.]

Hebdomada VIII. poſt Theophaniam. Die Dominico. Secundùm Lucam. *cap.lxxxvj.* In illo tempore, Conuocatis Ieſus diſcipulis ſuis, dedit illis virtutem. *vſque.* Euangelizantes & curantes vbique.

Dominica VIII. poſt Epiphaniam. Secundùm Matthæum, *cap.ccxvij.* Cùm veniſſet Ieſus in templum, acceſſerunt ad eum. *vſque.* Hæc facio.

Feria IV. Secundùm Matthæum. *cap.cliv.* In illo tempore, Acceſſerunt ad Ieſum ab Hieroſolymis Scribæ & Phariſæi dicentes. *vſque.* Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem.

Die XIV. menſis ſupraſcripti, Natale Sancti Valentini. Secundùm Lucam. *cap.xcvj.* In illo tempore, Dicebat [*al.*dixit] Ieſus diſcipulis ſuis; Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum. *vſque.* Non guſtabunt mortem donec videant regnum Dei.

cap. lxxxv. ✝ *In S. Valentini Presbyteri.* Secundùm Marcum. In illo tempore, Conuocata Ieſus turbâ cum diſcipulis ſuis, dixit eis: Si quis vult me ſequi, deneget ſeipſum: & tollat crucem ſuam; & ſequatur me. [*vſque.*] Et Filius hominis confundetur cum eùm venerit in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. lxxxiij.* In illo tempore, Factum eſt in vna dierum, & aſcendens Ieſus in nauiculam. *vſque.* Prædicans quanta illi Ieſus feciſset.

Die Sabbati. Secundùm Marcum. *cap.lxxij.* In illo tempore, Surgens Ieſus, abijt in fines Tyri & Sydonis. *vſque.* Et dæmonium exijſſe ab ea.

[*L. Feria VII.*]

Hebdomada IX. poſt Theophaniam. Die Dominico. Secundùm Matthæum. *cap.ccxxj.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. *vſque.* Multi vocati, pauci verò electi.

[*L.* Dominica X. poſt Theophaniam. *I.* Dominica VIII.]

Feria IV. Secundùm Matthæum. *cap. clxxiij.* Interrogauerunt Ieſum diſcipuli dicentes; Quid ergo Scribæ dicunt? *vſque.* Ex illa hora.

Feria IV. Secundùm Matthæum Egreſſus Ieſus [*&c. vt infra in Domin. X.*]

Hebdomada X. poſt Theophaniam. Secundùm Matthæum. *cap. clvij.* In illo tempore, Egreſsus Ieſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sydonis. *vſque.* Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

[*L.* Dominica XI. poſt Theophaniam.]

In Cathedra S. Petri. Secundùm Matthæum. *cap.clxvj.* Venit Ieſus in partes Cæſaræ. *vſque.* Erit ſolutum & in cælis.

✝ *In Cathedra S. Petri.* Secundùm Marcum. In illo tempore, Egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in caſtella Cæſareæ Philippi: & in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicens; Quem me dicunt *cap. lxxxij. S.*

homines eſſe? Qui reſponderunt illi dicentes: Iohannem Baptiſtam; alij, Heliam. *vſque.* Quoniam non ſapis ea quæ Dei ſunt.

✝ *In Vigilia S. Mathiæ Apoſtoli.* Secundùm Iohannem. In illo tempore, cap. cxviij. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amen amen dico vobis; non eſt ſeruus maior domino ſuo; neque apoſtolus maior eo qui miſit illum. *vſque.* Qui autem me accipit, accipit eum qui me miſit.

V. ✝ *Euang.* Ego ſum vitis vera.

✝ *In S. Mathiæ Apoſtoli.* Secundùm cap. cx, Matthæum. In illo tempore, Reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, qui abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus. *vſque.* Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

V. ✝ *Euang.* Miſit Chriſtus duodecim.

MENSE. MARTIO

✝ *In SS. Quadraginta Martyrum.* Deſcendens Ieſus de monte. *Require in S. Sebaſtiani.*

Die XII. menſis Martij, Natale S. Gregorij Papæ & Confeſſoris. Secundùm Matthæum. *cap. cclxiij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Vigilate. *vſque.* Super omnia bona ſua conſtituet eum.

[*B.* Menſis Martij XIII. Nat. S. Gregorij Confeſſoris atque Pontificis.]

✝ *In S. Gregorij Papæ & Confeſſ.* Secundùm Lucam. In illo tẽpore, Dixit Ie- cap. ccliv. ſus diſcipulis ſuis; Attendite vobis, ne fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ. *vſque.* Et omnis populus diluculò vigilabant ad eum in templo audire eum.

XII. Kal. Aprilis S. Benedicti. Secundùm Lucàm. *cap. cxxxiij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nemo accendit lucernam. *vſque.* Sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

In Sancti Benedicti, Secundùm Matthæum. *cap. xxxj.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ. *vſque.* Qui in cælis eſt.

Die XXI. Nat. S. Benedicti. Secundùm Matthæum. *cap. cxcv.* Dixit Simon Petrus ad Ieſum. *vſque.* Vitam æternam poſſidebitis.

Die XXV. menſis Martij, Adnunciatio Domini. Secundùm Lucam. *cap. iij.* In illo tempore, Miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo. *vſque.* Ecce ancilla Domini: fiat mihi ſecundùm verbum tuum.

[*F.* VIII. Kal. Aprilis, Annunciatio Domini noſtri Ieſu Chriſti. *K.* In Adnunciatione Domini. *Q.* Annuntiatio Dominica. *E.H.* Adnunciatio S. Mariæ Virginis.]

*Incipiunt Lectiones Euangeliorum à Septuageſima * vſque in Paſcha.*

* Vſque in Vigilia Domini. *F.*

Dominica I. in Septuageſima. ad S. Laurentium. Secundùm Matthæum. *cap. cc.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc; Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias, qui exijt primò manè. *vſque.* Pauci verò electi.

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. xlix.* Cùm trãnſcendiſſet Ieſus in naue. *vſque.* Et eſto ſana à plaga tua.

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. xciij.* Prætergrediebatur Ieſus Galileam. *vſque.* Sed eum qui miſit me.

Feria IV. Secundùm Matthæum. *cap. cliv.* In illo tempore, Acceſſerunt ad Ieſum Scribæ ab Hieroſolymis. *vſque.* Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem.

Feria IV. Secundùm Lucàm. In illo tempore, Conuocatis Ieſus diſcipulis ſuis,

ſuis, dedit illis virtutem & poteſtatem. *vſque*. Euangelizantes & curantes vbique.

cap. xciij. *Feria IV*. Secundùm Marcum. In illo tempore, Egreſſus Dominus Ieſus cum diſcipulis ſuis, ibat per Galilæam. *vſque*. Qui habet aures audiendi, audiat.

cap. ccxviij. † *Feria IV*. Secundùm Matthæum. In illo tempore, Dixit Ieſus Principibus Sacerdotum & Senioribus populi: Quid vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad primum dixit; Fili vade, operare in vinea mea. *vſque*. Amen dico vobis quia publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.

Feria V. Secundùm Lucam. *cap. civ.* Factum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis. *vſque*. Sed ſaluare.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. civ.* Factum eſt dum complerentur dies aſſumptionis eius. *vſque*. Et abierunt in aliud caſtellum.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. lxxxiij.* In illo tempore, Factum eſt in vna dierum, aſcendit Ieſus in nauiculã. *vſque*. Prædicans quanta illi Ieſus feciſſet.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. xlix.* Cùm tranſiſſet in naui trans fretum. *vſque*. Eſto ſana à plaga tua.

cap. ccxviij. *Feria VI*. Secundùm Matthæum. In illo tempore, Dixit Ieſus turbis Iudæorum: Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad primum. *vſque*. Nec pœnitentiam habuiſtis poſtea vt crederetis ei.

cap. civ. *Feria VI*. Secundum Lucam. In illo tempore, Factum eſt dum complerentur dies aſſumptionis Domini Ieſu, & ipſe faciem ſuam firmauit. *vſque*. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare.

Die Sabbati. Secundùm Marcum. *cap. lxxij.* In illo tempore, Surgens Ieſus, abijt in fines Tyri & Sidonis: & ingreſſus domum, neminem voluit ſcire. *vſque*. Et exijſſe dæmonium ab ea.

Sabbato. Secundùm Marcum. *cap. xxxvj.* Cœpit Ieſus docere ad mare. *vſque*. Aures audiendi, audiat.

Dominica II. in Sexageſima. ad S. Paulum. Secundùm Lucam. *cap. lxxvj.* In illo tempore, Cùm turba plurima conueniret. *vſque*. Fructum adferunt in patientia.

Feria II. Secundùm Matthæum. In illo tempore, Locutus eſt Dominus Ieſus & ad diſcipulos ſuos: Ecce exijt qui ſeminat, ſeminare. *vſque*. Et fecit aliud quidem centeſimum, aliud ſexageſimum, porrò autem aliud trigeſimum. *cap. cxxxj.*

† *Feria II*. Secundùm Matthæum. In illo tempore, Locutus eſt Ieſus turbis in parabolis, dicens: Exijt qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum: & dum ſeminat, quædam ceciderunt ſecus viam. *vſque*. Aliud trigeſimum. Qui habet aures audiendi, audiat. *cap. cxxxj.*

Feria IV. Secundùm Matthæum. *cap. cxxiij.* Dixit Ieſus Phariſæis. Qui non eſt mecum, contra me eſt. *vſque*. Et ex verbis tuis condemnaberis.

Feria IV. Secundùm Marcum. In illo tempore, Egreſſus Ieſus ibat per Galilæam; nec volebat quemquam ſcire. dicebat autem. *vſque*. Non me ſuſcipit, ſed eum qui me miſit. Qui habet aures audiendi, audiat. *cap. xciij.*

† *Feria IV*. Secundùm Marcum. In illo tempore, Exijt ſeminans ad ſeminandum: & dum ſeminat, aliud cecidit circa viam; & venerunt volucres, & comederunt illud. *vſque*. Et vnum centum. Et dicebat; Qui habet aures audiendi, audiat. *cap. xxxvj.*

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. ccij.* Interrogatus Ieſus à Phariſæis; Quando venit regnum Dei? *vſque*. Illuc congregabuntur & aquilæ.

Feria VI. Secundùm Lucam. In illo tempore, Factum eſt dum complerentur dies adſumptionis eius, & ipſe faciem ſuam firmauit vt iret Hieruſalem. *vſque*. *cap. civ.*

Ani-

Digitized by Google

Animas perdere, ſed liberare. Et abierunt in aliud caſtellum.

Die Sabbati. Secundùm Lucam. *cap. cclıv*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Attendite autem vobis, ne fortè grauentur corda veſt a *vſque*. Fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante Filium hominis.

In Quinquageſima. Die Dominico. ad S.Petrum. Secundùm Lucam. *cap.ccxxij*. In illo tempore, Adſumpſit Ieſus duodecim. *vſque*. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

[*F*.Dominica III.in Quinquageſima.]

[*F.Q.R.* Duodecim diſcipulos ſuos]

Feria IV. ad Sanctam Sabinam. Secundùm Matthæum. *cap.xlv*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cùm ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. *vſque*. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.

[*F.R.S*.Feria IV.Caput Ieiunij.]

Feria V.ad S.Georgium. Secundùm Matthæum. *cap. lxiv*. In illo tempore, Cùm introiſſet Ieſus Capharnaum. *vſque*. Et ſanatus eſt puer ex illa hora.

Feria VI. In Pamachij. Secundùm Matthæum.*cap.xxxix*.In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum. *vſque*. Et Pater tuus,qui videt in abſcondito,reddet tibi.

[*F*.Ad S.Pamachium.*I.S*. Ad SS.Ioannem & Paulum.]

Die Sabbati. ad Sanctum Laurentium in Regione tertia. Secun- Marcum. *cap. lxvij*. In illo tempore, Cùm ſerò eſſet factum, erat nauis in medio mari.*vſque*. Quotquot tangebant eũ, ſalui fiebant.

[*Codd.B C.D.F.G.K.non exhibent hoc Sabbatum.*]

[*L.R.* Feria VII. *S*. Sabbato.ad Sanctum Triphonem.]

Sabbato. Secundùm Lucam. In illo tempore, Dicebat Ieſus ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus. *Require retro hebdom. IV. poſt Theophaniam in die Sabbato.*

In Quadrageſima. Die Dominico. ad Lateranis. Secundùm Matthæum. *cap.xv*. In illo tempore, Ductus eſt Ieſus in deſertum à Spiritu. *vſque*. Ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

[*A*. Ad Sanctum Iohannem in Lateranis. *S*. Ad S. Iohannem ad Lateranum.]

Feria II. ad S. Petrum ad Vincula, Secundùm Matthæum. *cap. cclxxiij*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cùm venerit Filius hominis. *vſque*. Iuſti autem in vitam æternam.

Feria III. ad S.Anaſtaſiam. Secundùm Matthæum.*cap.ccx*. In illo tempore, Cùm intraſſet Ieſus Hieroſolymã. *vſque*. Ibique manſit.

Byzantius Senator, & Pammachius eius filius, Iouiniani Imperatoris hortatu Eccleſiam Romæ conſtruxerunt in honorem SS. *Iohannis* & *Pauli*, vt horum geſta narrant. hinc ipſa in Titulo vocata eſt *Pammachij*:quem à Titulo *Bizantis* diuerſum fuiſſe, ſubſcriptiones Presbyterorum Concil.Rom.ſub Symmacho ſubindicant. Veterem inſcriptionem Baſilicæ SS. Iohannis & Pauli cum ſui Conditoris *Pammachij* nomine refert Aringhus lib.4. cap.42. Romæ ſubterraneæ.

Digitized by Google

ſit:& docebat eos de regno Dei.

[*L.Q.* Vſquè, Ibique manſit.]

MENSE. PRIMO

Feria IV. ad S.Mariam. Secundùm Matthæum. *cap.cxxvij.* In illo tempore, Acceſſerunt ad Ieſum Scribę & Phariſęi,dicentes.*vſq;*Ipſe meus frater & ſoror & mater eſt.

[*F.G.*Menſis Primi Feria IV.]

A *Feria V.* Secundùm Matthæum. *cap.xcv.* In illo tempore,Dixit Ieſus diſcipulis ſuis;Nolite arbitrari. *vſque.* Non perdet mercedem ſuã.

A *Item alia de muliere Cananæa.* Secundùm Matthæum. *req. cap.clvij.* In illo tempore, Egreſſus Ieſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sydonis.*vſq;* Sanata eſt filia eius ex illa hora.

Feria V. [a] *ad S. Laurentium ad Formouſum.* Egreſsus Ieſus, ſeceſſit in partes Tyri [*&c. vt ſupra.*]

[*I.* Feria V. ad S.Laurentium, *S.* Feria V. ad S.Laurentium in Formoſo.]

Feria V. ad S.Laurentium foris murum. Secundùm Ioannem.*cap.lxxxix.*In illo tempore, Dicebat Ieſus ad eos qui crediderunt Iudæos: Si manſeritis in ſermone meo. *vſque.* Qui eſt ex Deo, verba Dei audit.

[*Q.* Ad eos qui crediderant ei. *R.* Ad eos qui crediderunt ei ex Iudæis.]

Feria VI. ad Apoſtolos. Secundùm Iohannem.*cap.xxxviij.*In illo tempore, Erat Dies feſtus Iudæorum. *vſque.* Quia Ieſus eſset qui fecit eum ſanum.

[*R.* Vſque. Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in Sabbato.]

Die Sabbati [b] *in duodecim Lection. ad Sanctum Petrum.* Secundùm Matthæum. *cap.clxxij.* In illo tempore, Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Iohannem.*vſque.* Donec

a Vetus Deſcriptio Regionum Vrbis tom.4. Analectorum Mabillonij pag.507. *Laurentij in Formonſo,ubi ille aſſatus eſt.*Vocatur nunc eadem Eccleſia *in Paniſperna*, ſiue vt Martinellus dicendum conijcit, *in Perperna*: vide eiuſdem Romam ex ethnica ſacram.

b Bedæ adſcriptus hymnus de celebritate Quatuor Temporum, tom.1.

Septima [Feria] *cùm ſenas* [Lectiones] *habeat, titulat duodenas:*
Romana quòd in vrbe, caput quæ dicitur Orbis,
Ob populos varij ſermonis in Vrbe fluentes,
Tum Græco, tùm Romano ſermone leguntur,
Taliter ex ſenis fieri conſtat duodenas,
Non ſenſu vario, ſed tantùm diſpare bombo.
Hac etiam Feria Benedictio Præſulis ore
Confertur. Chriſti formam tenet ipſe Sacerdos:
Cætus Apoſtolicus totidem in Lectoribus aſtat,
Diffundens varijs cæleſtia dogmata linguis.

Antiquiori æuo cùm Vigiliæ noctu celebrarentur apud S. Petrum in Sabbatis Quatuor Temporum, & vt S. Leo Papa ſcribit epiſt. 11. al. 81. Sacerdotalis & Leuitica Ordinatio fieret poſt diem Sabbati in eius noctis exordijs, quæ in prima Sabbati luceſcit: tota hæc plurium Lectionum, Ordinationis, & Miſſarum celebritas ad Vigiliarum officium pertinebat. Veroſimilius autem videtur tunc temporis duodecim omnino Lectiones Latinè legi conſueuiſſe, vt in Vigilijs Paſchæ: vnde appellationem *in Duodecim Lectionibus* hoc officium accepit, diuque retinuit.

nec Filius hominis à mortuis reſurgat.

[*I.* Sabbato. ad S.Petrum in XII. Lectiones.]

[*L.* Poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum.]

B.C. *Hebdomada II. Die Dominico. Vacat.*

A. *Hebdomada II. Die Dominica. Vacat. Require hebdomada ſuperiore Feria V. de muliere Cananæa, ſecundùm Matthæum, cap.clvij.*

E. *Hebdomada II. Die Dominico. Vacat. Euangelium quod & in Feria V.*

F.Q. R. *Dom. Vacat.* Secundùm Matthæum. *cap.clvij.* In illo tempore, Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sydonis. *vſque.* Sanata eſt filia eius ex illa hora.

Hebdomada II. Secundùm Marcum. *cap.xciij.* In illo tempore, Profectus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis, prætergrediens Galilæam. *vſque.* Amen dico vobis; non perdet mercedem ſuam.

I. *Dominica I. Menſis Primi.* Secundùm Lucam. *cap xcviij.* In illo tempore, Adſumpſit Ieſus Petrum & Iohannem & Iacobum; & aſcendit in montem vt oraret. *vſque.* Et nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant.

G. *Hebdomada III. die Dominico. Vacat.*

L. *Dominica II.* Secundùm Marcum. *cap. xviij.* Venit ad Ieſum leproſus deprecans eum dicens. *vſque.* Sic vidimus.

S. ✝ *Dominica Vacat. ad S. Mariam in Dominica. Euangelium require in Sabbato.*

Feria II. ad S.Clementem. Secundùm Iohannem. *cap.lxxxix.* In illo tempore, Dixit Ieſus turbis Iudæorum: Ego vado. *vſque.* Quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

[*R.* In illo tempore, Dixit Dominus Ieſus Scribis & Phariſæis; Ego vado; & quæretis me. *vſque.* Multi crediderunt in eum.]

Feria III. ad Sanctam Balbinam. Secundùm Matthæum. *cap. ccxxvij.* In illo tempore, Locutus eſt Ieſus ad turbas. *vſque.* Qui ſe humiliat, exaltabitur.

[*I. R.* In illo tempore, Locutus eſt Ieſus ad turbas & ad diſcipulos ſuos: Super cathedram Moyſi.]

Feria IV. ad Sanctam Cæciliam. Secundùm Matthęum. *cap. ccj.* In illo tempore, Aſcendit Ieſus Hieroſolymam. *vſque.* Et dare animam ſuam redemptionem pro multis.

Feria V. Titulus Caliſti trans Tiberim ad Sanctam Mariam. [al.] *Ad S.Mariam trans Tiberim Titulo* [*al. Tituli. al. Titulum*] *Caliſti.* Secundũ Lucam. *cap cxcvj.* In illo tempore, Dixit Ieſus turbis Iudæorum & Phariſæorum: Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & byſſo. *vſque.* Si quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

[*B.* Dixit Ieſus turbis Phariſæorum. *S.* Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Homo quidam.]

Feria V. ad S. Mariam trans Tiberim. Secundùm Iohannem *cap.liij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Operamini non cibum qui perit. *vſque.* Et qui credit in me, non ſitiet.

Feria V. Secundùm Iohannem. *cap. xliij.* In illo tempore, Dixit Ieſus turbis Iudæorum: Non poſſum ego à meipſo facere quicquam. *vſque.* Si autem illius litteris non creditis; quomodo verbis meis credetis?

[*Q.* Vſque. De me enim ille ſcripſit.]

Fe-

Digitized by Google

Feria VI. a ad Apoſtolos in T. Veſtinæ. Secundùm Matthæum. *cap. ccxix.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudæorum parabolam hanc: Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam. *vſque*. Quia ſicut Prophetam eum habebant.

[*B.C.D.H.* In ter Veſtinæ. *E.* Ad Apoſtolos. *F.G.* Ad Apoſtolos in T. Veſtinæ. *Legendum*, Ad Apoſtolos in Titulo Veſtinæ. *I.& S.* Ad S. Vitalem.]

Die Sabbati. ad Sanctos Marcellinum & Petrum. Secundùm Lucam. *cap.cxc.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo quidam habuit duos filios. *vſque*. Perierat, & inuentus eſt.

[*L.* Feria VII.]

[*Plures codd. omittunt*, Parabolam hanc.]

[*Q.* Dixit Ieſus Scribis & Phariſæis, Homo &c.]

Hebdomada III. Die Dominico. ad S. Laurentium Martyr. Secundùm Lucam. *cap.cxxvj.* In illo tempore, *b* Erat Ieſus eijciens dæmonium. *vſque*. Immo beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. b

[*E. G. I.* Ad S. Laurentium. *S.* Ad S. Laurentium foras murum.]

Feria II. ad S. Marcum. Secundùm Lucam. *cap.xx.* In illo tempore, Dixerunt Phariſæi ad Ieſum; Quanta audiuimus facta in Capharnaum. *vſque*. Ipſe autem tranſiens per medium illorum, ibat.

In Miſſis quæ pro Scrutinio celebrantur, quod initiatur III. Hebdomada in Quadrageſima II. Feria. Secundùm Marcum. [*cap.cvj.*] In illo tempore, Offerebãt paruulos ad Ieſum, vt tangeret illos: diſcipuli autem. *vſque*. Et complexans eos, & imponens manus ſuas ſuper illos; benedicebat eos. I.

u *Fe-*

a Ex his vetuſtis codd diſcimus Eccleſiam Tituli Veſtinæ (qua de muliere liber Pontificalis agit in Innocentio I.) tum potiſſimum in honorem Apoſtolorum fuiſſe Deo dicatam, tum etiam in honorem S. Vitalis, & SS. Geruaſij & Protaſij; vt S. Gregorij Sacramentarium, & Romanarum Synodorum eiuſdem Tituli ſubſcripti Presbyteri adſtruunt.

b Ab hac Dominica III. incipiebant olim Scrutinia Catechumenorum ſanctum Baptiſma in proximo Paſchate competentium. hinc eo die Euangelium legitur, vbi de eiectione dæmonij; de forti armato cuſtodiente atrium ſuum; deque fortiore ſuperueniente, & diripiente ſpolia eius; ac de audiendo verbo Dei, & cuſtodiendo agitur. quæ omnia ad Exorciſmos, expulſiones ſatanæ, cæteroſque ritus in Scrutinijs peragi ſolitos pulchrè referuntur. Conſimilia in aliquot Euangelijs ſubſequentium hebdomadarũ obſeruare licet; vt Feriæ II. huius hebdomadæ III. vbi mentio fit de lotione Naaman Syri in Iordanis fluuio; & Sabbati hebdomadæ IV. vbi leguntur verba Chriſti, *Ego ſum lux mundi.* & Feriæ II. hebdom. V. in qua legitur, *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Alia antiquis ritibus conuenientia hic & in alijs libris Liturgicis obſeruitare poſſemus: quæ nunc quidem ſubobſcura, obſoleta veteri diſciplina; olim perſpicua, illa ſtante apparebant. At nobis non licet his elucidandis immorari, cùm non prolixiores notas modò, ſed integros etiam libros requirant.

Feria III. ad Sanctam Pudentianam. Secundùm Matthæum. *cap. clxxxiij.* In illo tempore, Reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro; Si peccauerit in te frater tuus. *vſque.* Sed vſque ſeptuagies ſepties.

Feria III. Euang. Secundùm Matthęū. [*cap. lxxxij.*] In illo tempore, Dicebat
R. Dominus Ieſus diſcipulis ſuis: Quid vobis videtur? ſi fuerint alicui centum oues. *vſque.* Non dico tibi ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties.

Feria IV. ad S. Sixtum. Secundùm Matthæum. *cap. cliv.* In illo tempore, Acceſſerunt ad Ieſum ab Hieroſolymis. *vſque.* Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

Feria V. ad Sanctos Coſmam & Damianum. Secundùm Lucam. *cap. xxvj.* In illo tempore, Surgens Ieſus de Synagoga, introiuit. *vſque.* Erat prædicans in Synagogis Galileæ. [*cod. A. addit.*] *vel al.* Oportet me euangelizare Regnum Dei.

Feria V. ad SS. Coſmam & Damianū. Secundùm Iohannem. *cap. xlij.* In illo tempore, Dixit Ieſus turbis Iudæorum: Non poſſum ego à meipſo. *vſque.* Quomodo verbis meis credetis?

Feria V. Secundùm Iohannem. *cap. l.* Cùm cognouiſſet Ieſus quia venturi eſ-
Q. ſent vt raperent eum. *vſque.* Qui permanet in vitam æternam.

Feria V. Secundùm Iohannem. *cap. lij.* Dixit Ieſus turbis; Operamini non cibum qui perit. *vſque* Non ſitiet vnquā.

[*Alia manu.*] Secundùm Lucam. *cap. cxcvj.* Homo quidam erat diues, & in-
Q. duebatur purpura & byſſo. *vſque.* Si quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

Feria VI. ad S. Laurentium in Titulo Lucinæ. Secundùm Iohannem. *cap. xxxiij.* In illo tempore, At A.
Ieſus fatigatus. *al.* Venit Ieſus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar. *vſque.* Quia hic eſt verè Saluator mundi.

[*E.I.* Ad S. Laurentium. *F.* Ad Sanctum Laurentium in Luchanæ. *S.* Ad S. Laurentium in Lucina.]

[*B.C.D.E.G.K.Q.* In illo tempore, Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſuper fontem.]

[*F.H.I.L.R.S* Venit Ieſus in ciuitate Samariæ, quæ dicitur Sichar.]

Die Sabbati. ad Sanctam Suſannam. Secundùm Ioannem. *cap. lxxxvj.* In illo tempore, Perrexit Ieſus in montem Oliueti. *vſque.* Vade, & ampliùs noli peccare.

[*L.* Feria VII.]

Hebdomada IV. Die Dominico. in Suxorio. Secundùm Iohannem. *cap. xlvj.* In illo tempore. Abijt Ieſus trans mare Galileę. *vſque.* Quia hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum.

[*F.Q.R.* Dominica IV. in Quadrageſima. *Q.* Dominica media Quadrageſimę.]

[*B.C.D.G.* In Suxurio. *F.* In Suſulio. *I.S.* Ad Hieruſalem.]

Feria II. ad Sanctos Quatuor Coronatos. Secundùm Iohannem. *cap. xx.* In illo tempore, Prope erat Paſcha Iudæorum: & aſcendit Ieſus. *vſque.* Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

[*B. S.* Ad Sanctos Quatuor Coronatorum.]

Feria III. in Titulo Damaſi. Secundùm Iohannem. *cap. lxxv.* In illo

illo tempore, Iam die feſto mediā te aſcendit Ieſus. *vſque*. De turba autem multi crediderunt in eū.

[*F*. Feria III. In Damaſcū. *I*. Ad S. Laurentium. *S*. Ad S. Laurentiū in Damaſo.]

Feria IV. Ad S. Paulum. Secundùm Iohannem. *cap.lxxxix*. In illo tempore, Prætericns Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate. *vſque*. Et procidens adorauit eum.

[*Feria IV. Pro Scrutinio in Apertione aurium*.]

Initium S. Euangelij ſecundùm Matthæum. Liber generationis Ieſu Chriſti
I. filij Dauid. *vſque*. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

Initiū Euangelij Ieſu Chriſti Filij Dei, ſecundùm Marcum. Sicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta: Ecce ego mitto. *vſque*. Tu es Filius meus Dilectus: in te complacui.

Initium S. Euangelij ſecundùm Lucam. Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem. *vſque*. Parare Domino plebem perfectam.

Initium S. Euangelij ſecundùm Iohannem. In principio erat Verbum. *vſque*. Plenum gratiæ & veritatis.

Sequentia S. Euangelij ſecundùm Iohānem. In illo tempore, Præteriens Ieſus, vidit cæcum à natiuitate. *vſque*. Credo Domine: & procidens adorauit eum.

Feria V. ad S. Silueſtrum. Secundùm Lucam. *cap.lxvij*. In illo tempore, Ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim. *vſque*. Quia Deus viſitauit plebem ſuam.

[*S*. Ad S. Silueſtrum; qui modò dicitur, Martinus.]

Feria V, ad S. Silueſtrum. Secundùm Iohannem. *cap.xxxix*. In illo tempore, Dixit Ieſus turbis Iudæorum: Pater meus vſque modò operatur. *vſque*. Qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.

Feria VI. ad S. Euſebium. Secundùm Iohannem. *cap.xciv*. In illo tempore, Erat quidā languens Lazarus. *vſque*. Et viderunt quæ fecit Ieſus: & crediderunt in eum.

[*R*. Vſque. Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſeos; & dixerunt eis quæ fecit Ieſus.]

Die Sabbati. ad S. Laurentium Mart. Secundùm Iohannem. *cap.lxxxvj*. In illo tempore, Dicebat Ieſus turbis Iudæorum: Ego ſum lux mundi. *vſque*. Quia nondum venerat hora eius.

[*L*. Feria VII.]

[*C*. Ad S. Laurentium ad Mart. *F*. Ad S. Laurentiū. *S*. Ad S. Nicolaū in Carcere.]

Hebdomada V. Die Dominico. ad S. Petrum. Secundùm Iohannem. *cap.lxxxix*. In illo tempore, Dicebat Ieſus turbis Iudæorum & Principibus Sacerdotum: Quis ex vobis arguet me de peccato? *vſque*. Ieſus autem abſcondit ſe; & exiuit de templo.

[*F.L*. Dominica V. *codd.Q.R*. Domin. de Paſſione. *S*. Domin. de Paſſione Dñi.]

Feria II. ad S. Chryſogonum. Secundùm Iohannem. *cap.lxxix*. In illo tempore, Miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros. *vſque*. Quem accepturi erant credentes in eum.

Feria III. Ad S. Quiriacum. Secundùm Ioannem. *cap. lxxv*. In illo tempore, Ambulabat Ieſus in Galilæā *vſque*. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum.

[*I.S*. Ad S. Cyriacum. *& rectiùs: erat enim Titulus Presbyteri Cardinalis vetuſtiſſimus in Thermis; ſuperiore ſæculo dirutus ſub Sixto V. Scribebatur au-*

u 2 tem

Item Cyriacus, *vel* Quiriacus: *vnde Synodo B. Gregorij Papæ inter alios Preſbyteros Titulorum Vrbis, ſubſcripſit* Auentius Sancti Quiriaei.]

Feria IV. ad S. *Marcellum*. Secundùm Iohannem. *cap.xcij.* In illo tempore, Facta ſunt Encænia in Hieroſolymis. *vſque*. Quia in me eſt Pater, & ego in Patre.

Feria V. ad S.*Apollinarem*. Secundùm Lucam. *cap.lxxiv.* In illo tempore, Rogabat Ieſum quidam Phariſæus, vt manducaret cum illo.*vſq;* Quoniam dilexit multùm.

*Alia.*Secundùm Iohannem.*cap.lxxxij.* In illo tempore, Cùm audiſſent quidam de turba ſermones Ieſu, dicebant. *vſq;*Et reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuã.

[*M.* Cùm audiſſent Iudæi ſermones Ieſu.]

Feria VI. ad S. Stephanum. Secundùm Iohannem. *cap. xciv.* In illo tempore, Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium aduersùs Ieſum. *vſque*. Et ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

[*S.* Ad Sanctum Stephanum in Cœlio monte.]

SABBATO. DATVR. FERMENTVM. IN. CONSISTORIO. LATERANENSI. B.C.G.

* *Sabbato. ad S.Petrum quando Elee-* * A.

---

* De hoc Sabbato ante Palmas Amalarius lib.1. cap.9. de Eccleſiaſticis officijs: *Prætitulatur*, inquit, *in Sacramentario noſtro & in Antiphonario, Sabbato Vacat. Dominus Papa eleemoſynam dat.* Hæc eſt illa eleemoſyna, qua de mentionem faciunt noſtra Capitularia. Fiebat nimirum hæc generalis eleemoſyna ob imminens Paſchale feſtum: vt anticipata elargitione, pàuperibus conſulerétur & Pontifici: illis quidem vt ſibi prouidere poſſent; huic verò vt in ſubſequenti ſancta hebdomada, liberiori animo ſacris actionibus intenderet. Porro publicæ Miſſæ Statio eodem Sabbato apud Sanctum Petrum celebrabatur cum lectione Euangelij, *Diſſenſio facta eſt.* Præterea aliud huic Sabbato adſcriptum erat officium diſtributionis ſcil. Fermenti, quod in Conſiſtorio dabatur Lateranenſi, ideſt, vel Oratorio aliquo ex multis, vel aula publicæ audientiæ & conſultationis Lateranenſis Epiſcopij. Euangelium autem ſub hoc titulo deſignatum, fortaſſis in ipſa diſtributionis Fermenti actione recitabatur; eo modo quo in præſentiarum Euangelium legitur in benedictione Palmarum, & in lotione pedum in Cœna Domini. Cæterùm quid fuerit hocce Fermentum, videat lector librum Illuſtriſſimi Domini Iohannis Ciampini ſuper hac re editum: vbi multorum multas ſententias doctè recenſuit; quibus & noſtram qualemcumque opinationem non dedignatus eſt adiungere: qua nimirum SS. Euchariſtiam fuiſſe Fermentũ illud arbitramur, ex azymis quidem confectum, ſed ad Communionis Eccleſiaſticæ ſymbolum, *Fermentum* vocatum. Quod fortè hoc Sabbato datũ fuerit Acolythis finitimorum Epiſcoporum; vt Epiſcopi ipſi die ſancto Paſchæ in publica Miſſarum celebritate particulam Fermenti à Pontifice Romano conſecrati, poſt Canonem, vbi dicitur, *Hæc commixtio Corporis & Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti* in calicem conſecratum immitterent: & inde tum ipſi tum plebes illis creditæ Sanguinem Domini bibentes, Communionem cum Romano Pontifice præ ſe ferrent, dum ex eiuſdem conſecratione vtrumque communicarent. De Euchariſtia à Romanis Pontificibus ad Epiſcopos tranſmiſſa tanquam Eccleſiaſticæ Communionis Nota meminit S.Irenæus apud Euſebium lib.v.cap.24. hiſtoriæ eccleſiaſticæ. Hæc paucis indicaſſe ſufficiat.

Digitized by Google

Eleemoſyna datur. Secundùm Io-
hannem. *cap. lxxxiv*. In illo
tempore, Diſſenſio itaque fa-
cta eſt inter turbas. *vſque*. Re-
uerſi ſunt vnuſquiſque in domum
ſuam.

Item in alio Sabbato. Datur Fer-
mentum in Conſiſtorio Lateranenſe.
A. Secundùm Iohannem. *cap. cliij.*
Subleuatis Ieſus oculis in cæ-
lum.

Sabbato. *Datur Fermentum in*
Conſiſtorio, in Conſiſtorio Latera-
D. *nenſi*. Secundùm Iohannem. *cap.*
cliij. Subleuatis Ieſus oculis in
cælum. *vſque*. Ad te venio.

Sabbato, Datur Fermentum in Con-
ſiſtorio Later. legitur Euangelium
E. *ſecundùm Iohannem*. *cap. cliij.*
Subleuatis Ieſus oculis in cælum.
vſque. Et hi in mundo ſunt: &
ego ad te venio.

Sabbato quando Fermentum da-
tur in Conſiſtorio Lateranenſi. Se-
F. cundùm Iohannem. *cap. lxvi*. In
illo tempore, Dixit Ieſus diſci-
pulis ſuis: Amen amen dico vo-
bis; niſi manducaueritis carnem.
vſque. Hic enim erat traditurus
eum, cùm eſſet vnus de Duode-
cim.

Sabbato. *ad S. Petrum, quando*
Eleemoſyna datur. Sequentia S.
I. Euangelij ſecundùm Iohannem.
[*cap.lxxxiv.*] In illo tempore, Diſ-
ſenſio facta eſt in turba propter
Ieſum: quidam autem ex ipſis
[*&c. vſque*] Quià Propheta à
Galilæa non ſurgit. & reuerſi ſunt
vnuſquiſque in domum ſuam.

Sabbato. Secundùm Ioannem.
cap. cliij. In illo tempore, Subleua-
tis Ieſus oculis in cælum. *vſque*. H.
Et ego ad te venio.

Sabbato. Datur Fermentum in Con-
ſiſtorio Lateranenſi. Secundùm Io-
hannem. *cap. lxxxiv*. In illo tem- K.
pore, Diſſenſio facta eſt in turba.
vſque. In domum ſuam.

Feria VII Secundùm Iohannem. *cap.*
lxvi. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amen,
amen dico vobis; niſi manducaueritis L.
carnem. *vſque*. Cùm eſſet vnus ex Duo-
decim.

Sabbato. Secundùm Marcum. *cap.clx:*
In illo tempore, Iudas Iſcariotes vnus N.
de Duodecim. *vſque*. Et præparauerunt
Paſcha.

Sabbato. *Vacat*. Secundùm Iohannem.
cap.lxvj. Dixit Ieſus turbis Iudæorum:
Amen, amen dico vobis; niſi manduca- Q.
ueritis carnem Filij hominis. *vſque*. Cùm
eſſet vnus ex Duodecim.

Sabbato. Euang. Secundùm Iohannem.
[*cap.cliij.*] In illo tempore, Eleuatis Ie-
ſus oculis in cælum, dixit: Pater clarifica R.
nomen tuum [*&c. vſque*.] Hæc locutus
eſt eis Ieſus; & abijt, & abſcondit ſe ab
eis.

Sabbato ante Palmas. Secundùm Lucã:
[*cap.ccxxxij.*] Cùm appropinquaſſet Ie-
ſus ad Bethphage & Bethaniam ad mon- *Ord.*
tem qui vocatur Oliueti. *vſque*. In *Rom.*
nomine Domini. [*al.*] *vſque*. Gloria in *& ms.*
excelſis.

Sabbato. ad Sanctum Petrum [*in mar-*
gine additur] *S. Iohannem ante por-*
tam Latinam. Secundùm Iohannem.
[*cap.xcix.*] In illo tempore, Cogitauerũt
Principes Sacerdotum vt & Lazarum
interficerent; quia multi propter illum S.
abibant ex Iudæis. [*vſque*.] Hæc locutus
eſt Ieſus; & abijt, & abſcondit ſe ab
eis.

Hebdo-

Digitized by Google

Hebdomada VI. Die Dominico. ad Lateranis. * *Legitur Paſſio Domini ſecundùm Matthæum. cap. cclxxiv.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet? *vſque.* Signantes lapidem cum cuſtodibus.

[*I.L.* Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Matthæum.]

Dominica in Palmis. Secundùm Matth. *cap. ccvj.* In illo tempore, Cùm appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis. *vſq;*
K. In nomine Domini. *Item ad Miſſam legitur Paſſio Domini ſecundùm Matthæum.*

In benedictione Palmarum. Secundùm Mateum. In illo tempore, Cùm
Ord. Rom. appropinquarent Hieroſolymæ & Bethaniæ ad montem Oliuarum, mittit Ieſus duos ex diſcipulis ſuis. [*vſque.*] Benedictum quod venit Regnum patris noſtri Dauid. Hoſanna in excelſis.

† *Ad benedicendum Palmas.* Secundùm Matthęũ. In illo tempore Cùm appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymam, & veniſſet
S. Bethphage ad montem Olіueti. [*vſque.*] Benedictus qui venit in nomine Domini. Hoſanna in altiſſimis.

† *Dominica in Palmis. Ad S. Iohannem ad Lateranum.* Paſſio Domini no-
S. ſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Matthæum. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: † Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet? C. Tunc congregati ſunt *&c.* S. Non in Die feſto [*&c. vſque.*] Erant autem ibi Maria Magdalene & altera Maria ſedentes contra ſepulchrum. *Euangel.* Altera autem die quæ eſt poſt Paraſceuen. *vſque.* Signantes lapidem cum cuſtodibus.

Dom. de Pal. . . . . Dominus vobiſcum. Et cum Spiritu tuo. Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Matthæum. Gloria tibi Domine. In illo tem- R.
pore, [Dixit] Dominus Ieſus diſeipulis ſuis; Seitis quia. [*vſque.*] Sedentes contra ſepulchrum. Altera autem die. [*vſque.*] Signantes lapidem cum cuſtodibus.

Feria II. ad SS. Nereum & Achileum. Secundùm Iohannem. *cap. xcvij.* In illo tempore, Ante ſex dies Paſchæ venit Ieſus Bethaniam. *vſque.* Et abijt, & abſcondit ſe ab eis.

[*Cod. I.* Feria II. ad S. Praxedem.]

Feria II. Secundùm Iohannem. [*cap. xcvij.*] In illo tempore, Proximum erat Paſcha Iudæorum. [*vſque.*] Hæc locutus eſt Ieſus; & abijt, & abſcondit ſe ab eis.

† *Feria II. ad SS. Nereum, & Achilleum.* [*Hæc Statio prima manu ſcripta eſt, ſed ea deleta, additum eſt in* S.
margine recentiore manu, Ad S. Praxedem.] In illo tempore, Ante ſex dies Paſchæ venit Ieſus Bethaniam. [*vſque.*] Sed vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit à mortuis.

Feria III. Ad S. Priſcam. Secundùm Iohannem. *cap. cxij.* In illo

* S. Leo Papa ſerm. v. de Paſſione Domini, die Dominica habito. *Summum hoc & potentiſſimũ diuinæ miſericordiæ ſacramentum, ſemper quidem in cordibus noſtris cum tota ſui dignitate retinendum eſt; ſed nunc viuaciorem animi ſenſum, & puriorem exigit mentis intuitum; quando nobis non ſolùm recurſu temporis, ſed etiam textu Euangelicæ LECTIONIS omne opus noſtræ ſalutis ingeritur. . Hæc hodie, dilectiſſimi, auribus veſtris inſinuata ſufficiant: cætera in Quartam Feriam differantur, auxiliante Domino orationibus veſtris; qui præſtare dignabitur, vt quod promittimus, impleamus. Amen.* Sermones ſuper Paſſione Domini die Dominico habiti à S. Leone Papa ſunt primus 3. 5. 7. 11. & fortaſſis 12. & 13. perperam adſcripti Feriæ Quartæ.

Digitized by Google

illo tempore, Ante diem feſtum Paſchæ ſciens Ieſus. *vſque*. Et continuò clarificabit eum.

Feria III. ad S. Priſcam. Secundùm Iohannem. *cap.cxviij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipu-
D. K. lis ſuis: Amen amen dico vobis:
Q. R. non eſt ſeruus maior domino ſuo.
S. *vſque*. Clarificabit eum.

Feria III. Secundùm Iohannem. *cap.civ.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amen, amen dico vobis; niſi granum frumenti, *vſque*. Et abſcondit ſe ab eis.

Feria III. ad S.Priſcam legitur Paſſio Domini ſecundùm Marcum. cap. clvj. Erat Paſcha & Azyma poſt biduum. *vſque*. Et aduoluit lapidem ad oſtium monumenti

[*I.I.R.* Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Marcum]

[*R.* Vſque. Maria autem Magdalene & Maria Ioſephi, aſpiciebant vbi poneretur.]

* *Feria IV. ad S.Mariam.* * *Legitur Paſſio Domini ſecundùm Lucam. cap. cclx.* In illo tempore, Adpropinquabat Dies feſtus Azymorum. *vſque*. In quo nondum quiſquam poſitus fuerat.

[*I.I.* Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Lucam.]

† *Feria IV. ad S.Mariam Maiorem.* Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Lucam. In illo tempore, C. Appropinquabat autem dies feſtus Azymorum, qui dicitur Paſcha *&c.* † Euntes parate nobis Paſcha *&c.* S. Vbi vis paremus? [*vſque.*] Et mulieres quæ ſecutæ erant à Galilæa, hæc videntes. *Euang.* Et ecce vir nomine Ioſeph. *vſque*. In quo nondum quiſquam poſitus fuerat.

Feria V. ad Lateranis. Conficitur Chriſma. Secundùm Iohannem. *cap. cxij.* In illo tempore, Sciens Ieſus quia venit eius hora. *vſque*. Vt quemadmodum ego feci vobis; ita & vos faciatis.

[*E. K. Q. R. S.* Feria V. in Cœna Domini.]

[*K. I. R.S.* In illo tempore, Ante Diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit hora eius.]

Secundum Iohannem. *cap.cxij.* In illo tempore, Ante diem feſtum Paſchę. *vſque*. Et Deus clarificauit eum in ſemetipſo: & continuo clarificabit eum.

Feria V. ad S.Iohannem in Later. Secundùm Iohannem. [*cap.cxij.*] In illo *I.*
tempore, Ante diem feſtum Paſchæ ſciens Ieſus. [*vſque.*] Vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit; & ego in ipſis.

Feria VI. In Suxorio, quod eſt in baſilica Hieruſalem. Legitur Paſſio Domini Secundùm Iohannem. cap. clvj. In illo tempore, Egreſſus eſt Ieſus trans torrentem Cedron. *vſque*. Quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum [*al.* eum.]

[*K. Q.* Feria VI. in Paraſceue.]

[*G H.* In Suxurio.]

[*I.L.* Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Iohannem.]

† *Euangel. Feria VI. in Paraſceuen. ad Ieruſalem.* Paſſio Domini noſtri Ieſu Chri-

---

* S.Leo Papa ſerm.iij de Paſſione Domini. *Sed quia multum eſt, dilectiſſimi, vt omnia hodiernus ſermo percurrat, in QUARTAM FERIAM, qua LECTIO Dominicæ Paſſionis ITERABITVR, reſidua differantur.* Sermones à S.Leone habiti Feria Quarta, ſiue, Quarta Sabbati ſunt ſecundus, 4.6.8.13. & 17. & fortè 14. 15. 18. & 19.

Chriſti ſecundùm Iohannem. In illo tempore, Egreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron *&c.* C. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum *&c.* † Quem quæritis? C. Reſponderunt ei; S. Ieſum Nazarenum. *vſque.* Videbunt in quem transfixerunt. *Euang.* Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathia, eo quòd eſſet diſcipulus Ieſu. *vſque.* Ibi ergo propter Paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

† *Eodem die aliud Euangelium legitur ante CRVCEM hora Sexta, vel in nocte.* Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Marcum. In illo tempore, Erat Paſcha & Azyma poſt biduum; & quærebant Summi Sacerdotes *&c.* S. Non in die feſto. C. Ne fortè tumultus fieret in populo. *vſque.* Et multæ aliæ quæ ſimul cum illo aſcenderant Ieroſolymam. *Euang.* Et cùm iam ſero eſſet factum. [*vſque.*] Ad oſtium monumenti.

* *In Sabbato Sancto. ad Lateranis.* Secundùm Matth. *cap. ccclij.* In illo tempore, Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati. *vſque.* Ibi eum videbitis. Ecce prædixi vobis.

[*Codd. aliquot omittunt,* In illo tempore.]

Dominica ſancta Paſchæ. ad Mat. Secundùm Matth. *cap. cccliv.* Exierunt mulieres citò. *vſque.* In hodiernum diem.

In Paſcha. Dominica ſancta. ad S. Mariam Maiorem in Præſepe. Secundùm Marcum. *cap. ccxxx.* In illo tempore, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome. *vſque.* Ibi eum videbitis ſicut dixi [*al.* dixit] vobis.

[F.Do-

---

* Die Sabbati Sancti ante ſacratiſſimæ noctis Vigilias ſolemnes fortè hora nona tota olim legebatur Dominicæ Paſſionis & Reſurrectionis hiſtoria. Quæ ſecundùm Mateũ proculdubio recitabatur; cùm die Dominico ſecundùm Matthæum, & Feria quarta ſecundùm Lucam eam legi conſueuiſſe & vetuſtiſſima hæc Capitularia, & S. Leonis ſermones ſi conſiderentur attentiùs, ſatis probent. Feria verò ſexta ſecundùm Iohannem, & hæc Capitularia & Sacramentaria omnia iam olim legi ſolere demonſtrant. Reſtat igitur Paſſio Domini ſecundùm Marcum, quam antiquiora Capitularia prætermittunt: rectè itaque illam adſcripſerimus diei Sabbati Sancti iuxta morem æui S. Leonis Papæ; à quo diſcimus eiuſmodi Lectionis ritum: qui poſtea retracto nocturno Vigiliarum officio ad diem ipſum Sabbati obſoleuit. Hæc ſunt S. Leonis teſtimonia. ſerm. 19. de Paſſione Domini. *Supereſt,* inquit, *vt de obtinendo Reſurrectionis conſortio diſſeramus. Quod ne, continuato ſermone, & mihi & vobis fiat oneroſum, in DIEM SABBATI promiſſa differamus.* In ſerm. autem 2. de Reſurrectione Domini, quem (vt bene obſeruat Paſchaſius Queſnellius) Hincmarus Remenſis lib de Prædeſtinatione Sanctorum cap. 33. citat his verbis: *Item in homilia Sabbati Sancti;* hæc habentur. *Totum quidem, dilectiſſimi, Paſchale ſacramentum Euangelica nobis narratio præſentauit; & ita per aurem carnis penetratus eſt mentis auditus, vt nemini noſtrum rerum geſtarum imago defuerit: cùm Diuinitus inſpiratæ textus hiſtoriæ euidenter oſtenderit, qua Dominus Ieſus Chriſtus impietate traditus; quo iudicio addictus; qua ſæuitia crucifixus; & qua ſit gloria ſuſcitatus. Sed adijciendum eſt etiam noſtri ſermonis officium: vt, ſicut pia exſpectatione repoſcere vos CONSVETVDINIS debitum ſentio; ita ſolemnitati ſacratiſſimæ LECTIONIS ſubiungatur exhortatio Sacerdotis.*

Digitized by Google

[*F.* Dominicâ in ſanctum Paſcha.]

Feria II. ad S. Petrum. Secundùm Lucã. *cap. cccxxxix.* [*al. cccxl.*] In illo tempore, Duo ex diſcipulis Ieſu ibant in caſtellum. *vſque.* Et quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

[*L. Q. R. S.* In illo tempore, Exeuntes duo. *Q.* Exeuntes duo ex illis.]

[*S.* Ibant ipſa die in caſtellum.]

Feria III. ad S. Paulum. Secundùm Lucam. *cap. cccxl.* In illo tempore, Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum. *vſque.* Remiſſionem peccatorum in omnes gentes.

Feria IV. ad S. Laurentium. Secundùm Iohannem. *cap. ccxix.* In illo tempore, Manifeſtauit ſe Ieſus diſcipulis ſuis ad mare Tiberiadis. *vſque.* Cùm reſurrexiſſet à mortuis.

[*S.* Ad S. Laurentium for. muros.]

Feria V. ad Apoſtolos. Secundùm Iohannem. *cap. ccxj.* In illo tempore, Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. *vſque.* Quia vidi Dominum; & hæc dixit mihi.

Feria VI. ad S. Mariam ad Martyres. Secundum Matth. *cap. ccclv.*
ccclvj. In illo tempore, Vndecim diſcipuli abierunt in Galilæam. *vſque.* Ad conſummationem ſeculi.

[*E. G. I.* Ad S. Mariam. *F.* Ad S. Mariam Maiorem.]

Die Sabbati. ad Lateranis. Secundum Iohannem, *cap. ccxiij.* In illo tempore, * Cùm eſſet ſero die illo, vna Sabbatorum. *vſque.* Et quorum retinueritis, retenta ſunt; & quorum remiſeritis, remittuntur eis.

[*Al.* Ad S. Iohannem.]

[*L.* Feria VII. Cùm eſſet ſero die illa, vna Sabbatorum. *vſque.* Habeatis in nomine eius.]

Item alia. Secundùm Iohannem. *cap. ccix.* In illo tempore, Vna autem Sabbati, Maria Magdalene venit manè. *vſque.* A mortuis reſurgere.

Die Dominico Octauas Paſchæ. Secundùm Iohannem. *cap. ccxvij.* In illo tempore, Thomas vnus ex Duodecim. *vſque.* Et vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

[*In cod. Vaticano quem citat Leo Allatius in libello de Dominicis & hebdomadibus Græcorum habetur,* Dominica Octaba Paſchæ. ad Lateranis.]

Dominica Octab. Paſchæ. Secundùm Iohannem. *cap. ccxiij.* In illo tempore, Cùm eſſet ſero die illa Sabbatorum. *vſque.* Et vt credentes, vitam habeatis in nomine eius. *F. I. M. N. Q. R. S.*

[*S.* Dom. Oct. Paſchæ. ad S. Pancratium.]

† *Feria II.* Secundùm Marcum. [*cap. cclxxxiij.*] In illo tempore, Surgens Ieſus prima Sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ de qua eiecerat ſeptem dæmonia. [*vſque.*] Et illi euntes annunciauerunt cæteris.

* In vetuſto Homiliario membranaceo Baſilicæ Lateranenſis exſtant S. Gregorij Papæ homiliæ in hæc Euangelia cum ſequentibus Inſcriptionibus. *Homilia eiuſdem habita in eadem Baſilica Conſtantiniana in Euang.* Vna Sabbatorum Maria Magdalene venit manè. *Homilia eiuſdem habita in eadem Baſilica Conſtantiniana in Euang.* Cùm eſſet ſerò die illa vna Sabbatorum. *Homilia eiuſdem habita in Eccleſia S. Tomæ in Euang.* Thomas autem vnus de Duodecim.

MENSE. APRILI

a *Die XIV. Natalis Sanctorum a Tiburtij & Valeriani & Maximi.al. Maximiani*. Secundùm Iohannem. *cap. cxxxiv.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem. *vſque.* Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

Nat. SS.Tiburtij, Valeriani: Secundùm Matthæum. *cap. xxiv.* Videns Ieſus turbas. *vſque.* Copioſa eſt in cælis.

+ *In S.Tiburtij & Valeriani.* Secundùm Iohannem. [*cap.cxxxij.*] In illo tẽpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego ſum vitis vera; & Pater meus agricola eſt. *vſque.* Et gaudium veſtrum impleatur.

b *b In Paſcha Annotina.* Secundùm Iohannem. *cap. xxiv.* In illo tempore, Erat homo ex Phariſæis. *vſque.* Qui credit in ipſo non pereat; ſed habeat vitam æternam.

[*.L.*In Paſcha Annotino.]

Die XXIII. Menſis, c Natale S. Georgij. Secundùm Lucam. *cap.cclj.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ponite in cordibus veſtris. *vſque.* In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. c

[*A.H.* Die XXIV.]

+ *S.Georgij. require in S.Tiburtij.* [Ego ſum vitis vera.]

Die XXV. Menſis ſupraſcripti, In Letania maiore. Secundùm Lucam. *cap. cxxiv.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Quis veſtrum habebit amicum? *vſque.* Quanto magis Pater veſter de cælo dabit Spiritum bonum petentibus ſe?

[*L.* In Letània Romana.]

[*I.* In Letania maiore. *c* ad S.Laurentiũ in Lucina. Ad Miſſam, ad S.Petrum.] c

Item alia. Secundũ Lucam. *cap. lv.* At

In

---

a Notitia Portarum, Viarum, Eccleſiarum, & ſacrorum corporum vrbis Romæ apud Vvillielmum Malmesburienſem lib. 4. de rebus geſtis Regum Anglorum in Vvillielmo II. *Porta & Via dicitur APPIA. Ibi requieſcunt S.Sebaſtianus... & paulo propiùs Romam ſunt Martyres Ianuarius.. & in altera Eccleſia Tyburtius, Valerianus, Maximus.*

b Libellus de Officijs, Bedæ nomine vulgatus tom. 7. *Annotinum Paſcha, eſt anniuerſarium Paſcha. verbi gratia: præterito anno, vij. Idus Aprilis fuit Paſcha, & in præſenti anno in iam dictis Kalendis.. ſeptimo Idus Aprilis eſt Annotinum Paſcha, quod fuit in præterito anno. Hoc ſolum modo de Paſcha ideo agitur; quòd hæc ſit ſingularis & ſolemnitas ſolemnitatum.* Vide etiam Micrologum cap. 58. de Paſchatis Annotini die ac Miſſa latiùs agentem.

c Liber Pontificalis in Leone Tertio. *Cùm die quadam more ſolito in Litanijs, quæ ab omnibus Maiores appellantur, procederet* Leo: *vbi ſibi populus obuiam ſacra religione occurrere deberet; & ſecundum annuam conſuetudinem Litanias & Miſſarum ſolemnia cum Sacerdotibus celebraret; & omnipotenti Domino pro ſalute Chriſtianorum populi preces funderet; & ſecundùm olitanam traditionẽ à Notario ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in ECCLESIA B. Georgij Chriſti Martyris in eius NATALI ipſa Litania prædicata fuiſſet; omnes tam viri quamue feminæ deuotamente cateruatim in Eccleſia Beati Chriſti Martyris Laurentij, quæ Lucina nuncupatur, vbi & COLLECTA prædicta inerat, occurrerunt.*

In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Eſtote miſericordes. *vſque*. Feſtucam de oculo fratris tui.

† *In S. Marci Euangeliſtæ.* Deſignauit Dominus Ieſus. *require in feſto vnius Euangeliſtæ*. S.V.

Feria IV. Secundùm Iohannem. *cap. cliij.* In illo tempore, Reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos, dixit: Pater ſancte ſerua eos. *vſque*. Sed vt ſerues eos à malo.

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. ccxxxiij.* In illo tempore, Surgens Ieſus manè prima Sabbati, apparuit primò Mariæ. *vſque*. Et illi euntes nunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt.

[*Q.R.* Vſque. At illi euntes nunciauerunt cæteris.]

† *Feria IV.* Secundùm Matthæum. [*cap. cccliv.*] In illo tēpore, Exierunt mulieres citò de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nunciare diſcipulis eius. *vſque*. Et diuulgatum eſt verbum illud apud Iudæos vſque in hodiernum diem.

Feria VI. Secundùm Iohannem. *cap. xxxvij.* In illo tempore, Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. *vſque*. Credidit ipſe & domus eius tota.

Feria VI. Secundùm Matthæum. *cap. cccliv.* In illo tempore, Exierunt mulieres citò de monumento. *vſque*. In hodiernum diem.

[*R.* In illo tempore, Maria Magdalene & altera Maria exierunt citò de monumento &c.]

Die XXVIII. Menſis ſuprascripti, Natale S. Vitalis. Secundum Iohannem. *cap. cxxxij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego ſum vitis vera; & Pater meus agricola. *vſque*. Quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.

[*H.* Ego ſum vitis vera, & vos palmites. vſque. Petetis, & fiet vobis.]

[*L.* Vſque. Impletum eſt.]

[*R.* Ego ſum vitis vera. vſque. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos.]

Die Sabbati. Secundum Iohannem. *cap. xlvj.* In illo tempore, Abijt Ieſus trans mare Galileæ, quod eſt Tyberiadis. *vſque*. Et ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

Hebdomada II. Die Dominico. ad SS. Coſmam & Damianum. Secundum Iohannem. *cap. lxxxix.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego ſum paſtor bonus. *vſque*. Et fiet vnum ouile & vnus paſtor.

[*F.* Dominica II. poſt Albas. ad SS. Coſmam & Damianum. *L.* Dominica II. poſt Paſcha. *I.K. Q.R.S.* Domin. I. poſt Oct. Paſchæ.]

† *Feria II.* Secun. Luc. [*cap. cccxxxvj.*] In illo tempore, Vna Sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant, aromata. *vſque*. Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia reſurgere.

† *Vigilia Apoſtolorum Philippi & Iacobi. Euang.* Amen amen dico vobis, quia plorabitis. V.

MENSE. MAIO

Kalen. Maij, Natale Apoſtolorum Philippi & Iacobi. Secundùm Iohannem. *cap. cxxvij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Non turbetur cor veſtrum neque

neque formidet. *vſque*. Quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam.

Die III. Menſis ſupraſcripti, * *Natale* SS. *Alexandri & Euentij & Theodoli*. Secundùm Iohannem. *cap. cxxxviij*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Hæc mando vobis vt diligatis inuicem. *vſque*. Quia odio habuerunt me gratis.

[*L*. Nat. SS. Alexandri Papæ, Euentij & Theopoli. *R*. Nat. SS. Alexandri Euenti & Theodoli, Iuuenalis.]

Eodem die Exaltatio ſancta Crucis. Secundùm Iohannem. *cap. xxiv*. In illo tempore, Erat homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine. *vſque*. Habeat vitam æternam.

H.R. S. [*R*. In Inuentione S. Crucis. *S*. Inuentio S. Crucis.]

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. xlj*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudæorum: Videte quid audiatis. *vſque*. Seorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. cccxxxvj*. In illo tempore, Vna Sabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum. *vſque*. Abijt ſecum mirans quod factum fuerat.

Feria IV. Secundum Iohannem. [*cap. cliij*.] In illo tempore, Reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos; dixit: Pater ſancte ſerua eos. *vſque*. Sed vt ſerues eos ex malo.

Feria VI. Secundùm Iohannem. *cap. cxj*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Qui credit in me. *vſque*. Sicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

Feria VI. Secundùm Matthæum. *cap. lxxiij*. In illo tempore. Acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli Iohannis dicentes: Quare nos & Phariſæi ieiunamus? *vſque*. Et ambo conſeruantur.

Feria VI. Secundùm Iohannem. [*cap. xxxvij*.] In illo tempore, Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur. *vſque*. Et credidit ipſe & domus eius tota.

† *In S. Iohannis ante portam Latinam*. Acceſſerunt ad Ieſum Iacobus & Iohannes. *Require antea in S. Iacobi*. S.

† *In S. Angeli*. Secundùm Matthæum. In illo tempore, Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: Quis putas maior eſt in regno cœlorum? *vſque*. Quia Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei qui in cælis eſt.

Hebdomada III. Die Dominico. Secundùm Iohannem. *cap. cxlix*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Modicum & iam non videbitis me. *vſque*. Et gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

[*F*. Dominica III. poſt Albas. *L*. Domin. III. poſt Paſcha. *Al*. Domin. II. poſt Oct. Paſchæ.]

† *Feria II*. Secundùm Iohannem. [*cap. lcxxv*.] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum: quæretis me; & ſicut dixi Iudæis, quò ego vado, vos nō poteſtis venire. *vſque*. Quò ego vado, non potes me modò ſequi; ſequeris autem poſtea.

Feria IV. Secundùm Iohannem. *cap. cxxv*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum. *vſque*. Si dilectionem habueritis ad inuicem.

Feria IV. Secundùm Matthæum. [*cap. lxxxiij*.] In illo tempore, Acceſſerunt

* Notitia Vrbis Romæ apud Vvillielmum Malmesburienſem lib. 4. de rebus geſtis Regum Anglorum in Vvillielmo II. *Porta Numentana*... *In ſeptimo milliario eiuſdem viæ, ſanctus Papa Alexander cum Euentio & Theodolo pauſant*.

runt ad Ieſum diſcipuli Iohannis, dicentes. *vſque*. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt; & ambo conſeruantur.

Feria IV. Secundùm Iohannem. *cap. xxvij*. In illo tempore, Facta eſt quæſtio ex diſcipulis Iohannis cũ Iudęis de Purificatione. *vſq;* Sed ira Dei manet ſuper eũ.

+ *Feria IV*. Secundùm Iohannem. [*cap. cxij.*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego lux in mundum veni; vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. *vſque*. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

Feria ſexta. Secundùm Marcum. *cap. clx*. In illo tempore, Cùm tranſiſſet Ieſus venit ſecus mare. *vſque*. Magnificabant Dominum Iſrael.

Feria VI. Secundùm Iohannem. *cap. cxij*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Ego lux in mundum veni. *vſque*. Sicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

[*L*. Dixit Ieſus turbis. *Q*. Turbis Iudæorum]

Feria VI. Secundùm Iohannem. [*cap. cxj.*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me. *vſque*. Sicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

Die X. Menſis ſupraſcripti, a Natale S. Gordiani. Secundùm Matthæum. *cap. xcv*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nolite arbitrari quia veni pacem mittere. *vſque*. Calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli: amen dico vobis non perdet mercedem ſuam. a

[*Q*. Nat. SS. Gordiani & Epimachi. *I*. Nat SS. Gordiani & Epimachij.]

VI. Idus Maij. SS. Gordiani & Epimachij. Secundùm Iohannẽ *cap. cxxxviij*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Hæc mando vobis vt diligatis inuicem. *vſque*. Odio habuerunt me gratis.

+ *Euangel*. Videns Ieſus turbas. V.

Die XII. Menſis ſupraſcripti, b Natale SS. *Nerei & Achillei*. Secun- b

a Notitia Vrbis Romæ apud Vvillielmum Malmesburienſem lib. 4. de rebus geſtis Regum Anglorum in Vvillielmo II. *Porta & via Latina dicitur. Iuxta eam quieſcunt in vna Eccleſia Martyres Gordianus & Epimachus, Sulpitius, Seruilianus, Quintinus, Quartus, Sophie, Triphenus* [al. *Triphonius*.]

b Eadem Notitia ibidem. *Inter viam Appiam & viam Oſtienſem eſt via Ardeatina, vbi ſunt Marcus & Marcellianus: & ibi iacet Damaſus Papa in ſua Eccleſia: & non longe S. Petronilla, & Nereus & Achilleus & alij plures*. Antiqua Collectio veterum Inſcriptionum Romanarum tom. 4. Veterum Analectorum Ioannis Mabillonij pag. 502. *Inde* à S. Paulo Apoſtolo *ad S. Felicem & Adauctum & Emeritam: deinde ad S. Petronellam & Nereum & Achilleum. inde ad S. Marcum & Marcellianum*. Ibidem.

In ſepulcro Nerei & Achillei in via Appia.

1\. Alumnumque. apud Mileſium. 2. Et tela. Mileſius.

Militiæ nomen dederant, 1 ſæuumque gerebant
Officium, pariter ſpectantes iuſſa tyranni;
Præceptis pulſante metu ſeruire parati.
Mira fides rerum! Subitò poſuere furorem:
Conuerſi fugiunt: ducis impia caſtra relinquunt:
[Proijciunt] clypeos, faleras, 2 telaque cruenta;
Confeſſi gaudent Chriſti portare triumphos.
Credite per Damaſum poſſit quid gloria Chriſti.

Papa Iohannes [Primus, inquit lib. Pontificalis] *refecit Cœmeterium*, ideſt Eccleſiã ſupra Cœmeterium, *BB. Nerei & Achillei, via Ardeatina*. Quæ ſæpè confunditur cum Appia.

cundùm Matth. *cap. clxxxix.* In illo tèmpore, Acceſſerunt ad Ieſum Phariſæi temptantes eum. *vſque*. Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.

[Q. Nat. SS. Nerei, Achillei & Pancratij. S. Nat. SS. Nerei, Achillei & Domitillæ.]

Item alia in Natali Sanctorum Nerei & Achilei. Secundùm Iohannem. *cap. xxxvij.* In illo tempore, Erat quidam Regulus cuius filius. *vſque*. Et domus eius tota.

Die XII. Menſis ſupraſcripti, SS. Nerei & Achillei. Secundùm Matthæum. *cap. xcv.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nolite arbitrari quia veni pacem mittere. *vſque*. Amen dico vobis; non perdet mercedem ſuam.

In Nat. SS. Nerei & Achillei atque Pancratij. Secundùm Mattheum. *cap. lxxxvj*. Ecce ego mitto vos ſicut oues. *vſque*. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Die ſupraſcripto, Natale Sancti Pancratij. Secundùm Iohannem. *cap. cxxxviij*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. *vſque*. Quia oderunt me gratis.

Hebdomada IV. poſt Paſcha, Die Dominico. Secundùm Iohannem. *cap. cxlvij*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vado ad eum qui me miſit. *vſque*. Quia de meo accipiet; & adnuntiabit vobis.

[*F*. Dominica IV. poſt Albas. *K*. Q. Dominica III. poſt Octab. Paſchæ.]

Feria IV. Secundũ Matthæum. *cap. cx.* In illo tempore, Exſultauit Ieſus Spiritu Sancto & dixit. *vſque*. Onus meum leue.

Feria IV. Secundùm Iohannem *cap. cliij*. In illo tempore, Reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos, dixit: Pater ſancte ſerua eos. *vſque*. In ipſis ſit; & ego in ipſis. [*in cod. O.*] *Vſque*. Non rogo vt tollas eos de mundo; ſed vt ſerues eos à malo. [*in cod. Q.*] *Vſque*. Non ſum de mundo.

Feria ſexta. Secundũ Lucam *cap. cxvj*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis: Qui vos audit. *vſque*. Cui voluerit Filius reuelare.

Feria VI. Secundùm Iohannem. *cap. cxxv*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum. *vſque*. Sequeris autem poſtea.

Feria VI. Secundùm Iohannem [*cap. xxiv.*] In illo tempore, Abijt Ieſus cum diſcipulis ſuis in Iudæam terram: & illic demorabatur. *vſque* Hoc ergo gaudium meum impletum eſt.

Sabbato. Secundùm Iohannem [*cap. cxxv.*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Filioli mei adhuc modicum vobiſcum ſum. *vſque*. Non potes me modo ſequi; ſequeris autem poſtea.

Hebdomada V. Die Dominico. Secundùm Iohannem. *cap. cl.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amen amen dico vobis: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. *vſque*. In hoc credimus quia à Deo exiſti.

[*F*. Dominica V. poſt Albas. *K*. Dominica IV. poſt Oct. Paſchæ. *G*. Hebdomada V. ante Aſcenſa Domini.]

Die XIII. Menſis ſupraſcripti, Dedicatio Eccleſiæ S. Mariæ ad Martyres. Legitur Euangelium cuius concurrerit hebdomadæ; eo quòd in Die Dominico ſemper celebratur ipſa ſolemnitas.

In

Digitized by Google

In Dedicatione Eccleſiæ S. Mariæ. Secundùm Matthæum. *cap. cclxvi* . Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. *vſque*. Diem neque horam.

Die XIII. Dedicatio S. Mariæ ad Martyres. Secundùm Lucam. *cap. xl* Dixit Ieſus: Non eſt enim arbor bona que faciat fructus malos. *vſq*; Supra petrã.

† *In S. Bonifacij*. Acceſſerunt ad Do-
S. minum Ieſum quidam Phariſæorum. *Require in Commune vnius Martyris*.

Die XIX. Menſis ſupraſcripti, Nat. S. Pudentianæ. Secundùm Matth. *cap. cxl*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. *vſque*. Noua & vetera.

In Letania maiore. [*al.*] *In Letanijs*. Secundùm Lucam. *cap. cxxiv*. In illo
H. R. tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Quis veſtrum habebit amicum? *vſque*. Dabit Spiritum bonum petentibus ſe.

Secundùm Matthæum. *cap. Lij*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Pe-
H. tite & dabitur vobis. *vſque*. Et pauci ſunt qui inueniunt eam.

Feria II. ante Aſcenſ. Secundùm Marcum. *cap. xxi*. In illo tempore, Cùm
K. egreſſus eſſet Ieſus ad mare. *vſque*. Sed peccatores.

In diebus Rogationum. Feria II. Secundùm Lucam. [*cap. xxxviij*.] Vidit Ie-
V. ſus publicanum nomine Leui ſedentem ad telonium. *vſque*. Sed peccatores ad pœnitentiam.

Feria III. Secundùm Marcum. *cap.*
K. *xlvij*. In illo tempore, Cùm ſero eſſet factum, tunc dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Transeamus contra. *vſque*. Quia venti & mari obediunt ei.

Feria IV. Secundùm Marcum *cap. xlj*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis K.
ſuis: Videte quid audiatis. *vſque*. Diſſerebat omnia.

Feria IV. Secundùm Iohannem. *cap. xxiv*. In illo tempore, Abijt Ieſus cum diſcipulis ſuis in Iudæam terram. *vſque*. Gaudium meum impletum eſt.

[*Hæc Feria quarta fortè pertinet ad hebdomadam præteritam*.]

In Nat. Sanctæ 1 Baſiliſſæ. Secundùm Matthæum. *cap. cxl*. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum cælorum theſauro. *vſque*. Noua & vetera. 1. *Ita legunt Martyrol. mss. die 20. Maij*.

X. Kal. Iunij. Nat. S. Euthicij. Secundũ Lucam [*cap. cxxxij*.] In illo tempore, L.
Dixit Dominus Ieſus diſcipulis ſuis: Nemo accendit lucernam, & in abſconſo I.
ponit. *vſque*. Et ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Alia Miſſa. Secundùm Matthæum. In illo tempore, Dixit Dominus Ieſus diſcipulis ſuis: Homo quidam peregrè I.
proficiſcens. *Requ. retro die xvj menſis Ianuarij in Nat. S. Marcelli M. & Pont.*

Die XXV. Menſis ſupraſcripti, Natale S. Vrbani Confeſſoris atque Pontificis. * *VIA. APPIA*. Secundùm Matth. *cap. cclxiij*. In illo *
tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vigilate ergo. *vſque*. Super omnia bona ſua conſtituet eũ.

In

---

* Antiqua Collectio veterum Inſcriptionum Romanarum tom. 4. Veterum Analectorum Ioannis Mabillonij pag. 502. *In via Appia. Soter, Xyſtus, Vrbanus, Marcellianus & Marcus, Ianuarius. & Eccleſia vbi decollatus eſt Xyſtus. Sebaſtianus*. Exſtant in eod. Sacram. Rom. Eccl. pag. 142. duæ vetuſtiſſimæ Formulæ denunciandæ Stationis in Natalitijs Martyr. in quarum altera hæc habentur. *In ill. igitur loco, vel in ill. VIA. ill. Feria hanc eandem feſtiuitatem ſolita deuotione celebremus*.

† *In S Vrbani Martyris.* Ponite in cordibus veſtris. *Req. in Commun. Martyr. infra Euangelium*: Cùm audieritis prælia. S.

† *In S. Petronillæ Virginis.* Surgens Ieſus de Synagoga. *Req. in Quadrageſima ad SS. Coſmam & Damianum.* S.

† *In S. Petronillæ. Euang.* Simile eſt regnum cælorum decem. V.

In Vigilia de Aſcenſione Domini. Secundùm Iohannem. *cap. cliij.* In illo tempore, Subleuatis Ieſus oculis in cælum dixit: Pater, venit hora; clarifica Filium tuum. *vſque.* In mundo ſunt: & ego ad te venio.

[*B.* In Vigilia Aſcenſa Domini *C. D. E. G. I.* In Vigilia de Aſcenſa Domini. *F.* Vigilia Aſcenſionis Domini]

cccxliij. *Item alia.* Secundùm Lucam. *cap. cccxl.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Hæc ſunt verba. *vſque in finem.*

[*Cod. iv. Euangeliorum Baſilicæ Vaticanæ not. 22. ſcriptus anno 1196. habet vt ſequitur.*]

Vigilia Aſcenſionis Miſſa ad Nonam. Secundùm Iohannem. In illo tempore, Subleuatis Ieſus oculis in cælum dixit. *vſque.* Dilectio qua me dilexiſti, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

Feria V. in Aſcenſione Domini. Secundùm Marcum. *cap. cccxxiv.* In illo tempore, Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit Ieſus. *vſque.* Et confirmante ſermonem ſequentibus ſignis.

[*A. B.* Aſcenſa Domini. *C. D. E. G.* In Aſcenſa Domini.]

[*S.* In die Aſcenſionis. Ad Sanctum Petrum]

[*Q.* Nouiſſimè recumbentibus vndecim.]

Feria VI. Secundùm Iohannem. *cap. cliij.* In illo tempore, Reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos, dixit: Pater ſancte ſerua eos. *vſque.* Sed vt ſerues eos [à malo.]

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. cccxlij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis: Hæc ſunt quæ locutus ſum. *vſque.* Et benedicentes Dominum.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. cccxlij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego mittam promiſſum Patris mei in vos. *vſque.* Laudantes & benedicentes Deum.

[*Superiori capitulo in cod. R. præfigitur hic titulus,* Per totam hebdomadam.]

† *In Oct. Aſcenſionis.* Secundum Lucam. [*cap. cccxliv*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis die tertia, S.
& prædicari in nomine eius pœnitentiam. *vſque.* Et erant ſemper in templo, laudantes & benedicentes Deum.

Hebdomada VI. Die Dominico. Secundùm Iohannem. *cap. cxlv.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cùm venerit Paraclitus. *vſque.* Quia ego dixi vobis.

[*A.* Hebdomada I. poſt Aſcenſionem Domini. Die Dominico. *F. L.* Dominica I. poſt Aſcenſionem Domini.]

Feria IV. Secundùm Iohannem. *cap. cxxxiij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Si manſeritis in me. *vſque.* Et gaudium veſtrum impleatur.

† *In Octaua Aſcenſionis Domini.* Secundùm Lucam. In illo tempore, Eduxit V.
Ieſus diſcipulos ſuos foras Bethaniam. *vſque in finem.*

Feria VI. Secundùm Iohannem. *cap. lxviij.* In illo tempore, Dixit Ieſus turbis Iudæorum: Sicut miſit me viuens Pater. *vſque.* Spiritus & vita ſunt.

Feria VI. Secundùm Iohannem. *cap. cxi.* Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Qui credit

Digitized by Google

dit in me, non credit. *vſque*. Sicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

Feria VI. Secundùm Lucam. [*cap. cccxliij.*] In illo tempore, Dixit Dominus Ieſus diſcipulis ſuis: Ecce ego mitto promiſſum Patris mei. *vſque*. Et erant ſemper in templo laudantes & benedicentes Deum.

Sabbato in Vigilia Pentecoſtes. Secundùm Iohannem. *cap.cxxviij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. *vſque*. Et manifeſtabo ei meipſum.

[*C.D.* Die Sabbati. *L. R.* In Sabbato ſancto Pentecoſtes.]

a *a Euangelium de nocte.* Secundùm Iohannem. *cap.lxxxj.* In nouiſſimo
A.R. die. *vſque*. Erant credentes in eum.

[*In cod. R. ſuperius Euangelium habetur etiam, ſed ſine titulo. & vſque.* Nondum enim erat Spiritus datus; quia Ieſus nondum fuerat glorificatus.]

Die Dominico Pentecoſtes. ad Sanctum Petrum. Secundùm Iohannem. *cap.cxxx.*
b *b* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. *vſque*. Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio.

[*F.* In die ſanctum Pentecoſten.]

Feria II. ad Vincula. Secundùm Iohannem. *cap.xxiv.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Sic enim dilexit Deus mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret. *vſque*. Vt manifeſtentur eius opera, quia in Deo ſunt facta.

[*I. S.* Ad S.Petrum ad Vincula.]

[*S.* Dixit Ieſus Nicodemo: Sic Deus dilexit *&c.*]

Feria III. ad S.Anaſtaſiam. Secundùm Iohannem. *cap.lxxxix.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amen, amen dico vobis; qui non intrat per oſtium in ouile ouium. *vſque*. Et abundantiùs habeant.

[*S.* Dixit Ieſus turbis, Amen *&c.*]

MENSE. QVARTO

Feria IV. ad S. Mariam. Secundùm Iohannem. *cap.lx.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nemo poteſt venire ad me; niſi Pater qui miſit me, traxerit. *vſque*. Caro mea eſt pro mundi vita.

[*I.* Feria IV. ad Sanctam Mariam ad Præſepe.]

---

a Duplex in Vigilia Pentecoſtes deſignatur Euangelium: quorum primum fortaſſis ad Miſſam ieiunij hora nona; alterum verò in Vigilijs noctis poſt baptiſmũ, ad quẽ refertur, dicebatur. Sanè ex hoc poſtremo Euangelio deſumpta eſt antiphona ad Communionem in Vigilijs Pentecoſtes: & duæ item Miſſæ extant in cod. Sacram. Rom. Eccleſiæ: & in earum vna expreſſa fit mentio de ieiunio; quæ olim fortè ad Nonam dicebatur: ſicut in Vigilijs Natalis Domini & ad Nonam & noctu Miſſæ celebrabantur. id quod Sabbato ſancto Paſchæ fieri non poterat; quia illo biduo (vt S.Innocentius Papa ſcribit) Sacramenta penitùs non celebrabantur.

b S. Leo ſerm. 3. de Pentecoſte. *Dicit quidem Dominus Ieſus diſcipulis ſuis, ſicut Euangelica LECTIONE recitatum eſt: Si diligeretis me, gauderetis vtique quia ad Patrem vado; quia Pater maior me eſt.*

† *Feria IV. ad S.Mariam Maiorē.* Secundū Lucam.[*cap.xciij.*] In illo tēpore, Accedentes diſcipuli ad Ieſum dixerunt illi: Dimitte turbas; vt euntes, in caſtella,
S. villaſque quæ circa ſunt, deuertant, & inueniant eſcas. *vſque*. Et ſublatum eſt quod ſuperfuit illis fragmentorum cophini duodecim.

[*In marg. S. additur*. Euang. Nemo poteſt venire. *req. in plurimorum defunctorum.*]

Feria V. Secundùm Lucam. *cap. lxxxvj* In illo tempore, Conuocatis Ieſus duodecim diſcipulis, dedit. *vſque.* Euangelizantes & curantes vbique.

[*S* Feria V.ad SS.Iohannem & Paulum.]

[*R. Q.* Duodecim Apoſtolis. *F.*Duodecim diſcipulis ſuis.]

Feria V. Secundùm Lucam [*cap. cxvj.* In illo tempore, Dixit Dominus Ieſus diſcipulis ſuis: Qui vos audit, me audit. *vſque.* Et audite quæ auditis, & non audierunt.

Feria VI. ad Apoſtolos. Secundùm Lucam. *cap.xxxvj.* In illo tempore, Factum eſt in vna dierum,& Ieſus ſedebat docens.*vſque.* Quia vidimus mirabilia hodie.

† *Feria VI. ad Apoſtolos.* Secundùm Lucam. *cap.xxxv.* In illo tempore, Venit ad Ieſum vir cui nomen Iairus; &
S. ipſe princeps Synagogæ erat. *vſque.* Et ſtupuerunt parentes eius:quibus præcepit ne alicui dicerent[quod factum erat.]

Sabbato in duodecim lection. ad S. Petrum. Secundùm Matthæum. *cap. ccv.* In illo tempore, Egrediente Ieſu ab Hierico, ſecuti ſunt eum. *vſque.* Et ſecuti ſunt eum.

[*I.* Sabbato Octabas Pentecoſten. *S.* Sabbato ad Lateranum.]

Sabbato. Secundùm Lucam. *cap.xxvj.* In illo tempore, Surgens Ieſus de Synagoga. *vſque.* Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare Regnum Dei. *al.vſque.* Et erat prædicans in Synagoga Galilææ.

Dominica Octa. Pentecoſtes. Secundum Iohannem. *cap. xxiv.* In illo tempore, Erat homo ex Phariſæis,Nicodemus nomine. *vſque.* Sed habeat vitam æternam.

[*L. R.* Dominica in Oct. Pentecoſtes.]

Dominica. Vacat. Secundùm Lucam. *cap. lv.* In illo tempore, B.S.
Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Eſtote miſericordes. *vſque.* Feſtucam de oculo fratris tui.

[*S.*Dom.I.poſt Pentecoſten. *eique additur in margine,*Epiſtola.Exiſtimo enim quòd non ſunt.]

Dominica poſt Pentecoſten. Secundùm Iohannem. [*cap. cliij.*] In illo tempore, Reſpiciens Ieſus diſcipulos ſuos, dixit: Pater ſancte ſanctifica eos in I.T.
veritate. *vſque.* Vbi erat hortus, in quem introiuit, ipſe & diſcipuli eius.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. xciij.*In illo tēpore,Accedentes diſcipuli ad Ieſum dixerunt ei: Dimitte turbas vt euntes in caſtella. *vſque.* Et manducauerunt omnes,& ſaturati ſunt.

[*F.* Feria IV. in Quatuor Tempora. *ſecundùm vſum ſcilicet eius temporis, quo exſpectabatur menſis Iunius pro Ieiunio Quarti menſis.*]

*Feria IV.*Secundùm Lucam.*cap.xciij.* In illo tempore, Accedentes duodecim diſcipuli dixerunt illi: Dimitte turbas. *vſque.* Cophini duodecim.

Feria IV. Secundùm Matthæum. *cap. xvij.* In illo tempore, Cùm veniſſet Ieſus in domum Petri. *vſque.* Aegrotationes portauit.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. civ.* In illo tempore, Factum eſt dum complerentur dies aſſumptionis Ieſu.*vſque.* Abierunt in aliud caſtellum.

Fe-

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap.lij.* Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Diligite inimicos veſtros. *vſque.* Et erit merces veſtra multa.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. cxlviij.* Dixit Ieſus diſcipulis: Cùm inducent vos in Synagogas. *vſque.* Et non eſt in Deum diues.

Feria IV. Secundũ [Lucam. *cap.ccxliij.*] In illo tempore, Acceſſerunt quidam Sadducæorum qui negant eſſe reſurrectionẽ. *vſque.* Et ampliùs non audebant eum interrogare.

+ *Feria IV* Secundũ Mattheum. [*cap.l.*]
S. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nolite iudicare, vt non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. *vſque.* Pulſate, & aperietur vobis.

Feria ſexta. Secundùm Lucam. *cap clxxxvi.* Erant adpropinquantes ad Ieſum publicani. *vſque.* Super vno peccatore pœnitentiam agente.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. lxxxv.* In illo tempore, Venit ad Ieſum vir, cui nomen Iairus. *vſque.* Quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum fuerat.

[*In F. adſcribitur ieiunio Quatuor Temporum.*]

Feria VI. Secundùm Matthæum. *cap. xviij.* In illo tempore, Cùm audiſſet Ieſus quòd Ioannes traditus eſſet. *vſque.* Adpropinquauit.

Feria VI. Secundùm Matthæum. *cap. ccxiv.* In illo tempore, Manè reuertens Ieſus in ciuitatem, eſuriit. *vſque.* Vt crederetis ei.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. ccxlvj.* Attendite à Scribis qui volunt, *vſque.* Omnem victum ſuum quem habuit, miſit.

Feria VI. Secundũ Lucam. *cap.ccxliij.* Acceſſerunt ad Ieſum quidam Sadducæorum. *vſque.* Eum quicquam interrogare.

Feria VI. Secundùm Lucam. [*cap. cxlviij.*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cùm autem inducent vos in Synagogas & ad magiſtratus & poteſtates, nolite. *vſque.* Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues.

Sabbato Secundùm Lucam. *cap.lxxxv.* Venit ad Ieſum vir cui nomen Iairus. *vſque.* Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace.

Sabbato. Secundùm Matthæum. *cap. ccv.* In illo tempore, Egrediente Ieſu ab Iericho. *vſque.* Secuti ſunt eum.

[*F.* Sabbato in XII. Lectiones.]

+ *In S. Petronillæ Virginis.* Surgens
Ieſus de Synagoga *Require in Quadrageſima ad S. Coſmam & Damianum.* S.

+ *S. Petronillæ. Euang.* Simile eſt regnum cælorum decem. V.

MENSE. IVNIO

a + *In S. Nicomedis.* Conuocata Domi- a
nus Ieſus turba. *Require in S. Valentini Presbyteri.* S.

Die II. Menſis ſupraſcripti, Na-
tale SS. *Petri & Marcellini.* b *VIA LAVICANA.* Secundum Lucam. b

---

a In Sacramentario ms. antiquiſſimo S. Gregorij Papæ: *Kalendis Iunij Dedicatio Baſilicæ S. Nicomedis Martyris.* In Martyrologio ms. Barberiniano: *Romæ Dedicatio Baſilicæ S. Nicomedis Martyris.* Deſcriptio regionum Vrbis tomo 4. veterum Analectorum Iohannis Mabillonij pag. 507. *In via Numentana foris murum, in ſiniſtra Sanctæ Agnes, in dextera S. Nicomedis.* Notitia Vrbis apud Vvillielmum Malmesburienſem: *V. Porta Numentana: ibi S. Nicomedes Presbyter & Martyr: itemque via eodem modo dicitur.*

b Liber Pontificalis in Silueſtro Papa. *Eiſdem temporibus Conſtantinus Auguſtus fecit Baſilicam via Lauicana inter duas lauros, B. Petro & Marcellino Martyribus.*

cap. ccxlix. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cùm audieritis prælia & ſeditiones. *vſque*. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

[*E. F. K. Q.* Nat. SS.Marcellini & Petri.]

† *In SS. Marcellini & Petri Marty-*
S. *rum.* Attendite à fermento Phariſæorum. *req. in Comm. Mart.*

V. † *Euang.* Deſcendens Ieſus de monte.

Die IX. Menſis ſuprаſcripti, Nat.
a SS. *Primi & Feliciani.* a *IN. BASILICA. SANCTI. STEPHANI.* Secundùm Iohannem. *cap. cxxxiv.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem. *vſque*. Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo det vobis.

V. † *Euang.* Videns Ieſus turbas.

† *In S. Barnabæ Apoſtoli.* Secundùm Lucam, [*cap. cix.*] In illo tempore,
S. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum. [*vſque*.] Dignus eſt enim operarius mercede ſua.

V. † *Euang.* Deſignauit.

b *Die XII. Menſis ſupraſcripti,* b *Natale* S. *Baſilidis*. Secundùm Iohannem. *cap. xxiv.* In illo tempore, Erat homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine. *vſque*. Sed habeat vitam æternam.

[*E.* SS. Baſilidis, Cyrini. *I.* SS. Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazari.]

In Nat. SS. Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij. Secundùm Lucam. *cap. cxliv.* Attendite à fermento Phariſæorum. *vſque.* Coram Angelis Dei.

† *In S. Baſilidis, Cyrini.* Contendite in-
trare per anguſtam portam. *Req. in Commu. Mart.* S.

† *In Nat. SS. Baſilidis, Naboris & Nazarij. Euang.* Sedente Ieſu. V.

Die XIV. menſis ſupraſcripti, Natale S. *Feliculæ.* Secundùm Matthæum. *cap. cxl.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile eſt regnum cælorum theſauro. *vſque*. Noua & vetera.

XVII. Kal. Iulij Natale S. Viti. Secundùm Matthæum. *cap. xcv.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nolite arbitrari. *vſque*. Non perdet mercedem ſuam.

† *In S. Viti.* Secundùm Lucam [*cap. l.*] In illo tempore, Dicebat Ieſus coram diſcipulis ſuis: Væ vobis diuitibus: qui habetis conſolationem ve-
ſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis. *vſ-* S.
que. Et erit merces veſtra multa: & eritis filij Altiſſimi; quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos.

† *In Nat. SS. Viti Modeſti & Creſcen-*
tis. Euang. Cùm perſequentur. V.

HEBDO-

a Liber Pontificalis in Theodoro Papa. *Eodem tempore releuata ſunt corpora Sanctorum Martyrum Primi & Feliciani, quæ erant in Arenario ſepulta, via Numentana; & adducta ſunt in Vrbem Romam: quæ & recondita ſunt in Baſilica Beati Stephani Protomartyris.* Notitia Portarum Vrbis Romæ apud Vvillielmum Malmesburienſem lib. 4. de rebus geſtis Regum Anglorum in Vvillielmo II. *In eodem monte* Cœlio *eſt Eccleſia Sancti Stephani Protomartyris: & ibi reconditi ſunt Martyres Primus & Felicianus.*

b Eadem Notitia. *XIV. Porta & via Aurelia, quæ modo porta* S. *Pancratij dicitur . . . &, in quinta* Eccleſia *Sanctus Baſilides.*

HEBDOMADA. II. poſt Pentecoſten. Secundùm Lucam. *cap. cxcvj*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo quidam erat diues qui induebatur purpura. *vſque*. Neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

[*I.R.* Dominica I. poſt Octauam Pentecoſtes]

[*E.* Dixit Ieſus turbis Iudæorum & Phariſæorum: Homo quidam. *K.* Dixit Ieſus turbis Iudæorum. *F. omittit*, Parabolam hanc. *R.* Locutus eſt Dominus Ieſus parabolam hanc ad turbas & diſcipulos ſuos, dicens.]

Hebdomada II. poſt Pentecoſten.
B.C. Secundùm Lucam. *cap. xxix*. In
D.S. illo tempore, Cum turbæ irruerent ad Ieſum. *vſque*. Secuti ſunt.

[*S. In margine addit hoc Epiſtolæ exordium*, Cùm adhuc infirmi eſſemus.]

[*Hoc proximè ſuperius capitulum in codd. B C. D. omiſſis reliquis Dominicis poſt Pentecoſten, habetur ante Natalem S. Petri; indeque aliæ numerantur Dominicæ* poſt Nat. Apoſtolorum. *Vnde apparet adſcribendum Dominicæ VI non II. poſt Pentecoſten, ſiue (iuxta eiuſdem Euangelij narrationem, vbi agitur de S. Petro) Dominicæ proximè præcedenti Natalem Apoſtolorum.*]

Die Dominica. Vacat. Secundùm Lucam. [*cap. lv.*] In illo tempore,
I. Dixit Dominus Ieſus diſcipulis ſuis: Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. *vſque*. Et tunc perſpicies vt educas feſtucam de oculos fratris tui.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. xciij*. In illo tempore, Accedentes diſcipuli ad Ieſum, dixerunt illi. *vſque*. Et manducaverunt omnes, & ſaturati ſunt.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. cxlviij*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cùm autem inducent vos in Synagogas. *vſque*. In Deum diues.

Feria IV. Secundùm Matthæum. *cap. xxxiij*. Dixit [*al.* Dicebat] Ieſus diſcipulis ſuis: Nolite putare quoniam veni ſoluere Legem. *vſque*. Hic magnus vocabitur in regno cælorum.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. l*. In illo tempore, Dixit Ieſus turbis Iudæorum: Væ vobis diuitibus. *vſque*. Super ingratos & malos.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. ccxliij*. Acceſſerunt ad Ieſum quidam Sadducæorum qui negant. *vſque*. Eum interrogare.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. clxxxvj*. In illo tempore, Erant adpropinquantes ad Ieſum peccatores. *vſque*. Super vno peccatore pœnitentiam agente.

[*B.* Feria IV.]

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. ccxliij* In illo tempore, Acceſſerunt ad Ieſum quidam Sadducæorum. *vſque*. Non audebant eum quicquam interrogare.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. cxcvij*. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala. *vſque*. Quod debuimus facere, fecimus.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. cvij*. In illo tempore, Egreſſus eſt Ieſus in via. *vſque*. Erat enim habens poſſeſſiones multas.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. lxxxv*. Venit ad Ieſum vir cui nomen Iairus. *vſque*. Factum fuerat.

Die Sabbati. Secundùm Lucam. *cap. lxxxv*. In illo tempore, Venit ad Ieſum vir, cui nomen Iairus. *vſque*. Ne alicui di-

cerent

Digitized by Google

cerent quòd factum erat. *al. vſque.* Vade in pace.

HEBDOMADA. III. poſt Pentecoſten. Secundùm Lucam. *cap. clxxxj.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis ſimilitudinem hanc: Homo quidam fecit cœnam magnam; & vocauit multos. *vſque.* Guſtabit cœnam meam.

[*R.* In illo tempore, Locutus eſt Dominus Ieſus parabolam hanc cuidam principi Phariſæorum ſecum diſcumbenti, dicens: Homo quidam.]

Dom. II. poſt Pentecoſten. Secundùm Lucam. [*cap. xxix.*] In illo tempore,
I. Cùm turbę irruerent in Ieſum vt audirent verbum Dei. *vſque.* Et ſubductis à terra nauibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum.

+ *Dominica III.* Secundùm Lucam. [*cap. clxxxvj.*] In illo tẽpore, Erãt appro-
S. pinquantes ad Ieſum publicani & peccatores vt audirent illum. *vſque.* Super vno peccatore pœnitentiam agente. *Epiſtola.* Sicut enim per vnum hominem.

Feria IV. Secundùm Matthæum. *cap. xxxij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nolite putare quia veni ſoluere Legem. *vſque.* In regno cælorum.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. xciij.* In illo tempore, Accedentes diſcipuli ad Ieſum, dixerunt illi: Dimitte turbas. *vſque.* Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. *al. vſque,* Fragmentorum cophini duodecim.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. cxcvij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala. *vſque.* Quod debuimus facere, fecimus.

+ *Feria IV.* Secundùm Matthæum.
S. [*cap. clxxxij.*] In illo tẽpore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Quid vobis videtur ſi fuerint alicui centum oues; & errauerit vna ex eis. *vſque* Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrum qui in cælis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.

Feria ſexta. Secundùm Lucam. *cap. lxxxv.* In illo tempore, Venit ad Ieſum vir cui nomen Iairus. *vſque.* Quod factum fuerat.

Sabbato. Secundum Matthæum. *cap. ccv.* Egrediente Ieſu ab Iericho. *vſque.* Et ſecuti ſunt eum.

HEBDOMADA. IV. poſt Pentecoſten. Secundùm Lucam. *cap. clxxxvj.* In illo tempore, Erant adpropinquantes ad Ieſum publicani & peccatores. *vſque.* Super vno peccatore pœnitentiam agente.

[*K. vſque.* Qui non indigent pœnitentia]

Dominica IV Secundùm Lucam. [*cap. clxxxj.*] Iuillo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis ſimilitudinem hanc: Homo quidam fecit cœnam magnam; & vocauit multos. *vſque* Guſtabit cœnam meam. *Epiſtola.* Quicumque baptizati e . . . . .

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. lxiv.* In illo tempore, Acceſſerunt ad Ieſum dicentes: Deſertus eſt locus hic. *vſque.* Quinque millia hominum.

Feria IV. Secundùm Matthæum. *cap. xxxvi.* In illo tempore, Dixit Ieſus [*al. add.* diſcipulis ſuis:] Eſto conſentiens aduerſario tuo. *vſque.* Quàm totum corpus tuum eat in gehennam.

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. cxx.* Cùm introiſſet Ieſus Hieroſolymam in templum. *vſque,* Quidquid dixerit fiat, fiet ei.

Feria VI. Secundũ Matthæum. *cap. clxxxj.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Videte

nè

Digitized by Google

nè contemnatis vnum de puſillis iſtis. *vſque*. Erunt ſoluta & in cælo.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. cxx* Cùm intraret Ieſus Hieroſolymam in templum. *vſque*. Et mirabantur ſuper doctrina eius.

Feria VI. Secundùm Marcum. [*cap. cxx.*] In illo tempore, Cùm introiſſet Dominus Ieſus Ieroſolymam in templum; & circumſpectis omnibus, cùm iam eſſet veſpera hora. *vſque*. Credite quia accipient, & venient vobis.

Feria VI. Secundùm Matthæum. *cap. cxiv.* Abijt Ieſus Sabbato per ſata. *vſque*. Dominus eſt enim Filius hominis etiam Sabbati.

Sabbato. Secundùm Marcum. *cap. xx.* [*leg. xcv.*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis in Capharnaū. [Si quis vult primus eſſe.] *vſque*. Non perdet mercedem ſuam.

HEBDOMADA. V. poſt Pentecoſten. Secundùm Lucam. *cap. lv.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Eſtote miſericordes. *vſque*. Tunc perſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui.

Dominica IV. Poſt pentecoſten. Secundùm Lucam. [*cap. clxxxj.*] In illo tempore, Dixit Dominus Ieſus diſcipu-
I. lis ſuis ſimilitudinem hanc: Homo quidam fecit cœnam magnam. *vſque*. Nemo virorum illorum qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam

✝ *Dominica V.* Secundùm Matthæum.
S. [*cap. xxxv.*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amen dico vobis, niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum *vſque*. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem. [*Epiſt.*] Humanum dico vobis.

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. cvij.* Cùm egreſſus eſſet Ieſus in via. *vſque*. Veni ſequere me. [*al.*] *vſque*. Omnia enim poſſibilia ſunt apud Deum.

Feria IV. Secundùm Matthæum. *cap. ccxvij.* Cùm veniſſet Ieſus in templum. *vſque*. In qua poteſtate hæc facio.

Feria ſexta. Secundùm Marcum. *cap. lxxvij.* Exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere cum Ieſu. *vſque*. Et dimiſit illum in domum ſuam.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. ciij.* Exſurgens Ieſus, venit in fines Iudææ. *vſque*. Et alij nupſerit, mœchatur.

Feria VI. Secundùm Matthæum. *cap. clxxiij.* Interrogauerunt Ieſum diſcipuli dicentes: Quid ergo Scribæ? *vſque*. Ex illa hora.

Die XVIII. menſis ſupraſcripti, Natale Sanctorum Marci & Marcelliani. * *VIA. ARDEATINA.* Secundùm Iohannem. *cap. cxxxiv.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem. *vſque*. In nomine meo det vobis.

✝ *In S. Marcelliani & Marci.* Omnia quæcumque vultis. *Requ. in Commu. poſtolorum.*

Die XIX. menſis ſupraſcripti, Na-

---

* Notitia vrbis apud Vuillielmum Malmeſburienſem. *Inter viam Appiam & viam Oſtienſem eſt via Ardeatina, vbi ſunt Marcus & Marcellianus.* Antiqua collectio veterum Inſcriptionum Romanarum tom. 4. Analectorum Mabillonij pag 502. *Inde* à S Paulo *ad S. Felicem & Adauctum & Emeritam. Deinde ad S. Petronellam & Nereum & Achilleum.* Inde ad *S. Marcum & Marcellianum. Inde ad S. Soterum. Inde ad S. Sixtum: ibi & S. Fauianus & Antheros & Miltiades. Inde ad S. Cornelium. Inde ad S. Sebaſtianum.*

Natale Sanctorum Protaſij & Geruaſij. **AD. SANCTVM. VITALEM.** Secundùm Marcum. *cap. cxxxvij.* In illo tempore, Egrediente Ieſu de templo. *vſque.* In finem, hic ſaluus erit.

[*F. H.* SS. Geruaſij & Protaſij.]

a *a* † *In Sanctorum multorum.* Deſcendens Ieſus de monte. *Require in S.*
S. *Sebaſtiani.*

Die XXIII. menſis ſupraſcripti, Vigilia S. Iohannis Baptiſtæ. Secundùm Lucam. *cap. j.* In illo tempore, Fuit in diebus Herodis Regis Sacerdos quidam, nomine Zacharias. *vſque.* Parare Domino plebem perfectam.

[*R.* Initium S. Euangelij ſecundùm Lucam. Fuit in diebus *&c.*]

Miſſa manè prima Secundùm Lucam *cap. iij.* [*al.* j.] In illo tempore, Dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc ſciam?
Q. R. S. ego enim ſum ſenex & vxor mea proceſſit in diebus ſuis. Et reſpondens Angelus dixit ei: Ego ſum Gabriel. *vſque* Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre obprobrium meum inter homines.

Nat. S. Iohannis Baptiſtæ. Euange-
I. *lium quod in antea in alia Miſſa in eodem die.*

Die XXIV. Natale Sancti Iohannis Baptiſtæ. Secundùm Lucam. *cap. ij.* [*al. iij.*] In illo tempore, Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi. *vſque.* Et fecit redemptionem plebis ſuæ.

[*Q.* Item ad Miſſam maiorem.]

[*I. R. omittunt*, In illo tempore.]

Die XXVI. menſis ſupraſcripti, Natale [b] *Sanctorū Iohannis & Pauli.* b
Secundùm Lucam. [*cap. cxliv.*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Adtendite à fermento Phariſæorum. *vſque.* Et Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.

[*B C. E. K. Q. addunt in fine*, Qui eſt in cælis.]

HEBDOMADA. VI. poſt Pentecoſten. Secundùm Lucam. *cap. xxix.* In illo tempore, Cùm turbæ irruerent ad Ieſum vt audirent verbum Dei. *vſque.* Et relictis omnibus ſecuti ſunt eum.

Secundùm Matthæum. In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amen T.
amen dico vobis quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum.

† *Dominica VI.* Secundùm Marcum. [*cap. lxxvj.*] In illo tempore, Cùm turba multa eſſet cum Ieſu, nec haberent quod manducarent, conuocatis diſcipu- S.
lis, ait illis: Miſereor ſuper turba. *vſque.* Erant autem qui manducauerant quaſi quatuor millia & dimiſit eos. *Epiſtola.* Debitores ſumus.

† *Feria II.* Secundùm Matthæum. [*cap. clxiv.*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Intuemini & cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum. At illi cogitabant inter ſe dicentes

---

a Vide vetuſta Martyrologia die 22. Iunij apud Florentinum & Henſchenium tom. 2. menſis Maij.

b Notitia Vrbis apud Vvillielmum Malmesburienſem. *Duodecimo intra Vrbem milliario in monte Celio ſunt martyres Ioannes & Paulus in ſua domo, quæ facta eſt Eccleſia poſt eorum martyrium; & Criſpinus & Criſpinianus, & S. Benedicta.*

centes, quia panes non accepimus. *vſque* Sed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum.

Feria quarta. Secundùm Lucam. *cap. xcix.* Deſcendente Ieſu de monte. *vſque.* Et reddidit illum patri eius.

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. cxx.* Introiuit Ieſus Hieroſolymam in templum. *vſque.* Mirabantur ſuper doctrina eius.

Feria IV. Secundùm Marcum. *cap. cvij.* In illo tempore, Cùm egreſſus eſſet Ieſus in via. *vſque.* Veni, ſequere me.

† *Feria IV.* Secundùm Matthæum. [*cap. clx.*] In illo tempore, Conuocatis Ieſus diſcipulis ſuis, dixit: Miſereor turbæ quia triduo iam perſeuerant mecum. *vſque.* Quatuor millia hominum extra paruulos & mulieres.

Feria ſexta. Secundùm Marcum. *cap. lxxvij.* In illo tempore, Exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere cum eo. *vſque.* Et dimiſit illum in domum ſuam.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. cvj.* Offerebant Ieſu paruulos. *vſque.* Benedicebat eos.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. xxvj.* Surgens Ieſus de Synagoga. *vſque.* Euangelizare regnum Dei.

Sabbato. Secundùm Matthæum. *cap. cxciij.* Accedens quidam ad Ieſum, ait illi. *vſque.* Et veni ſequere me.

Die XXVIII. menſis ſupraſcripti, [a] *Translatio corporis Beati Leonis Pontificis.* Secundùm Matthæum. *cap. cclxix.* In illo tempo-
B.C.H. V. re, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo quidam peregrè proficiſcens. *vſque.* Intra in gaudium Domini tui.

[*H.* Quarto Kal. Iulij, Natale S. Leonis Papæ.]

Die XXVIII. menſis ſupraſcripti, Vigilia Apoſtolorũ Petri & Pauli. Secundùm Iohannem. *cap. ccxxvij.* In illo tempore, Dixit Ieſus Petro: Simon Iohannis, Diligis me plus his? *vſque.* Qua morte clarificaturus eſſet Deum.

[*H.* Ipſo die Vigil. Apoſtol. Petri & Pauli.]

[*A.* Dixit Ieſus Simoni Petro.]

Die XXIX. menſis ſupraſcripti, Natale Apoſtolorum Petri & Pauli. Secundùm Matthæum. *cap. clxvj.* In illo tempore, Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi. *vſque.* Erit ſolutum & in cælis.

[*F.* Tertio Kal. Iulij, In S. Petri. *K.* In S. Petri.]

Die XXX. menſis ſupraſcripti, AD. SANCTVM. PAVLVM. Secundùm Matthæum. *cap. cxcv.* In illo tempore, Dixit Simon Petrus ad Ieſum: Ecce nos reliquimus omnia. *vſque.* Vitam æternam poſſidebit.

[*F.* II. Kal. Iulij, S. Pauli. *H. I.* Pridie Kal. Iulij, Nat. S. Pauli. *Q. R.* In Nat. S. Pauli.]

HEBDOMADA I. poſt Natale Apoſtolorum. Secundùm Matthæum, *cap. xxxv.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Niſi

z abun-

[a] Liber Pontificalis in Sergio Papa. *Hic corpus beati Leonis probatiſſimi Patris atque Pontificis, quod in abdito inferioris Secretarij prædictæ Baſilicæ* S. Petri *poſitum fuerat, facta diligentiùs tumba in denominata Baſilica publico loco (vt ſibi fuerat reuelatum) repoſuit: ac locum ipſum ornauit.*

abundauerit iuſtitia veſtra. *vſque.* Offeres munus tuum.

[*E. K.* Hebdomada VII. poſt Pentecoſten.]

[*E I. L. addunt,* Amen dico vobis.]

[*B. I. K.*] *Vſque.* Donec reddas nouiſſimum quadrantem.]

† *Dominica VII.* Secundũ Matthæum. [*cap. lvj.*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Attendite à falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium. *vſque* Sed qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. *Epiſtola.* Non ſimus concupiſcentes.

MENSE. IVLIO

Die II. Natale * *Sanctorum Proceſſi & Martiniani.* Secundùm Matthæum. *cap. ccxliij.* In illo tempore, Sedente Ieſu ſuper montem Oliueti. *vſque.* Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

In Octauas Apoſtolorum. Secundùm Matthæum. *cap. cxlviij.* In illo tempore, Iuſſit Ieſus diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam. *vſque.* Verè filius Dei es.

[*F. K.* ℞. Nonis Iulij. Octabas Apoſtolorum.]

[*I.* In Oct. Apoſtolorum ad Vincula.]

Feria quarta. Secundũ Marcum. *cap. cvij.* In illo tempore, Cùm egreſſus eſſet Ieſus in via. *vſque.* Veni, ſequere me.

Feria IV. Secundũm Lucam. *cap. lxxxiij.* Cùm egreſſus eſſet Ieſus de naui ad terram. *vſque.* Quanta illi feciſſet Ieſus.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. xcix.* In illo tempore, Deſcendente Ieſu de monte, occurrit illi turba multa. *vſque.* Et reddidit illum patri eius.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. lxxxiij.* Factum eſt in vna dierum, & Ieſus aſcendit in nauiculam. *vſque.* Et mari [imperat; &] obediunt ei?

Feria IV. Secundùm Marcum, *cap. lxxvij.* Exierunt Phariſæi, & cœperunt. *vſque.* In domum ſuam.

† *Feria IV.* Secundùm Matthæum. [*cap. cxiv.*] In illo tempore, Abijt Ieſus Sabbato per ſata: diſcipuli autem eius eſurientes. *vſque.* Dominus eſt enim Filius hominis etiam Sabbati.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. lxxvij.* In illo tempore, Exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere cum Ieſu. *vſque.* Et dimiſit illos in domum ſuam.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. cxcvj.* Dixit Ieſus diſcipulis parabolam hanc: Homo quidam erat diues, qui induebatur. *vſque.* Neque ſi quis ex mortuis ſurrexerit, credent.

Feria VI. Secundùm Matthæum. *cap. cxciij.* In illo tempore, Accedens quidam ad Ieſum. *vſque.* Veni, ſequere me.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap. lxxxiij.* Venit Ieſus in regionem Geraſenorum. *vſque.* Prædicans quanta illi feciſſet Deus.

Feria VI. Secundùm Marcum. *cap. cvij.* Cùm egreſſus eſſet Ieſus in via. *vſque.* Sequere me.

Feria VI. Euangelium. Secundùm Marcum [*cap. xlvij.*] In illo tempore, Venit Dominus Ieſus trans fretum maris in regionem Geraſenorum: & exeunte illo de naue. *vſque.* Quanta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur.

Sabbato. Secundùm Marcum. *cap. xlvij.* Venit Ieſus in regionem Geraſeno-

* Notitiæ Vrbis apud Vvillielmum Malmesburienſem. *XIV. Porta & via Aurelia, quæ modò Porta S. Pancratij dicitur, ... In altera Eccleſia Proceſſus & Martinianus.*

norum. *vſque*. Et omnes mirabantur.

HEBDOMADA. II. poſt Natale Apoſtolorum. Die Dominico. Secundùm Marcum. *cap. lxxvj.* In illo tempore, Cùm multa turba eſſet cum Ieſu; nec haberent quod manducarent. *vſque.* Et dimiſit eos.

[*E.K.* Hebdomada VIII. poſt Pentecoſten.]

† *Dominica VIII.* Secundùm Lucam. [*cap. cxc.*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Homo quidam erat

S. diues; qui habebat villicum: & hic diffamatus eſt apud illum. *vſque*. Vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. *Epiſtola*. Scimus quoniam cùm Gentes eſſetis.

Feria IV. Secundùm Matthæum. *cap. cxlvij.* Veſpere ſacto acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes. *vſque*. Numerus quaſi quinque millia hominum.

Feria IV. Secundùm Matthęum. *cap clxj.* In illo tempore, Acceſſerunt ad Ieſum Phariſæi & Sadducęi tentantes. *vſque*. Phariſæorum & Sadducæorum.

Feria IV. Secundùm Lucam. *cap. lxxxiij.* In illo tempore, Cùm egreſſus eſſet Ieſus de naui; *vſque*. Prædicans quanta illi feciſſet Deus.

† *Feria IV.* Secundùm Lucam. [*cap. cxc.*] In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt. *vſque*. Quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum.

Die X. menſis ſupraſcripti, Natale Septem Fratrum. a *VIA. APPIA. AD. SANCTVM. IANVARIVM*. Secundùm Matthæum. *cap. xxiv.* In illo tempore, Videns turbas Ieſus, aſcendit in montem. *vſque*. Merces veſtra copioſa eſt in cælis.

a Prima Statio via Appia.

[*F.* VI. Idus Iulij, Septem Fratrum.]

[*B.* Via Appia, Salaria. *C. D.* Apiæ & Salariæ.]

Item b *VIA. SALARIA. Prima Miſſa AD. AQVILONEM. Secunda AD. SANCTVM. ALEXANDRVM.* Secundùm Lucam. *cap. cxxxiij.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nemo accendit lu-

b Secunda & tertia Statio via Salaria.

z 2

---

a Deſcriptio Regionum Vrbis tom. 4. veterum Analectorum Mabillonij pag. 512. *Item alia via de porta Metrouia in dextera ad Sanctum Syxtum: in ſiniſtra Eccleſia Sancti Iohannis. extra ciuitatem in dextera Sancti IANVARII. oratorium Sancti Syxti. Sancta Eugenia.* Ibidem pag. 513. *Item in eadem via extra ciuitatem ad Sanctum IANVARIVM, vbi Syxtus martyrizatus eſt. Sancta Eugenia.* Notitia Vrbis apud Vvillielmum Malmesburienſem. *XI. Porta & via dicitur APPIA. . . . & paulò propiùs Romam ſunt martyres IANVARIVS* &c.

b Eadem Notitia. *IV. Porta & via SALARIA quæ modò S. Silueſtri dicitur. . . . Deinde Baſilica Sancta FELICITATIS vbi requieſcit illa & SILANVS filius eius: & non longè Bonifacius martyr . . . & in altera Baſilica Sanctus ALEXANDER, Vitalis, Martialis, filij Sanctæ Felicitatis. Deinde Baſilica S. Sylueſtri vbi iacet marmoreo tumulo coopertus; & Martyres Caleſtinus, PHILIPPVS & FELIX*, filij S. Felicitatis. ad quos duos prima Statio via Salaria deſignatur in his Capitularibus, cùm primam Miſſam indicunt *ad Aquilonem*. Kalendarium Romanum vetus apud Bucherium: *Sexto Idus* Iulij, *FELICIS & Philippi in Priſcillæ. Et in Iordanorum Martialis, Vitalis, ALEXANDRI. Et in Maximi, SILANI. (hunc Silanum Martyrem* * *Nouati furati ſunt.) Et in Prætextati, IANVARII.*

* For. Nouatiani.

lucernam,& in abſcondito ponit. *vſque.* Sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

[*N.* Die x. menſis Iulij, Nat. Septem Fratrum.]

[*B. C. D.* Prima ad Aquilonem. Secunda ad S. Alexandrum.Secundùm Lucam &c.]

Quarta Statio via Salaria. *Item AD. SANCTAM. FELICITATEM.* Secundũ Matthæum. *cap.cxxx.* In illo tempore,Loquente Ieſu ad turbas, ecce mater eius & fratres. *vſque.* Ipſe meus frater, ſoror & mater eſt.

[*M.* Nat. Septem Fratrum. *K.* In Sanctæ Felicitatis. *Q.* Eodem die S. Felicitatis. *S.* In SS.Septem Fratrum.]

V. Idus Iulÿ. S. Benedicti. In illo tempore: Nemo accendit lucernam.

✝ *In SS.Naboris & Felicis.*Secundùm Lucam [*cap.clxvÿ*] In illo tempore, Dicebat Ieſus Phariſæis, indignantibus quia Sabbato curaret: Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod acceptum homo miſit in hortum ſuum; & factum eſt in arborem magnam. *vſque.* Et ecce ſunt nouiſſimi, qui erant primi: & ſunt primi,qui erant nouiſſimi. S.

Die XV.mẽſis ſupraſcripti, * *Natale Sancti Cyriaci.* Secundùm Lucam. *cap.xcvj.* In illo tempore, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis; Qui vult poſt me venire. *vſque.* Donec videant regnum Dei.

In Natiuitate S. Cyriaci, Secundùm Matthæum. *cap. xcÿ.* Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nihil opertum. *vſque.* Qui eſt in cælis.

✝ *In S.Quirici & Iulittæ.*Nihil opertum. *Require in plurimorum Martyrum.* S.

✝ *In S.Alexÿ.* Si quis venit ad me. *Require in Nat. vnius Mart.* S.

✝ *In Sanctæ Symphoroſæ.* Loquente Ieſu ad turbas: *Require in Nat. VII. Fratrum.* S.

Feria VI. Secundùm Lucam. *cap.xcix.* In illo tempore, Deſcendente Ieſu de monte cum diſcipulis ſuis. *vſque.* Et reddidit illum patri eius.

Feria VI. Secundùm Matthæum. *cap. cxlvÿ.* In illo tempore, Veſpere facto acceſſerunt ad Ieſum diſcipuli eius. *vſque.* Manducantium enim fuit numerus quinque millia.

Feria VI. Secundum Matthæum. *cap. cxiv.* In illo tempore, Abijt Ieſus per ſata Sabbato: diſcipuli autem eius: *vſque.* Nunquam condemnaſſetis innocentes. [*al.*] *vſque.*Dominus eſt enim Filius hominis etiam Sabbati.

Sabbato. Secundùm Matthæum. *cap.cxciÿ.* In illo tempore, Accedens ad Ieſum quidam, ait illi. *vſque.* Et veni,ſequere me.

Sabbato. Secundùm Lucam. *cap. xcix.* Deſcendente Ieſu de monte. *vſque.* Reddidit illum patri eius.

